




Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



E. FEARDEN

PA

BIBLIOT
IN SS.

FI AB 27

SUM QUAE

71 EDITIONES
DE CASTIGAT
OPERARIIS PO
INDICIBUS P
RES, DONA
MARGINE
CUM I

RENTIS ET J
STICIS, SYN
GICEM, C.
DUOBUS
MOS

EDITIO
CHAR
TUM

SIV

PATROLOGIA
LATINA,
STAT, 2
DUPLICI
CITUR,
TANTUM
DIE DEC
LITINUM
PTOR, C
PRO MIN
TERMINO
COLLEC
PRO SEI

IN VI

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
INUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM.

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

EXTRA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTI-
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM
MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS
CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTI-
CAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

UGCNTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISRO,
IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-
TIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLI-
CITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM
TANTUM EXHIBET. IDEMQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII ILLIUS BENEFICIO FRUATUR EM-
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL
PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XLVII.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUEDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

1863
450
64

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,500 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieuse, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'éditait; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on clique. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Jirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hebreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilège* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire universel*, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude, la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

SÆCULUM V. ANNUS 407.

BR
60
v. 47

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S.P.N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS,
NOTIS, VARIIS LECTIIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMI PRIMI

PARS PRIOR.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER,
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1863

ELENCHUS

RERUM QUÆ IN HOC TOMO XLVII CONTINENTUR.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, CP. ARCHIEPISCOPUS.

<i>Monitum de Benedictinæ Editionis nova recensione.</i>	pag.	I
<i>Bernardi De Montfaucon Vita.</i>		III
<i>Ejusdem Epistola nuncupatoria.</i>		V
<i>Præfatio ejusdem.</i>		VII
<i>Henrici Savillii Admonitio de Scriptoribus rerum Chrysostomi, et præsertim Georgio cæterisque biographis caute legendis.</i>		XIV
<i>Martyrii, Antiocheni episc., Panegyricum S. Joannis Chrysostomi.</i>		XLI
<i>Theodori, Trimithuntis episcopi, de Vita et Exsilio et afflictionibus S. Joannis Chrysostomi.</i>		XLIII
<i>Idiomelum in S. Joannem Chrysostomum.</i>		LXXXIX
<i>De Vita S. Joannis Chrysostomi ex Dialogo historico Palladii, Helenopoleos episcopi.</i>	col.	5
<i>Vita S. Joannis Chrysostomi nunc primum adornata et multis aucta antea ignotis, excerptis ex ejusdem homiliis Constantinopoli repertis.</i>		83
<i>Stillingi Compendium chronologicum Gestorum et Scriptorum S. Joannis Chrysostomi, excerptum ex Actis Sanctorum mensis Sept. t. IV.</i>		263
S. JOANNIS CHRYSOSTOMI OPERA.		
<i>Parænesis sive Adhortatio ad Theodorum Lapsum, libri II.</i>		277
<i>Adversus oppugnatores eorum qui Vitam monasticam inducunt, libri III.</i>		319
<i>Comparatio potentiae, divitiarum et excellentiae Regis, cum Monacho in verissima et Christiana philosophia vivente.</i>		387
<i>De Compunctione libri II.</i>		393
<i>Oratio adhortatoria ad Stagirium ascetam a Dæmonio vexatum, libri III.</i>		423
<i>Adversus eos qui apud se habent Subintroductas virgines, opusc. II.</i>		

MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequendis S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum *columna ad columnam* accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, *pagina Latina juxta Græcam paginam* tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiae Græcæ traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. Joannis Chrysostomi Opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latine novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

MONITUM

DE

HAC BENEDICTINÆ EDITIONIS NOVA REGENSIONE.

Pretiosa quædam exstant nomina, quæ pronuntiassent ut est, ut ex tempore ideæ gloriæ multiplicis, ingenii scilicet atque sanctitatis, in audientis animo suscitentur; id vero de illustrissimo archiepiscopo Constantinopolitano præcipue dicendum, qui solus Oris aurei nomen sortitus est. « Nemo, inquit Suidas, tantis eloquentiæ et ubertatis divitiis exornatus fuit. Audi etiam Montefalconium: « Lacrymas movit ut voluit, vitia emendavit, Christianam fidem auxilium, Judæos et hæreticos profligavit. Non minorem enim in dialectica quam in oratoria arte Joannem nostrum comperimus. » Quid plura? Ex brevi illo sed perfectissimo encomio nonne patet quanta diligentia, quanta potius religione tanti doctoris opera recudenda sint: nec mirum videbitur, Montefalconium, cum quinque ex sodalibus suis, parandæ editioni sexdecim annos insudasse. Nam, præterea quod bibliotheca sunt, non liber, Joannis Chrysostomi opera, multa in iis abundant, quæ ob temporum, locorum morumque diversitatem, notis ac dissertationibus erant illustranda. Pensum hoc egregie absolverunt Patres Benedictini, omneque tulerunt punctum, licet viri præstantissimi, inter quos imprimis Henricus Savilius et Fronto Ducæus, magnis sudoribus idem stadium decurrerint.

Eximiam hanc editionem nos iterum typis mandamus; omnia sedulo servavimus quibus crescit ejus utilitas, nempe magnam dissertationum, notarum variarumque lectionum copiam, Ea etiam addidimus quæ post absolutam eandem editionem ad hanc usque diem publici juris facta comperimus. Ita tamen addidimus ut ordo a Montefalconio institutus servaretur, ad ultimum nempe totum additiones nostras rejiciendo. Paginas editionis Benedictinæ inter uncas in textu Græca posuimus, numeris Arabicis expressas. Indicem ad columnas nostras accommodavimus.

Ante hos quatuordecim annos Chrysostomum jam dedimus, sed Latine tantum. Hujus editionis paginas, stereotypice, ut aiunt, servatas, posuimus e regione paginarum Græcarum quæ Latinarum paginationem retinent. Inde fit ut notulæ quedam Græcæ simul et Latine expressæ nonnunquam occurrant. De quo monendus erat Lector. Utriusque textus diligentem collationem instituimus. Multas etiam, quando opus fuit, notas et observationes de nostro Montefalconianis inseruimus, nunc omnino latentes, caractere tantum italico verba nostra distinguentes, alias nomen nostrum subscribentes (sic notatum: EDIT., vel EDIT. PATROL.), quoties præsertim aliquid ambiguitatis ex tacito nomine timendum erat.

Editio Benedictina duas fert Joannis Chrysostomi Vitæ, aliam auctore Palladio qui cum inclyto doctore vixit familiariter, aliam ex ipsius scriptis contextam. Nihil sane melius succurrebat, ut Patris hujus ingenium, mores ac variæ in quibus scripsit vel locutus est circumstantiæ apprime noscerentur. Sic etiam actum est in Divi Augustini editione Benedictina. Verum utriusque Patris Vitæ ad calcem operum inopportune rejectæ sunt. Eas rectius initio posuimus. Non secus sentiendum est de Epistola dedicatoria et de Præfatione generali quas ex tomo decimo tertio in primum transtulimus.

Forte aliquis genuinis Chrysostomi operibus tot spuria immisceri ægre feret; nec immerito

Duplex vero est Spuriorum genus quæ communi afficere reprobatione minime æquum foret. Alia sunt, quorum auctores temporis invidia obruti iacent, et quæ, ob quamdam ingenii tractative argumenti similitudinem, celeberrimis aliquando scriptoribus tribuuntur. Licet gravibus fraus plerumque demonstrari queat testimoniis, spurii hujusmodi nos ultro veniam concedimus, quia philologicæ critices thesauris in dies crescentibus, forte eveniet ut cras probentur genuina quæ hodie dum adulterina videntur. Alia vero scatet setuum suppositiorum ignobilis plebecula, qui reverendissimis, imo sanctissimis adhærentes nominibus, ea indigno turpant consortio, et sic, indebitæ sunt immortalitatis participes. Tantum abest ut ab hac peste immunis fuerit divus Chrysostomus, et varios inter ejus editores, nemo non sensit, nemo non dixit quam optandum esset quisquiliis istis ejus opera expurgari. Ne quid autem ex jam editis in hac editione nostra desideretur, ne insulsissima quidem commenta omisimus, judicio lectorum confidentes, quibus præterea exquisitæ Montefalconii præfatiunculæ secreta consilia suppeditabunt. M.

BERNARDI DE MONTFAUCON VITA.

Montefalconius. gallice de Montfaucon (Bernardus), provincia Occitanus, in castello Soulagii ex antiqua nobileque familia natus est die januarii decima septima, anno 1655. Militiam primum amplexus, rerum humanarum fragilitatem morte parentum edoctus est. Haud multo post sæculo valedixit Maurinæque PP. Benedictinorum congregationi sese adscribendum curavit anno 1675. Novi sodalis fama mox extra cænobii limites late per totam Europam floruit. Memoriam miraculis, immensa doctrina, judicio præsertim et ingenii acumine jam celeberrimus, in Italiam migravit anno 1698, manuscriptos codices velutissimos passim per bibliothecas investigaturus. Dum Romæ degeret, apud Sanctam Sedem ordinis sui procurator, benedictinam divi Augustini editionem contra acerrimos inimicorum assultus feliciter propugnavit. Pontifices Clemens XI et Benedictus XIII imperatorque Carolus VI maxima cum semper exceperere benevolentia. Lutetium reversus anno 1701, continuos vitæ studiosæ labores prosecutus est. Quamobrem, licet vitæ curriculum usque ad sex et octoginta annos protraxerit, ferreo prope corporis robore usque valens, vix tamen intelligitur quomodo tot tamque gravibus operibus edendis suffecerit. Legatur modo sequens nomenclatura : 1° Analecta græca, 1 vol. in-4°, græco-latine, 1688. 2° Diarium Italicum, 1 vol. in-4°, 1702. 3° Collectio veterum scriptorum Græcorum, 2 vol. in-fol., græco-latine, 1706. 4° Gallica versio libri Philonis De Vita contemplativa, 1 vol. in-12. 5° Palæographia Græca, 1 vol. in-fol., 1708, opus eximium in quo varia characterum Græcorum specimina exhibentur. 6° Hexapla Origenis, 2 vol. in-fol., 1713. 7° Bibliotheca Coisliniana, 1 vol. in-fol. 8° Antiquitas explanata, etc., 10 vol. in-fol., 1719. 9° Antiquitati explanatæ Supplementum, 5 vol. in-fol., 1724; utrumque gallico-latine. 10° Monarchiæ Gallicæ Monumenta, 5 vol. in-fol., cum figuris, gallice, 1729. 11° Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova, 2 vol. in-fol., 1739. 12° Joannis Chrysostomi operum editio exquisitissima quam denuo typis mandamus, 13 vol. in-fol., ab anno 1718 usque ad annum 1738. Hæc est præcipuorum Montefalconii operum moles, quæ multo magis portentosa videbitur, si attendatur unicuique operi vulgo accedere versionem, notas, dissertationes, epistolas, commentaria, uno verbo quidquid ad explanandas omnis generis difficultates prodesse potest.

Montefalconius Parisiis obiit die decembris vigesima prima, anno 1741, et in ecclesia Sancti Germani a Pratis sepultus est.

D. BERNARDI DE MONTFAUCON
EPISTOLA NUNCUPATORIA.



ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

ALEXANDRO ALBANO,

EQUITI ORDINIS HIEROSOLYMITANI, MAGNO BAJULATUS ARMENIÆ PRIORI,

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI D. CLEMENTIS PAPÆ XI FRATRIS FILIO.

Sancti Joannis Chrysostomi opera ut tibi, VIR PRÆSTANTISSIME, nuncuparem, non una me causa impulit: ad hujusmodi obsequium tibi præstandum me publica movebat fama, qua totum per orbem Christianum, quasi artium et disciplinarum omnium cultor eximius celebraris. Ut enim omnes ubique prædicant, unoque ore profitentur universi, a primo juventutis flore apud te semper virtutis, quam ætatis fuit cursus celerior. Non ludis et jocis puer, non scurrilibus negotiis adolescens, non inanibus vite oblectamentis adolescentiam prætergressus operam dedisti; sed eam, quam alii longo annorum curriculo adipiscuntur maturitatem atque sapientiam, et puer exhibuisti, et adolescens nova accessione decorasti, et vir mirum quantum auxisti.

Accedebat et patrum tui SS. Domini nostri Clementis Papæ XI, qui nunc Ecclesiæ clavum egregie moderatur, judicium: illo scilicet consilium nostrum approbante, nostrisque votis annuente, ad hunc tibi vicennalem consecrandum laborem animum appulimus. Ille namque te, VIR AMPLISSIME, non minus ab indolis præstantiâ diligit, quam a cognatione: institutum probe juvenem sibi gratulatur, educationis fructum se cumulatissimè demerere existimat; cum te videt eo studia omnia conferre, ut cunctas artes et disciplinas excolas, antiquitatis vestigia secteris, monumentorum veterum festivam copiam quotidianis curis sumptibusque in reipublicâ literariâ emolumentum undique colligas. Gaudet etiam te moribus integris religiosisque ornatum, comitatu et beneficentia cunctorum animos tibi conciliare.

Hujusmodi virum decebat in fronte operum Chrysostomi collocari: qui lubricum juventutis cursum inoffenso ut ille pede decurrerit, qui disciplinarum omnium studiis hoc primum ætatis stadium exornarit. Hactenus tanto Viro similis, ad reliquum vite spatium eo tanquam speculo et exemplari, VIR PRÆSTANTISSIME, vitæ opera pretium fuerit. Nulla sincerior vivendi norma; quam ejus vita; nullæ præceptiones ad vitam instituendam utiliores, quam ejus scripta cujuslibet generis, homiliæ, orationes, epistolæ. Hic edisces qualem oporteat esse in otio, in negotio, qualem in Ecclesiasticis dignitatibus et officiis administrandis; quam fortem in adversis, quam cautum in prosperis, quam imperterritum in rerum vicissitudinibus; quam prudentem in capessendis negotiis, que non nisi circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis suscipienda esse monet ille frequenter. Nemo est qui sapientius tibi suadere possit Chrysostomo: numquam labere, si ipsum audias.

Alia item me res compulit, VIR PRÆSTANTISSIME, ut te huic operi Mæcenatem inscriberem; quod scilicet non modo disciplinas et artes summò studio prosequaris, sed etiam quod literatos patrocinio tuo foveas et exornes. Hoc genere laudis nullum majus, nullum publicæ rei utilius. Labat certe studiosorum animus, cum e primoribus nemo opem afferre paratus adeat. Etenim, ut ait quidam,

Idcirco virtus medio jacet obruta cœno.

Est utique litterarum genus vulgo timidum, rebus gerendis non aptum: rei familiari vel curandæ vel augendæ impares ut plurimum sunt viri quique artium et disciplinarum peritia insignes (artes cum aliis disciplinis copulamus; Est enim, ut ait ille [Cic. in Bruto], artium studiorumque quasi finitima vicinitas). Hos igitur fovere perge: id enim in magna laude ponendum. Hac in re fac palmam obtineas: illud vero ut assequare, non erit tibi tanto conatu opus; non multos enim eodem in stadio currentes offendes. Ad cæteras tuas laudes, aiebat quidam vir insignis, hanc etiam addas, qua nulla meo quidem judicio major est, nulla præclarior, ut communi omnium populorum consensu *Litterarum Pater* nomineris. Te patronum suspiciant omnes qui quodvis *modis* genus sectantur, qui ad mansuetiores Musas se referunt, qui multas artes profitentur. His tibi officii ad immortalitatem viam parabis: quam tibi, VIR AMPLISSIME, omni ex parte, et quacumque percipi potest ratione peroptat

obsequium tibi summum professus

FR. BERN. DE MONTFAUCON,
Presbyter, Monachus Benedictinûs
e Congregatione S. Mauri:

D. BERNARDI DE MONTFAUCON

Prefatio.



Diu expetitam S. Joannis Chrysostomi Operum omnium editionem a multis jam annis paramus : neque enim poterat res tam operosa , tam ampla , modico temporis curriculo concinnari. Bibliotheca sunt , non liber , tanti doctoris Opuscula , Commentaria , Epistolæ. Ea vero non uno in loco simul collecta comparant in bibliothecis manuscritorum , quod in aliorum scriptorum operibus sæpe contingit ; sed undique dispersa carpere et colligere est opus : acciditque non semel , ut cum omnes Europæ bibliothecas in cassum percurreris , in angulo tandem ea quæ diu exquisieras deprehendantur. Id quantivis laboris sit libenter suscipitur , quando de Joanne Chrysostomo agitur , tanto doctore , oratore summo , qui rem Christianam plus quam alii omnes , tum qui præcesserunt , tum qui post illum floruerunt , eloquentiæ ornamentis decoravit. Is a puero divinis humanisque literis operam dedit : a Libanioque instructus tantum profecit , ut in extremis agens Libanius professus sit , se Joannem sibi successorem destinaturum , nisi is sibi a Christianis abreptus fuisset. Forum forensesque causas tantisper sectatus , brevi a cœpto resiliit , ac Christianæ prorsus disciplinæ severiorique vitæ instituto se totum dedit ; ut in ejus vita ad calcem Operum accurate , quantum fas erit , adornanda pluribus narrabitur. Juvenis adhuc eximia dedit ingenii specimina ; Paræneses nempe ad Theodorum lapsum , libros ad Demetrium , ad Stelechium , ad Stagirium et ad alios : quæ opuscula præclarum referunt oratorem : limatiore sunt libri de Sacerdotio , in iisque deprehendimus Chrysostomum Chrysostomo eloquentiorem. His veluti præludiis ad orandi munus se comparabat Joannes : qui presbyter Antiochiæ annis duodecim , episcopus Constantino- poli quinque sexve annis , a concionandi officio nunquam destitit , inque sui admirationem totum rapuit Orientem. Paratus imparatus accederet , omnia ipsi prona erant , eo semper dicendi genere usus , quod majore ad persuadendum momento futurum esset. Ejus orandi ratio plus habet nativæ elegantiae , quam artificiosæ diligentiae : sicubi arte utitur , ita rem temperat , ut lateat semper artificium et quadrandæ orationis industria. Expedita et profluente verborum copia loquitur , concinnitatis leporisque plena : ut mirifice ipsi competat illud Homericum :

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέον αὐδῆ.

Et ex ore ejus molle suavior fluebat vox.

Perspicuitate nemini concecit , nisi fortasse omnes superet. Inventione , quæ ex ingenii felicitate nascitur , universos quotquot hactenus fuere oratores longe retro relinquit. Inexpectatis ille modis rem propositam vertit , et qua via nemo divinaset ad scopum

tendit ; idque ita libere expediteque , ut re perspecta putes eum nulla alia posse via , nullo cursu feliciore ad destinatum pergere finem. Verum quia nihil natura gignit omni ex parte perfectum , nihil ars profert omnibus absolutum partibus et numeris , unum fortasse erit quod in oratore nostro reprehendas ; troporum nempe ac similitudinum frequentiam , qua ad nauseam usque redundat oratio. Sed id vitii ævo potius Chrysostomi quam Chrysostomo adscribas , quandoquidem ille , tali concionandi genere usus , omnium sibi conciliavit existimationem , gratam concionis admurmurationem , plausus perpetuos , ac plerumque , ut ille ait , importunos ; aureique oris ideo nomen sortitus est. Audi Suidam : *Martyrum conciones expedita et extemporalis declamatione admodum iuxit. Lingua ejus Nilii catadupa profluente dicendi copia superabat. Nemo unquam tantis eloquentiæ et ubertatis divitiis exornatus fuit : solus itaque aureum divinumque nomen sine labe sortitus est.* Hæc veterum fuit omnium opinio : quamobrem , si quid nævi in tanto tamque præclaro oratore reperiamus , id ætati , ut dixi , non Chrysostomo tribuendum. Solertis oratoris fuit auditorum ingenium feliciter explorasse : per illa placuit quæ jam multis non ita placent. Lacrymas movit ut voluit , vitia emendavit , Christianam fidem auxit , Judæos et hæreticos profligavit. Non minorem enim in dialectica quam in oratoria arte Joannem nostrum comperimus : idque proculdubio fatebitur quisquis conciones ejus contra Anomæos et contra Judæos accurate perlegerit , ubi argutissime disputat , et ratiociniorum vi adversarios ita urget , ut nulla supersit ipsis elabendi via. Rem epistolarem etiam attigit Chrysostomus , maxime vero in exsilio , dum calamitas , metus , solitudo prohiberent a solito concionandi officio , et multum spatii esset ad scribendum. Pulsus itaque sede curavit ut ne ipsum quidem otium esset otiosum.

§ I. — De variis Chrysostomi Editionibus , ac præcipue de Henrici Savilii Editione.

Nihil mirum si a primordiis usque typographicæ artis tanti doctoris operibus edendis multi desudarint : innumeræ vario tempore opusculorum ejus editiones prodire in Italia , Gallia , Germania , Anglia. Alii quasdam operum partes Latine tantam dabant , alii Græce , nonnulli utraque lingua. Non pauci collectioni operum omnium adornandæ manum admo- verunt. Si qui vero ante decimum septimum sæculum id aggressi sunt , ii Latinas tantum Chrysostomi operum collectiones emiserunt ac multa reliquerunt intacta et inobservata. Verum de iis omnibus editionibus alius est nobis ad dicendum constitutus locus.

Demum paulo post initium decimi septimi sæculi duo viri summi eodem ferme tempore eam susceperunt provinciam, ut omnia prorsus ejusdem S. doctoris opera unum in corpus redigerent; Henricus nempe Savilius et Fronto Ducæus. Prior *magnis*, ut ipse ait, *sudoribus et immensis sumptibus*, undecumque si qua laterent in variis Europæ bibliothecis perquirenda exscribendaque curavit, amicorum literatorumque pene omnium opera usus et industria. *Quo in negotio*, inquit, *egregiam nobis et strenuam operam navarunt viri amplissimi doctissimique, quos honoris causa nominano, Jacobus Augustus Thuanus, magnum lumen Galliæ, Marcus Velsius II vir Augustanus, Geor. Michael Lingelsheimius, Andreas Schottus, Isaacus Casaubonus, Fronto Ducæus, Janus Gruterus, David Hæschelius, Sebastianus Tenngagel, et Reverendissimus Gabriel Archiepiscopus Philadelphiensis. Nefas tacere de Serenissimi Regis nostri apud externos Principes clarissimis legatis, quibus ipse hoc in mandatis dederat, ut omni qua possent opera studium hoc meum promoverent. Itaque librariis nostris aditus patefactus ad bibliothecam Regiam Lutetiæ, Palatinam, Augustanam, Baraticam, Cæsaream, cæteras: quibus freti subsidiis illud domum attulerunt instrumentum, illam suppellectilem, ex qua nobis est hæc adornata editio.* Quæ utique editione nulla ante, quod parum est dixisse, nullaque postea copiosior prodiit. Accurationem vero in castigandis Græcis dictionibus atque phrasibus vix alicubi majorem deprehendas. Nimirum summo ille studio folia quæque dispici curabat mendaque tolli: quo factum ut, si quis longitudinem operis consideret, certe pauca errata reperiat in tot orationum homiliarumque decursu: quæ tamen errata ille in fine notarum summa diligentia colligi edique curavit, ubi vel minima quæque notantur. Notas autem ad singulos tomos in fine octavi non suas modo edidit, sed etiam aliorum doctorum hominum, Joannis Boisii, Andreæ Dounæi, Ricardi Montæutii, et Halesii; ut alios tacere qui vel rogati, vel suo sponte consilio varia loca restituerent conati, ab ipso asseruntur in medium. Inter illas vero notas, meo quidem judicio, cæteris omnibus præstant ipsius Henrici Savilii notæ, si sagacitatem spectes, si criticam artem, si cætera omnia. Aliorum quippe notæ, ut plurimum leves sunt, quæ conjecturis constant aliquando incertis et nonnumquam futilibus. Saviliana porro editio, quæ octo densissimis in folio tomis constat, opera Chrysostomi Græce tantum complectitur.

6 II. — De Frontonis Ducæi Editione et de Morelliana.

Non minorem diligentiam in colligendis Chrysostomi operibus exhibuit Fronto Ducæus ex Societate Jesu nostras, qui tamen, paribus fortasse destitutus facultatibus et auxiliis, in diuturnum tempus extractum opus fato preoccupatus absolvere non potuit. Verum magnam ille et arduam rem est aggressus, ut scilicet non modo Græca Chrysostomi perinde atque Savilius ederet, sed etiam singulis operibus ho-

milisque Latinam interpretationem aptaret: qua in re strenuam ille operam navavit. Interpretationes quippe multorum operum jandiu editas e regione Græcorum posuit, sed emendatas et ad fidem Græcæ orationis concinnatas. Si qua vero offendit nondum Latine translata opera (erant autem hujusmodi bene multa), hæc ille de Græco convertit, et quidem tam accurate et eleganter, ut inter optimos interpretes jure numeretur. Ejusdem porro eruditæ notæ reperiuntur in fine primi, quarti et sexti tomi. Similes laud dubie notas in quintum tomm destinabat; at vita functus rem perficere nequivit. Editionem Frontonianam incepit Fredericus Morellus, absolvit Claudius sex in folio tomis; qui S. Doctoris Opuscula et Commentarios in Vetus Testamentum complectuntur. Deinde anno 1633 idem Claudius Morellus Commentarios in Novum Testamentum sex in folio tomis ad fidem Commelinianæ editionis emisit. Anno autem 1636 integram novam Chrysostomi operum editionem duodecim in folio tomis atque undecim voluminibus publicam fecit. Hæc porro postrema editio charta minus eleganti instructa, sed contra quam vulgo creditur emendatior est; usus operis melioribus Morellus menda, quantum potuit, ex hac postrema editione sustulit; tum ea quæ Fronto Ducæus in notis primi et quarti tomi irrepsisse monuerat, tum etiam alia quæ occurrerant (expertus loquer), maxime vero de primo, quarto et quinto tomo. In hisce vero duobus postremo memoratis tomis quædam Opuscula Chrysostomi, quæ a prima aberant, in fine addita sunt. Verum in hoc peccavit Claudius Morellus, quod notas in fine quarti tomi a Frontone Ducæo positas, et aliquot Opuscula Chrysostomi, Latine tantum quinto tomo cusa, in hac posteriori editione sustulerit. Eodem, uti diximus, ferme tempore Henricus Savilius et Fronto Ducæus, Etonæ ille, hic Lutetiæ, editiones operum omnium Chrysostomi parabant. Quodque observatu dignum videatur, licet eodem in stadio ambo currebant, licet tam varias sacrarum religiones ambo profiterentur, nulla invidiæ, adversi animi nulla nota comparebat: quinimo, ut sese occasio offerbat, dabant operas mutuas, numquam sine honoris observantiæque significatione alter alterum memorabat, contra quam usu evenire solet. Nam plerique cum idem opus simul aggrediuntur, præsertim eum intervenit religionum discrimen, frequenter sese maledictis et conviciis lacerant, nihilque aliud curare videntur quam ut auctoris adversi famæ detrahant, ac si id quod alii detrahitur existimationis, laudis propriæ foret accessio. Livorena eadem exercentium artem sic exprimit illud tritum Hesiodi:

*Kal kapaméus kapaméi xotéi kal téktoni téktoni,
Kal ptoxós ptoxéi ptovéi kal doídés doídés.
Et figulus figulam impugnat et fabrum faber,
Et mendicus mendico invidet et cantor cantori.*

Id vero maxime illa Frontonis et Savilii tempestate inter doctos in usu erat, qui vel levissima data.

occasione sese dicitur et maledictis onerabant. Quo magis æstimandi illi duo viri, qui meritis pro talibus, et pro strenue navata in rei literariæ commodum opera, immortalis certe digni laude sunt.

Ne mireris, Lector, me tamdiu eorum laudibus celebrandis insistere : nam, præterquam quod de orbe literario tam bene meriti sunt, hoc ex illorum sudoribus in commodum meum redundavit, ut post tantos eorum labores minus laborandum mihi fuerit. Equis ille futurus erat labor, si nullam Savilius collegendis emendandisque Chrysostomi scriptis operam posuisset? quis, si Fronto Duceus parem aggressus operam, convertentis etiam Latine S. Doctoris operibus non incubuisset? Quanta moles collectionis, quanta interpretationis futura erat, quando etiam post emissas illas laude dignissimas editiones tantum sudoris relictum est? Infinita certe est operæ tot codices manuscriptos evolvere, ubi innumerae pene Chrysostomi homiliae occurrunt, idque in omnibus bibliothecis Græca illa supellectile instructis, ubi anecdota bene multa exstant : non minoris, nisi majoris etiam, spuria a germanis internoscere, emissa a non emissis, cum videlicet principia mutantur : sinceræ lectiones deligere, quando maxime tot sunt Homiliae, tot Commentarii, tot Opuscula, ut, quod jam dixi, bibliotheca potius quam liber aut opus vocari mereantur.

§ III. — De suscepto novæ parandæ Editionis consilio.

Ut autem aliquo ordine quid in hac editione jam præstitum, quid in sequentibus tomis præstandum sit enarremus, rem ab ovo repetere par fuerit. Ab annis plus triginta hoc Præfectorum Sodalitii nostri consilium fuerat, ut, post peractam S. Augustini, inter doctores Latinos principis, editionem, operibus Chrysostomi, qui parem in Ecclesia Græca occupat dignitatem, manum admoveamus. Priscum consilium interceptum ad aliquot annos Athanasii editio, quæ anno 1698 lucem vidit. Deinde vero nervos omnes industriæ contendimus ut Chrysostomi operademum in publicum prodirent. Apparatu maximo erat opus : lustrandæ bibliothecæ, omnis denique lapis movendus. Iter Italicum anno 1698 suscepti, unde multa ex Romanis aliisque Italicis bibliothecis corrasa ad hoc institutum pertinentia : tribus exactis in hoc itinere annis, post reditum id a Præfectis nostris impetravi, ut ex sodalibus quatuor vel quinque conferendis bibliothecarum Regiæ, Colbertinæ et Coislinianæ codicibus perpetuo incumbere, et sic ope manuscriptorum prisco nitore restitui Chrysostomus posset. Ab annis igitur plusquam tredecim id agunt, id promoveant, ut manuscriptorum varias lectiones colligant. Ne vero rem longius quam par sit extractam putes, codices plusquam trecentos Chrysostomi operum in hisce bibliothecis exstare certum habeas, quos de verbo ad verbum conferre non sine diuturno et multorum annorum sudore potuerunt qui ad id muneris delecti sunt. Interim vero cum amicis id per literas egi, ut si qua in Angliæ et Germaniæ bibliothecis ad eam rem opportuna essent, ea nobis transmitteren-

tur; quod a viris doctis amicisque cumulatissime præstitum est, ut pluribus dicitur infra. His autem peractis editionem ita aggressi sumus, ut minutatim mox describetur.

§ IV. — De restauratis quibusdam Homiliis et Opusculis antehac hiulcis et magna sui parte luceris.

Homiliae non paucas, quæ in prius editis cum magnis hiatibus prodierant, ope manuscriptorum integras sanasque proferre non infelici conatu curavimus; siquidem Homiliam de Lazaro jam numero sextam, quæ in Saviliana et Frontoniana editione paginis plus quaternis mutila erat, ad priscam integritatem quatuor manuscriptorum ope reduximus: nec dissimulandum est ea, quæ in illa concione deerant, a viro docto Benzelio fragmenti anecdoti more paucis hinc atque Upsaliæ publicata fuisse cum aliquot aliis Chrysostomi anecdotis. Homiliam item de Abrahamo, plus quam dimidia sui parte truncam et laceram, jam integram protulimus. Hiatus item magnos sarcinimus in Homilia de Christo Deo contra Gentiles, et in alia de Resurrectione. Mitto lacunas alias minores, quas in multis concionibus complevimus, maxime vero in iis quæ de Incomprehensibili contra Anomæos. Una tamen homilia superest, quæ est secunda contra Judæos, cujus initium *Jam iniquum illud et immundum*, adhuc magna sui parte mutila, licet omnem moverimus lapidem ut eam in priscum statum reduceremus. Opem ea de re amicorum omnium imploravimus, nulla non diligentia adhibita fuit. In omnibus certe, quæ se patiuntur adiri, bibliothecis ea sollicitudine perquisitum est ut certum nobis sit eam vel nusquam sanam exstare, vel admodum latere, si talis supersit. In sequentibus item tomis multa pari modo restituentur; nec minor industria in editis restaurandis quam in anecdotis eruendis adhibebitur.

§ V. — Quantum anecdotorum numerus nunc primum effertur.

Homiliae opusculaque alia nondum emissa iisdem ex latebris eduximus, et quidem tanto numero ut sola amplum volumen conficere valeant. In iis vero magna cautela utendum duximus, cum ne pro legitimis spuria proferantur, tum etiam ne consarcinata opera, ex multis aliarum orationum excerptis concinnata, vel a nugacibus Græculis, vel ab aliis qui hac techna Chrysostomi nova opera venditabant, ne illa, inquam, repetantur, neu his terve eadem prodæant, quod et apud Chrysostomum et apud alios sanctos Patres non semel accidisse comperimus. Est etiam cum mutatis prioribus homiliae seu verbis seu periodis, quæ eadem omnino sunt conciones, pro aliis et diversis habentur: nimirum decipit frons prima multos, et cum principia variant, de cæteris ut plurimum non quaeritur an eadem an diversa sint. Rem similem experti sumus in Homilia de Natali Christi, cujus initium *Mysterium novum et admirabile*. Illa enim in codicibus nonnullis alio principio instructa est: quid quod in aliis codicibus Athanasii Archiepiscopi Alexandrini

nomen præfert, multis post initium commutatis et aliunde corrasis? Eam porro Savilius putat se legisse admixtam alteri concioni, nec assignat locum: Fronto autem Ducæus inter spuria ablegavit. Iis permoti, quia nobis suspicio est eam a librariis vel temeratam fuisse, vel ex locis alicunde excerptis adornatam, cum nondum quid circa illam actum sit satis intelligamus, in sequentem tomum reservandam censuimus, extra proprium scilicet locum, ne posteaquam illam edidissemus, ex assidua tractatione aliquid importaretur novi. Profecto quantum fucum fecerint temerarii illi aut bibliopœ, aut Græculi scriptores, vix quispiam credat nisi expertus: homilia, verbi causa, in Annuntiationem, quæ in secundo tomo inter spuria locum habet, cujusque initium est *Rursus lætitiæ felix nuntius*, in non paucis codicibus Chrysostomi nomen præfert; in aliis Gregorio Neocæsariensi adscribitur, atque ideo inter Gregorii Neocæsariensis opera edita fuit. Eadem vero, ut nuper comperimus, in codice 106 bibliothecæ Coislinianæ, in indice scilicet ad frontem libri posito, Macarii Philadelphiensis esse dicitur. Jam tribus adscriptam auctoribus unam invenimus homiliam, forteque in dies quartus quintusve ejusdem auctor emergit. Ut igitur tuto in hac tanta suspellitelli omnia disponantur, non nisi post accuratam perquisitionem hæc nova et recens eruta in publicum efferimus: eoque consilio paucas homilias anecdotas in duobus prioribus tomis damus; ut ex quotidiano usu quid de aliis censendum sit cautius statuatur. Cæteras in sequentibus tomis, et quidem congruenti, quantum fas erit, ordine locabimus. Sunt porro illæ magno numero, varique argumenti. Cæterum inter illas homilias e tenebris nunc primum eductas principem obtinent locum unus et triginta sermones in Psalmos, qui in ejusdem commentariis hæctenus desiderabantur, exque Anglicanis codicibus eruti sunt. Horum apographi partem nobis transmisit vir illustrissimus D. Joannes Potterus, Episcopus Oxoniensis, non minus eruditione, quam humanitate conspicuus, qui multis insignibusque operibus rem literariam exornavit; cætera brevi transmissurus, ut sperare jubet. Hæc sane tanta commentariis in Psalmos accessio magnam rei Ecclesiasticæ literariæque studiosis lætitiâ pariari oportet.

§ VI.— *De ingenti operum numero, quæ Chrysostomi nomen ementiuntur.*

In illa vero tanta anecdotorum sylva, spuria bene multa reperiuntur. Nam innumeri pene Græculi, non ingenio minus, quam ætate dispares, cum nec fama celebrarentur nec sæpè opera sibi parere posse confiderent, mutato Chrysostomi nomine, aliquam sperabant scriptis suis adjici dignitatem; hinc accidit ut plerumque imperitorum hominum nugis male auctus sit tam peritus artifex. Non hæc una fuit tam immanis accessionis causa: siquidem bibliopœ veteres, ut libros pluris venderent, præmisso ementi-toque Chrysostomi nomine, emptores hac arte alliciebant. Ex illis vero spuris ea solum publicare animus est, quæ alicujus sunt momenti: cætera autem inepta

atque futilia, utpote digna tenebris, intacta manebunt. Ex iis vero spuris, quæ Savilius et Fronto Ducæus jam publici juris fecerant, nullum prætermittendum duximus, ne quid in editione nostra desiderari videretur: tametsi inter illa, plurima certe sunt luce indigna, quæ nemo sanus sine stomacho legere possit. Nec venit in mentem cur Savilius, qui multa ejusmodi futilia opuscula, quorum catalogum ipse texuit, se consulto missa fecisse profitetur, tot alias hujusmodi merces nobis obtulerit, quas sane æternis dignas esse tenebris nemo non fateatur. Id haud dubie accidit, quia in tanta operum sylva, in tanto orationum decursu, non par semper est animus neque idem mentis iudicii que situs. Neque satis habuimus spuria a germanis segregavisse; ad majorem quippe distinctionem illa ad finem cujusque voluminis ablegavimus ac minutiore characterè edi curavimus, habita quantum licuit argumenti ratione: non enim semper ea quæ una serie ponenda videbantur eodem in tomo locare potuimus, ne nimia foret voluminis moles. Dubia vero opera, quæ non parvo sunt numero, ad calcem genuinorum eadem characteris forma posuimus, præmissis admonitionibus et allatis dubitandi causis.

§ VII.— *De variis lectionibus atque notis, deque monitis, quæ ad singula opera præmissimus.*

Varias lectiones ex manuscriptis erutas in ima pagina posuimus eas solum, quæ alicujus momenti esse videbantur: nam, si omnes sine delectu edidissemus, in nimiam molem nullo operæ pretio crevisset opus, quod jam quenivis scriptorem Græcum mole superat. Notas ponimus breves, ubi necesse ducimus esse: si qua vero majorem requirunt disquisitionem, ea ad trutinam examinantur in monitis, quæ in fronte cujusque libri vel homiliæ præmittuntur: re tamen sic temperata, ut cum plures ejusdem argumenti continua serie ponuntur orationes, unum pro iis omnibus et singulis monitum in fronte prioris locetar. Quæ quidem monita lectori, ut spero, nec ingrata nec inutilia futura sunt. Multum enim juvat ad intelligentiam homiliæ vel orationis, si qua occasione, quo tempore, a quibus inductus orator ea de re concionem habuerit, lector edidicerit: et si quæ legentem morari poterant, antequam lectio adeatur, explicentur. Illud vero commodi in prius editis prorsus desiderabatur. In hisce monitis non infrequenter a Tillemontii sententia deflectimus; licet enim ejus ad historiam Ecclesiasticam illustrandam concinnatum opus magni faciamus, non pauca tamen sunt, in quibus eum a vero aberrasse putamus. Certe accurate ille ac diligentia nemini concedit: omnia in medium affert, singula discutit, nihil omittit eorum, quæ ad rem de qua agitur explorandam conferunt; a præjudicata opinione mirum quantum sit alienus. In judicio tamen ferendo non semper pari felicitate procedit; sed tunc etiam ob diligentiam utilis vel iis qui adversam tuentur opinionem. Ad hæc vero quæ de Joanne Chrysostomo ille scripserat, diu post ejus obitum sunt in lucem emissa; nec potuit ea, quæ minus accurate posita erant, posterioribus curis sarciri.

Varias lectiones et notas Henrici Savilii et Frontonis Ducæi non integras damus: nam ex Savilianis notis multæ Græca respiciunt restauranda, quæ cum ad fidem manuscriptorum jam a nobis emendata fuerint, quorsum illæ notæ, nisi ut jam actum agendum esse moneant? Notæ vero Frontonianæ illæ, quæ de corrigenda interpretatione Latina veteri agebant (sunt autem eadem ipsæ numero multæ), jam prorsus inutiles essent, quando ea vel emendata fuit, vel rejecta novæ Interpretationi locum dedit. Alias item Frontonis Ducæi notas, in quibus varia Chrysostomi loca ad idem argumentum spectantia congerit, exempli causa, cum de jejunio, de matrimonio, de humilitate agit: illas, inquam, notas pariter prætermisimus: quantumque enim hujusmodi simul ponantur, id nunquam tanta accurate præstabitur, quanta in Indice generali, ubi omnia omnino loca ad idem argumentum pertinentia sub uno conspectu locabuntur. Brevitatis igitur causa notas Savilii et Frontonis delegimus, et ad calcem cujusque toni posuimus eas solum, quæ videbantur ad rem explicandam opportune.

§ V. II. — *De interpretatione Latina veterum Chrysostomi. Retinentur pristinae interpretationes variis in locis emendatæ; libri tantum De sacerdotio nova versione donantur.*

Circa interpretationem operum S. Joannis Chrysostomi dñi hærebam, et inter diversa amicorum consilia animi pendebam; volebant alii novam omnium interpretationem a me adornari; alii ex pristinis paucas conservari, corrigique tamen, sicubi emendatione opus haberent. Hæc vero fuit semper omni exceptione majorum amicorumque virorum sententia, Caroli Cangii, Emericique Bigotii, quibuscum seculis juvenis olim versabar, ut ne semotis laudatorum interpretum versionibus meas substituerem; id ipsum præcipue per literas monebat Joannes Cotelærius, antequam Græcorum Patrum editionibus manum admoherem. Neque vero sine aliqua temeritatis nota me aggressurum dicebant, ut laudatissimas illas interpretationes meis postponerem. Itaque non ut convertendi laborem subterfugerem (non enim multo minus laboris inest in emendandis de verbo ad verbum aliorum interpretationibus, quam in novis concinnandis), sed ut tantis viris morem gererem, in hoc demum proposito substiti: ut omnes prorsus Frontonis Ducæi interpretationes servarem, nisi cum, variantibus codicibus, mutanda lectio est, et interpretatio quoque mutetur oportet; vel cum alia commodior et Græcis congruentior vox aut periodus etiam Latina sese offert; quod infrequenter evenit: nam, ut jam diximus, inter optimos interpretes jure Fronto numeratur. Erasmi quoque et Jacobi Billii versiones pari modo retinendas censui. Aliorum autem interpretationes aut variis in locis emendatas retinimus, cum satis accurate Chrysostomi orantem referunt, vel prorsus rejecimus et novas edidimus, quando illæ veteres

non poterant medica manu ad bonam conditionem revocari. Alias item paraphrasticè adornatas, quæ longo verborum inutilium circuitu fastidium pariunt, prorsus ablegavimus, novasque paravimus. Hujusmodi sunt Godefridi Tilmanni et aliorum quorundam interpretationes, quæ redundantia illa dictionum copia Chrysostomum, qui inopia dicendi nunquam laboravit, verbosiorum quam par sit referunt. Illas omnes variorum interpretationes, e regione Græcorum editas, utcumque emendaverat Fronto Ducæus: quas cum sic etiam emendatas non omnino probaret, secundis curis iterum corrigere in annotationibus suis est aggressus. Verum, uti jam diximus, earum quædam ita concinnatæ sunt, ut vix ac ne vix quidem possint corrigi. Nonnullæ vero, quales sunt Erasmi, Jacobi Billii, Germani Brixii, Sigismundi Gelenii et aliorum non infeliciter adornatæ, corrigi possunt, ut nos libere fecimus, ubi necesse visum est. Libros tamen de Sacerdotio, licet a Germano Brixio Latine conversi essent, nova interpretatione donandos censuimus, quia nimirum ille paraphrasin ibi fere semper affectavit, quod genus interpretandi viris emulatæ naris admodum displicet. Ea porro semper fuit instituti nostri ratio, ut interpretando mediam ceuviam teneremus inter paraphrasticam, et strigosam illam aliam, quæ Græca pedetentim et nimio scrupulo consecratur.

§ IX. — *De ordine multarum inter se homiliarum jam restituto.*

Aliud in hac editione præstitimus non minus necessarium, nec minus ad Chrysostomum illustrandum opportunum. Cum nempe Savilius et Fronto Ducæus ubique terrarum perquisita S. doctoris opera conferentim acciperent, non satis advertere potuerunt qua serie et ordine multæ homiliæ locandæ essent; sed illas ut fors ferebat locabant, ab iis, quæ una serie poni debuerant, longo spatio disjunctas. Ea de re vero illi aliquando in notis monuerunt, ubi mutatum operum situm animadverterant; sæpius autem illum præposterum ordinem nullatenus senserunt. Illam vero propriam seriem non ex argumento tantum assequi possumus, sed etiam frequenter ex Chrysostomi præmissis, ubi prioris homiliæ hypothese se adhuc in posteriore hæere testificatur, vel etiam cum multas enumerat certo ordine eadem de re habitas. Nam solet ille argumentum idem in multis homiliis pertractare; ita ut quæ dicuntur in aliqua concione, cum sequentè cohæreant, et sic cum plerisque posterioribus quasi catenam efficiant. Hæc homiliarum perturbatio apud Savilium, sed sæpius apud Frontonem Ducæum observatur. Homiliæ verbi gratia de Incomprehensibili et contra Anomæos, priores quidem una et nativa serie ponuntur, sed posteriores distractæ sunt et procul positæ in utroque edito. Quid autem hinc detrimenti emergat hoc exemplo comperies. Halesius in Notis Savilianis cum legisset Homiliam de Lazaro quatruiduano et de Christi precibus, quæ inter illas contra Anomæos homilias jam

nona numeratur, illam Chrysostomo abjudicavit: qui si mox legisset illam, quæ jam huic cohæret, estque numero decima, a tali haud dubie judicio abstinisset. In hac quippe posteriore, quæ nulli fuit umquam suspicioni obnoxia, eadem sæpe repetit Chrysostomus, quæ in priori dixerat, sequæ in illa dixisse commemorat. Verum quia prior tomo quinto jacebat, posterior vero tomo sexto post centenas ferme interpositas, non advertit Halesius, in hac posteriori prioris authentiam asseri. In editione pariter Frontonis Hucæi hæc homiliæ longo intervallo disjunctæ sunt. Vulgatum sane est, quæ peregrinis in locis exstant peregrinum olere, et quæcumque rem non nisi suo loco suas partes implere posse. Parem perturbationem deprehendas in Homiliis contra Judæos, quarum secundam et tertiam quinto tomo posuit Fronto Ducæus, sex vero reliquas primo tomo: quod nisi advertatur quantam in chronologia pariat caliginem vide sis in monito nostro ad Homilias contra Judæos. Pari modo disjunctæ fuerant homiliæ tres de Diabolo tentatore, quas suo ordine in hac editione posuimus. Hæc in primo et secundo tomo.

Ex tertio tomo aliud exemplum proferimus. Longam seriem homiliarum habuerat Chrysostomus, quarum ille ordinem ita clare non semel enuntiat, ut ne vel minimum dubii de ordine superesse possit: ita vero dispositæ erant illæ conciones, ut posterior prioris semper argumentum prosequeretur. Erantque illæ numero novem, quarum quinque priores in *Principium Actorum* inscribebantur; quatuor autem posteriores *de Mutatione Nominum*, occasione mutationis nominis Sauli in Paulum. Ex his vero novem homiliis octo tantum in utraque editione comparent: secunda enim exciderat, quæ jam reperta est. Octo autem illæ homiliæ tomo quinto editionis Frontonianæ exstant, sed susseque positæ: prima namque pag. 556 habetur, secunda exciderat ut diximus, tertia p. 151, quarta p. 582, quinta p. 831, sexta p. 544, septima p. 850, octava p. 164, nona p. 568. Major adhuc ordinis perturbatio in editione Savilianâ deprehenditur: in qua homiliæ istæ variis in tomis distractæ et separatæ leguntur. Cave autem id vel Savilio vel Frontoni vitio vertas: nam propterantibus typographiæ operis hæc homiliæ separatim accedebant, neque fortasse spatium erat ad earum restaurandum ordinem. In hac vero nostra editione hæc novem homiliæ (nam secunda, quæ latebat, ex tenebris emersit) suo ordine, duce Chrysostomo, in tertio tomo ponentur, cum prævio Monito, ubi idem ipse ordo ut genuinus perspicue asseretur. Plurima alia proferre possemus hujusmodi perturbationis exempla, sed hæc in præsentis satis erunt; cætera erudito lectori in operis decursu observanda relinquimus.

§ X. — De distributione tomorum in Savilianâ et Frontoniana Editione.

Jam ad ordinem et distributionem tomorum Chrysostomi veniamus: qua in re plus inest difficultatis, quam vulgo credatur. Longe diversam distribuendi methodum sequuti sunt Savilius et Fronto Ducæus;

neuter tamen potuit eam, quam sibi præscripserat, normam retinere. Duas vero in partes possunt S. Joannis Chrysostomi opera generatim distingui. In opuscula videlicet, et in commentarios in Vetus Novumque Testamentum. Savilius commentarios primo posuit, ii vero quatuor primos tomos occupant; opuscula in sequentibus tomis locantur; in quinto nempe hoc ritu: 1° Sermones in loca sacræ Scripturæ. 2° Sermones paegyrici Sanctorum. 3° Sermones dubiæ fidei in loca sacræ Scripturæ. 4° Sermones paegyrici dubiæ fidei. In sexto autem tomo: 1° Tractatus varii. 2° De Statuis orationes una et viginti, quas sequuntur alii sermones varii argumenti. 3° Orationes ex variis Chrysostomi locis consarcinatæ, quas *Ἀπὸ θίματᾶ* seu Florilegia vocant. 4° Orationes quædam ambiguiæ fidei. In tomo septimo: 1° Epistolæ, præmissis duabus orationibus quas exsillii sui tempore Chrysostomus emisit. 2° Spuria in loca Scripturæ. 3° Sermones paegyrici spurii. 4° Tractatus varii spurii. 5° Orationes quædam ambiguiæ fidei. 6° Florilegia Chrysostomi a Theodoro Magistro collecta. 7° Orationes quædam Chrysostomi Latine. In octavo tomo: 1° Orationes quædam in præcedentibus tomis omissæ. 2° Varii scriptores de vita Joannis Chrysostomi; et initia omnium Chrysostomi orationum, ac postea epistolarum. 3° Notæ Savilii et aliorum in omnia S. Joannis Chrysostomi opera: quæ notæ maximam octavi tomi partem occupant.

Longe aliam distribuendi methodum sequutus Fronto Ducæus, primo tomo posuit opuscula multa, orsus ab Homiliis ad populum Antiochenum in Statuas, quibus subdidit alia opuscula varii argumenti; tum sermones paegyricos, homilias de Pœnitentia, libros de Fato, et alia pauca. Horum maxima pars Antiochiæ, nec nisi paucissima Constantinopoli emissa sunt. In secundo tomo, Homilias seu Commentarios in Genesim; et postea aliquot homilias in Vetus Testamentum, in varia scilicet hinc et inde sumpta loca. In tertio tomo Homilias seu Commentarios in Psalmos, postea Commentarium in octo capita Isaiæ: sub hæc Homilias in varios Psalmos seu Psalmorum partes. In quarto tomo libros de Sacerdotio: quos sequuntur quidam libri ascetici adversus oppugnatores vitæ monasticæ, ad Demetrium, ad Stelechium, ad Stagirium, de subintroductis, tum alia quædam opera permixtè edita, liturgia Chrysostomi nomine, epistolæ, demum alii quidam libelli extra locum positi, quia tardius accesserant. In quinto tomo homilias edidit in varia Novi Testamenti loca, tum paegyricos sermones in solemnitates Christi, et in divum Paulum, demum orationes et opuscula plurima extra locum posita, quia tardius allata sunt. In sexto tomo homilias spurias locavit, quas sequuntur Florilegia ex variis Chrysostomi orationibus. Eo autem consilio Ducæus homilias in varia Novi Testamenti loca in quintum tomum rejecisse videtur, ut quæ ad Novum Testamentum pertinebant, post commentarios in Vetus Testamentum locum haberent: quasi vero tantam affinitatem cum commentariis habeant homiliæ

illæ, quæ a quapiam Scripturæ sacræ clausula argumentum mutuantur. Certe si hujusmodi homilias pro commentariis habeamus, non paucæ reperientur in primo tomo homiliæ hujusmodi, ex Novi Testamenti clausulis argumentum mutuantes, quæ ante Commentarios in Genesim et in Vetus Testamentum ab ipso Frontone positæ fuerunt. Ex dictis liquet summos viros Savilium et Ducæum in concinnanda operum et tomorum distributione non parum laboravisse: etsi quippe id ex arbitrio ut plurimum pendere putetur, non ita facile est ad aliorum placitum tantam supplectilem ordinare. Jam monuimus nec Savilium nec Ducæum quem sibi præstituerant ordinem servare potuisse: quia post editas cujuscumque argumenti homilias inexpectata: aliæ ejusdem argumenti accesserunt. Hinc est, quod apud Savilium multa in septimo et octavo tomo reperiantur, quæ ad quinti et sexti seriem pertinebant. Pariterque Fronto Ducæus aliqua in quarto, quæ primi tomi sunt; multa similiter in quinto, quæ vel ad primum vel ad quartum spectabant, reposuit.

§ XI. — *De distributione tomorum in nostra Editione.*

Ordo Savilii, qui primo loco Commentarios in Scripturam posuit, quantumvis placuisset, non poterat a nobis usurpari hac de causa: Commentarius in Psalmos plus quam dimidia homiliarum parte mutilus ad nostram pervenit ætatem. Spes autem erat nos ex homiliis illis deperditis non paucas ex tenebris educturos esse: resque jam cessit ex voto: nam ut ante narrabam, una et triginta homiliæ sinceræ in Anglia repertæ sunt, quarum alteram partem jam exscriptam teneo, alteram expecto. Neque postrema fortassis erit illa accessio; nam reliquas amissas pari studio perquirimus, et fugax ævum sæpe quid importat novi. Si vero a commentariis cœpissimus, quidquid in Psalmos novi accessurum erat, extra ordinem et locum proprium, magno scilicet cum dispendio, jacuisset. Hunc ergo operum tomorumque ordinem, re accurate perpensa, nobis præstitimus: opuscula prænum omnia, cujusvis generis sint, in tribus tomis prioribus locamus; commentarios cum Veteris tum Novi Testamenti septem posteriores occupabunt. Opuscula vero hoc rite dividuntur: primo ponimus ea quæ ob varietatem argumenti non possunt in unam et certam redigi classem; illaque secundum ordinem temporis, quantum licet, constituimus. Agmen ducunt paræneses ad Theodorum lapsam, hinc sequuntur libri adversus Oppugnatores vitæ monasticæ, libri ad Demetrium, ad Stelechium, ad Stagirium, de Subintroductis, de Virginitate, ad Viduam juniorem: secundum temporis seriem accedunt libri de Sacerdotio, homilia cum presbyter fuit ordinatus: de Incomprehensibili et contra Anomæos Homiliæ XII, contra Judæos VIII; Homiliæ de Kalendis et de Lazaro jam octo. Hæ vero primum tomum absolvunt. Ex hac prima classe in secundo tomo Homiliæ XXI in Statuas, catecheses duæ, tres de Diabolo tentatore homiliæ, et novem de Penitentia. Huc desinit prima classis, quæ ad me-

dium ferme secundi tomi pertingit. Secunda classis est concionum panegyricarum de festis Domini nostri Jesu Christi. Homiliæ in Paulum et in reliquos Sanctos: hæ secundum claudunt tomum. Tertia classis est homiliarum quæ ex variis Scripturæ clausulis argumentum mutuantur; hæ vero occupabunt priorem partem tomi tertii. Quarta classis est opuscularum ad motus Constantinopolitanos, et ad utrumque S. Joannis Chrysostomi exsilium pertinentium. Quinta classis epistolarum omnium: quarta et quinta, quæ magnam habent inter se affinitatem, postremam tertii tomi partem complebunt. Septem vero posteriores tomi omnes omnino commentarios, qui supersunt, complectentur. Atque in fine postremi fragmenta varia afferentur tum ex Photio, tum ex aliis scriptoribus atque ex manuscriptis excerpta. Dubia vero et spuria opera ita distribuere conati sumus, ut habita argumenti ratione in finem cujusque tomi ablegentur. Fatemur tamen non potuisse nos id ubique præstare: si enim, exempli causa, omnes panegyricos spurios sermones in fine secundi tomi, qui locus eorum proprius erat, posuissemus, in nimiam molem crevisset ille tomus: quamobrem plurimos hujusmodi ad sequentes tomos rejicere coacti sumus. Sed id levissimum est, ni fallor, incommodum: spuria quippe tam inepta plerumque sunt ut lucem non mereantur. In decem igitur tomos omnia S. Joannis Chrysostomi opera distribuuntur: undecimum appendici, de qua mox agetur, destinamus. Sed erunt fortasse qui quærant: Frontonis Ducæi editio duodecim tomis, sive undecim ample molis voluminibus absolvitur: quo pacto igitur tot auctam anecdotis, totque monitis editionem decem in voluminibus includas? Id qui fieri potuerit facile intelligas si perpendas longe majori charta et pagina usos typographos nostros tomis novem et dimidio ea omnia concludere posse, quæ in undecim Frontonis voluminibus continentur, quod jam experimento didicimus. Ad hæc vero spuria quæ in Frontonis editione amplum volumen conficiebant, in nostra editione cum ex supra memorata chartæ magnitudine, tum etiam ex minuta typorum forma ad dimidium voluminis reducantur: jam habes undecim volumina in novem redacta. Insuper, sublatis illis paraphrasticè adornatis Latinis interpretationibus, quæ verborum copia redundabant, quæ illis substitutæ sunt longe minus spatii occupabunt, hincque nonnihil etiam ex memoratis novem voluminibus deceditur. Quibus perspectis facile intelligas in decem illis editionis nostræ voluminibus tum ea quæ ex tenebris eruimus Chrysostomi opera, tum etiam monita, plus quam unum volumen occupare (a).

§ XII. — *De appendice perquam necessaria operibus S. Joannis Chrysostomi subjungenda.*

Inter ea quæ ad Chrysostomum illustrandum con-

(a) Haud multo post sensit sese male præjudicasse P. Montfauconus: in tertii enim tomi præfatione jam monuit editionem usque in tredecim tomos forte evasuram. M.

ferre possunt, nihil opportunius, meo quidem iudicio, appendice illa ad calcem operum adijcienda, quæ editionis ultimum tomum constituet: ubi, præmissis veterum de Joanne Chrysostomo testimoniis, diatribæ quinque edentur. In earum prima agitur de fortuna operum tanti doctoris, deque variis manuscriptis codicibus ejusdem, qui in plurimis Europæ bibliothecis ingenti numero feruntur: si qua vero in iis notatæ digna et singularia observentur, ea non pigebit annotare. Tum de innumeris pene editis tractabitur, qui vel partes operum, vel opera omnia complectantur, annotatis anno, loco et editionis auctore: præfationes etiam singularum editionum minutiore characterè edentur. In secunda diatriba de re admodum operosa disputabitur; nimirum de amissis ejus libris operibusque variis, quæ teste Suida omnem numerum superabant: ibi de Commentariis in Marcum et in Lucam disputabitur, quos alii edidisse Chrysostomum narrant, alii nunquam existisse contendunt: de Chrysostomi item orationibus contra Arabas, qui dicebant animam mori cum corpore, quas orationes aliqui inter Chrysostomi operæ recensent: deque aliis hujusmodi bene multis disseretur. In tertia diatriba de doctrina S. Joannis Chrysostomi circa fidei dogmata tractabitur, ubi ipsius prolatis S. doctoris dictis atque sententiis omnia recensebuntur; idque non disceptandi animo, sed ex uno veri studio. In quarta diatriba de disciplina tempore Chrysostomi ex ipsius maxime scriptis agetur. Ubi singularia certe, sive quod ad liturgiam et sacrificii celebrationem, sive quod ad alios ritus, observabuntur, nempe de variis officiis diaconi aliorumque ministrorum; de ornamentis Ecclesiarum, de signi Crucis vario usu; de oleo ex SS. martyrum sepulcris desumpto, quo utebantur ad dæmones fugandos morbosque pellendos; similiterque de oleo sanctæ Crucis, de quo in Vita S. Sabæ; deque aliis innumeris veteris Ecclesiæ Orientalis ritibus: quos ritus sæpius quam quisvis alius commemorat S. Joannes Chrysostomus. In quinta diatriba de variis et miscellaneis rebus tractabitur: si quid omissum fuerit, id afferetur; si quid erratum aut minus recte positum, emendabitur; nam usus et tractatio diuturna accuratorem afferunt rerum notitiam.

Sequitur Vita S. Joannis Chrysostomi, tum ex ejus maxime scriptis, tum ex aliorum sive æqualium, sive supparium, sive posteriorum scriptorum narratu, accuratissimæ quantum licebit concinnata. Huic subjicientur ejus vitæ scriptores veteres, Palladius, Georgius, alique anonymi, quorum nonnulli lucem nondum viderant. Sub hæc indicem dabimus locorum Scripturæ sacræ, quem sequetur index rerum generalis in omnia ejus opera. Erit porro index ille locupletissimus et summo labore accurationeque singulari concinnatus. Quantæ porro utilitatis sint indices hujusmodi pauci experiri volunt. At enim non modo sunt ad loca perquirenda utiles; sed etiam quando accurate cogitateque scripti sunt, sine tædio et cum fructu maximo leguntur, omissis videlicet numeris,

qui ad seriem minime pertinent. Ex hujusmodi vero lectione is fructus decerpitur, quem in ipsa auctoris lectione vix reperias. In auctore quippe omnia sparsim posita sunt; si quid de Deo, verbi gratia, senserit Chrysostomus ediscere cupias, si quid de baptismo, de gratia, etc., tota decem volumina perlegas oportet, periculumque semper est ne in tam diuturno lectionis decursu, quod primo perceptum fuerat, antequam ad finem devenias, elabatur: periculum item ne assiduæ tantæque lectionis tædio bene multa inobservata prætercas. Contra vero in istiusmodi indice, quæcumque de Deo, quæcumque de baptismo, deve aliis quibuslibet in auctore reperiri possunt, unum sub aspectum subjiciuntur. Quamobrem vel iisdem ipsis qui tot volumina legunt, iudicis lectionem ne prætermittant auctor sum. Post indicem Onomasticon amplissimum dabitur vocum omnium singularium, quæ in edito Chrysostomi reperiuntur, cum earum interpretatione Latina: idiotismi, qui plurimi apud illum occurrunt, notabuntur. Agmen claudet catalogus alphabeticus operum omnium Chrysostomi et epistolarum a primis cujusque operis verbis ductus, longeque amplior quam Savilianus, in octavo tomo illius editionis positus.

§ XIII. — *De viris insignibus, quorum ope in hac editione usi sumus.*

Restat ut in grati animi testimonium lectori significemus, quarum bibliothecarum codicibus, quorum ope virorum ad hanc editionem usi sumus. Præsertim celebrandus nobis est excellentissimus Dom. HENRICUS CAROLUS DU CAMBOUT DE COISLIN, DUX et PAR Franciæ, Episcopus Metensis, qui bibliothecam suam omni manuscriptorum, præsertim Græcorum, genere refertam hoc in cœnobio deposuit, et pro innata beneficentia tam lautæ suppellectilis nobis usum concessit; unde multa Chrysostomum spectantia mutuati sumus. Ex bibliotheca Regia semper codices nobis ad arbitrium suppeditati sunt humanitate et munificentia illustriss. ABBATIS D. DE LOUVOIS, bibliothecæ Regiæ præfecti, sub cujus auspiciis ejusdem bibliothecæ custodes D. de TARNIS, præsertimque vir cl. JOANNES BOIVINIUS, non minus comitate quam eruditione toto orbe literario notissimus, solitis officiis nos prosequuti sunt. Haud multo minores nobis supplicæ accessere ex bibliotheca illustrissimæ COMITIS DE SEIGNELAY, quæ Colbertinæ nomine insignita ingenti Græcorum Mss. copia instructa est. Horum nobis ad nutum copiam fecit humanissimus ille vir, ad literarum commodum natus.

In bibliotheca Vaticana, dum Romæ versarer, innumera exscripsi, collegi, contuli. Post reditum autem, ex quo illustrissimus vir D. CAROLUS MAYELLA in bibliothecarium cooptatus est, omnia pro voto suppeditata fuere. Est enim vir ille, ut omnigena eruditione ornatus, ita literatis admodum opportunus. Ex ista vero bibliotheca multa nobis apographa transmisit vir amicissimus et doctissimus BERNARDUS,

ANDREAS LAMA, qui jam Lutetiæ agit. Ex bibliotheca item Ottoboniana, favente eminentissimo Cardinali PETRO OTTOBONO, non pauca mutuati sumus.

In Anglia nulla non officiorum genera nobis præstita sunt, fateorque me nusquam majorem expertum humanitatem quam apud Anglorum gentem. Præit hoc in munere vir cl. et illustrissimus JOANNES PORTERUS, Episcopus Oxoniensis, eruditione cum primis numerandus, qui exlimis operibus rem literariam locupletavit: is nobis apographa rerum ad institutum nostrum pertinentium rogatus non rogatus in dies mittit, et ingentem illam commentariis in Psalmos, ut jam diximus, accessionem procuravit, cujus jam partem tenemus, partem expectamus. Neque tacendus vir amicissimus et eruditissimus TIMOTHEUS GODWINUS, Episcopus Kilmoriensis, qui mihi et operi et benevolentiam illustrissimi Potteri conciliavit, neque cessat commodis meis advigilare. Cantabrigiæ officii suis nos certatim prosequuti sunt vir cl. BENTLEYUS, reipublicæ literariæ decus et ornamentum, et vir doctissimus amicissimusque PEPUS NEEDHAM, multis insignibus editis operibus clarus.

In Germania nobis semper præsto fuit, et ad nutum beneficia contulit vir clarissimus JOANNES BENEDICTUS GENTILOTTUS AB ENGELSBRUN, bibliothecæ Cæsareæ præfectus, vir eruditione conspicuus, huma-

nitare cum primis celebrandus, denique omnium numerorum. Viennæ quoque et manu et ope et amicorum ministerio ad nostri commodum usus semper est JOANNES CHRISTOPHORUS BARTENSTEINIUS meus, Argentoratensis, sacre Cæsareæ Majestati a Consiliis. Hamburgi etiam pari nos benevolentia prosequutus est vir insignissimus et eruditissimus JOANNES ALBERTUS FABRICIUS, quem ob præclara in rempublicam literariam collata beneficia ignorat nemo qui literas norit. Is manuscriptum epistolarum S. Joannis Chrysostomi, nec rogatus, Hamburgo Lutetiam misit, ut oculis ipse meis varias inde lectiones excipere possem. Neque silentio prætermittendus vir cl. CONRADUS WINDOW, qui nullum lapidem non movit ut nostris faveret studiis et operibus. En habes, candide lector, festivam præclarorum hominum enumerationem, quorum commemoratio nemini literas amanti non grata potest esse.

Neque tacendi sunt carissimi sodales mei viri docti, qui mecum in hoc edendo opere desudarunt, D. CAROLUS DE LA RUE, D. MARTINUS BOUQUET, et D. JOSEPHUS DOUSSOT. Ceteri autem qui variis lectionibus excipiendis operam bene multi dederunt, et dant hodieque, in aliquo tomorum sequentium commemorabuntur: nam in dies novi ad id muneris se conferunt, et uno avulso non deficit alter.

DE VITA S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, ET PRIMO DE SCRIPTORIBUS VITÆ EJUSDEM SANCTI DOCTORIS. QUOS PRÆTERMITTERE VISUM EST.

Qui primus ab Henrico Savilio editus fuit Vita S. Jo. Chrysostomi scriptor, est Georgius Alexandria archiepiscopus, quem quidam putant Joannis Eleemosynarii successorem fuisse. Hic humili et ineleganti stylo innumera refert fabulosa, iis exceptis, quæ ex Palladio et Socrate mutuatus est. Narrat Joannem juvenem, jam literis eruditum, Athenas profectum esse; ibique cum post modicum temporis spatium Athenienses omnes disciplinarum notitia et facundia superaret, multos in sui admirationem rapuisse, aliorum vero invidiam concitavisse, maximeque Anthemii ejusdem viri docti et superbi, quocum etiam disputavit. Hæc disputatio pluribus memoratur. Post hujusmodi fabulam fusiore stylo recensentur miracula bene multa a Joanne nostro patrata: cum tamen Chrysostomus non semel dicat, miracula nulla suo tempore fieri, nec esse necessaria. Innumera profert similia, nec majoris pretii. Quapropter jure Savilius talem de Georgio fert sententiam: *Omnibus certe suis æqualibus, etiam posteris (ut de vetustioribus taceam) infantia in dicendo palmam præripuisse merito judicatur. Ex hujus tamen sæcibus hausserunt Leo Imperator, auctor incertus, et Simeon Metaphrastes, quos una damus.*

Post hanc Vitam a Georgio Alexandrino scriptam apud Savilium sequitur Leonis Imperatoris Enco-

mium S. Jo. Chrysostomi. Leo nempe ille est, qui Sapiens et Philosophus dictus, Orientale Imperium tenuit ab anno 886 ad annum 910. Ille tamen sapiens Imperator ex foetidissimo illo Georgii fonte omnia mutuatur, nec majori quam ille fide dignus est.

Leonem Imperatorem excipit apud Savilium anonymus scriptor Vitæ S. Joan. Chrysostomi, qui initio profert nomina eorum qui de vita Chrysostomi scripserunt, hoc titulo: *Quinam de vita Chrysostomi scripserunt.* Horum nomina hæc sunt: Socrates ecclesiasticus historiographus, Palladius Helenopolcos episc., Proclus Constantinopolitanus, Cyrillus Alexandrinus, de cujus visione infra agitur, Sophronius patriarcha Jerosolymitanus, Joannes Damascenus, Martyrius Antiochenus patriarcha, Cosmas Chrysostomi tempore diaconus ἀποστολικόν, Theodoretus Cyri episc., Nilus Magnus, Isidorus Pelusiota, Evagrius Asceta, Cosmas Vestitor, Leo Imperator, Nicetas σκευφύλαξ, Nicetas Paphlago, Eustathius Primi, Basilium ὁ πρωτόδρομος, Constantinus Porphyrogenitus Imperator. *Ex his omnibus, pergit ille, opportuniora et pulchriora colligentes, quorum quædam aliis ex horum scriptorum numero nota, aliis ignota erant, hunc librum in gratiam piorum hominum adornavimus ad gloriam Dei, et ad memoriam sancti viri.*

Hic vero Anonymus cæteris elegantior est; sed

nihil magis confert ad vitam S. Joan. Chrysostomi, quam Georgius, ex cujus facibus omnia hausit, ut et Metaphrastes Scriptores vero illi *de vita Chrysostomi*, quos nominatim ipse commemorat, non omnes totam Chrysostomi vitam descripserunt, sed ex illis plurimi nonnulla tantum ad vitam Chrysostomi pertinentia retulere. Visionem autem illam Cyrilli, de qua supra loquitur Anonymus, in Notis suis assertit Savilius, atque ita ridicula visa fuit Tillemontio, ut ne memorare quidem illam dignatus sit.

De Georgio Alexandrino et de tribus sequentibus vite Chrysostomi scriptoribus, a Savilio Græce censis, in Latinum vertendis, et in hac editione publicandis pridem cogitaveram; imo vero Georgium Latine convertere cœperam: sed ubi tot quisquillas inveni, tunc

pœnituit cœpisse, et libitit desistere, ac Leonem Imperatorem, Anonymum et Metaphrasten, qui ex Georgii facibus hauserant, similiter amandare. Nam cum horum vite Chrysostomi scriptorum opera admodum proluxa sint, Latine conversa non potuissent in eodem Tomo contineri, et oportuisset alium adornare to-mum; idque nullo fructu, cum ad vitam Chrysostomi, ut superius dictum est, nihil possint asserre momenti. Quapropter his omissis, a Vita Chrysostomi per Palladium, Helenopoleos episcopum et Chrysostomo cœvum, incipiemus: qui Chrysostomi partes sectatus, multa retulit, quæ ipse viderat et quorum consors fuerat. Deinde vero vitam S. doctoris opponemus, ex ejus maxime scriptis et ex fide dignis auctoribus a nobis adornatam.

HENRICI SAVILII

ADMONITIO

DE SCRIPTORIBUS RERUM CHRYSOSTOMI,

ET PRÆESERTIM GEORGIO CÆTERISQUE BIOGRAPHIS RECENTIORIBUS CAUTE LEGENDIS.



Ad scriptores rerum Chrysostomi quædam adnotaturo constituenda mihi ante omnia videtur ratio temporum, qua rite constabilita, cætera fient dilucidiora, et multa in hac historia dubia dissolvere, multos historicorum errores chronicos non erit difficile castigare: quæ tamen, ut mea omnia, lectorum iudicio vel recipienda, vel repudianda relinquo. Ac primum de die et consule, quo natus est Joannes noster, nemo veterum Græcorum quidquam prodidit, nemo recentiorum: adeo sunt magnorum virorum, perinde ac fluviorum, ortus obscuri, progressus et exitus conspicui. Secundum, Joannis patrem, paucis post nativitatem filii diebus, an mensibus obiisse, ex matris ad Joannem verbis liquet, lib. 1 de Sacerdotio n. 5: *Partus tui dolores exceptit obitus patris*. Jam cum mater ipsius annos viduitatis explesset viginti, apparet eum adhuc Antiochiæ in schola Libanii versatum, ex ipsius Chrysostomi verbis, Orat. 1 ad Viduam jun.: *Nam et ego aliquando cum essem junior, doctori meo (Libanio), erat autem ille omnium hominum maxime superstitiosus, etc.*, usque ad verba, *quales mulieres apud christianos sunt* (T. I. ad Viduam jun. n. 2). Quod si numerus iste viginti annorum *justus* est, non rotundus, quod fortasse verius, ut demus statim post Joannis ortum patrem decessisse, annos natum minimum viginti in auditorio Libanii Joannem hæsisse necesse est. Palladius annum octavum decimum agentem oratoriæ operam dedisse testatur. Cedrenus diserte scribit anno ætatis decimo octavo destituisse Libanium. Georgius et Leo hoc ipso anno Athenis (quo, ut ferunt, post Antiochenam institutionem studiorum causa migraverat) rediisse produnt: alii anno ætatis sedecimo, longius adhuc a vero aberrantes. Expleto igitur anno vicesimo (neque enim plures ponere patitur nos sequentium calculus tempo-

rum, nec pauciores verba Chrysostomi), desertis studiis juvenilibus eloquentiæ et philosophiæ *argutis* sophistiæ Libanii *longum vale dicens* (ait Georgius), adhærere cœpit B. Meletio, episcopo Antiocheno, nec ab ejus unquam latere discedere; a quo sacris dogmatibus diligenter instructus et, baptismo post triennium *ferme illuminatus*, lector ordinatus est: sic Palladius, Cedrenus, alii. Hic ergo annos habes tres et viginti. Circa hoc tempus matrem obiisse probabile est; ipsumque vite se deinceps monasticæ, quam maternis precibus victus distulerat verius quam abjecerat, tradidisse. Quadriennium vixisse in monasterio Antiochiæ vicino omnes scriptores testantur, tam veteres quam recentiores, sacrarumque librorum lectioni, et *asceticis rebus*, apud Carterium et Diodorum, *tunc monasterio præpositos*, operam dedisse. Hæc Socrates. Ex quibus Diodorus, postea Tarsensis episcopus, multa scripsit *literalem divinarum Scripturarum sensum unice curans earumque figuras* (allegorias et anagogas, quibus, supra quam per erat, delectatus fuerat Origenes) *rejiciens*. Quam interpretationis rationem a magistro mutuatus videtur hic noster, quem nominis præfata venia fere ad allegorias descendere videmus. Cedrenus solius meminit Carterii. Palladius Syrum quemdam senem commemorat continentiæ imprimis studiosum, cui se socium in monasterio dedit Joannes. Utrum ex duobus illis unus fuerit iste Syrus, an potius Hesychius, *Syrus genere* a Georgio nominatus, non possum statuere. Ex tota certe Georgii narratione, monasterio si non præfuisse, certe ad omnem pietatem prævisse fratribus iisque regulas asceticas condidisse, potius quam sub alterius disciplina vixisse videatur. Relicto post quadriennium hoc monasterio, desiderio delitescendi remotiorem eremum petiit: illicque spelunçæ inclusus biennium ferme peregit.

Atque de hoc sexennio, ut dixi, inter auctores convenit. Inde ad urbem reversus, diaconus a S. Meletio (quod inter omnes constat) jam proficiscente, ut puto, Constantinopolim ad secundam synodum celebrandam, anno Domini 381 ineunte, ordinatus, quinquennium venerandis ministravit altaribus. Nam quod post Meletii mortem, quæ ipso tempore secundæ synodi accidit, Socrates ait : *Recedens Joannes a Meletianis (ex urbe, inquit Georgius) tres integros annos tranquille egit; zomnoratur in monasterio in quo primum erat, inquit Georgius; triennium hoc, ut importunè contra rationem temporum, ut in sequentibus monstrabitur, Palladio etiam non suffragante, interjectum, ex numero annorum Chrysostomi eximendum censeo.* Post diaconatum ergo, presbyter deinde, quod inter omnes convenit, post annos quinque a Flaviano (non, ut vult Socrates, Evagrio, Paulini successore), quod postea ostendemus, ordinatus est. Sic habemus a nativitate Joannis usque ad deserta studia juvenilia annos, secundum Chrysostomum ipsum, viginti, vel, secundum alios, octodecim : apud Meletium annos ferme tres; inde in cremo annos ferme sex : in diaconi gradu annos quinque, et, exempto illo Socratis et recentiorum triennio, in presbyteri gradu annos duodecim. Quod si pleni fuerint hi anni, non cavi aut labentes (quod potius reor, in annis præsertim ante diaconatum, pro more omnium fere auctorum numeros sæpe augmentum, et quia vocabulum ferme bis a Palladio repetitum est), a nativitate ad episcopatum anni colliguntur 46. Quod si duos annos cum Palladio et recentioribus demamus ex studiis juvenilibus; et annum unum pro illo bis repetito ferme; anni tantum erunt 43. Reliqua deinceps prona, epochaque certæ, non annorum tantum, sed et mensium propemodum et dierum. Inter omnes convenit, tam veteres quam recentiores, Joannem ab Arcadio Augusto Antiochia, ubi presbyter fuit, accitum in sella episcopali Constantinopoli locatum, Coss. Honorio 4 et Eutychiano, hoc est, anno Christi, ut nos numeramus, 398, Februarii 26, sede urbeque pulsum (de posteriore exilio loquor; nam de priorè postea videbimus) Honorio 6, et Aristarnato Cess., qui annus est Domini 404, vicesimo die Junii, sive, ut alii loquuntur, quinque diebus post completum Pentecosten. Et quidem decimo tertio post die, hoc est, tertio Julii, data est Joannis nostri ad Olympiadem epistola nona; et postridie ejus dici, sc. 4 Julii vel Panemii mensis, altera ad Constantium. In hoc exilio vixit Cucusi annum unum, Arabissi biennium, reliquis mensibus in itinere Pityuntem versus consumptis, quo tamen non pervenit, morte præventus Comanis, Honorio 7 et Theodosio iterum Coss., hoc est, anno Christi 407 : quod inter omnes constat. De mense controversia est : Socrates die 14 Novembris obiisse scribit : Georgius, et post eum recentiores omnes, et Calendarium, ut videtur, Romanum die 14 Septembris, ipso exaltationis S. Crucis die. Quin et apud Socratem Septembris legendum esse constat ex veteri latina interpretatione in Cassiodori Historia tripartita lib. 10, c. 18. Ita ab initio episcopatus ad

mortem novem anni sunt, menses sex vel octo, dies sedecim; et a nativitate ad mortem secundum majorem computationem supra collectam anni 55, et menses aliquot; secundum minorem computationem anni 52, et aliquot præterea menses. Zonaras, Cedrenus et alii fere omnes, annos eum vixisse scribunt non plures quinquaginta duobus : auctor incertus pag. 54 Edit. Lat. Paris. 1588, addit menses octo : cui propemodum assentior. Ita secundum majorem computationem incidit annus nativitatis Joannis in consulatum Constantii 5 et Galli Cæsaris, anno Domini 352; secundum minorem, in consulatum Arbetionis et Lolliani, anno 355, mense, ut videtur, Januarii, vel Martii. Jam reliquias Chrysostomi jussu Imperatoris Theodosii junioris, et suasu Procli, tum episcopi C. P., Comanis in urbem regiam deportatas et in basilicam SS. Apostolorum illatas ex Theodor. lib. 5, c. 36, et Socr. lib. 7, c. 45, constat, Theodosio 16 consule, hoc est anno Christi 438, Januarii 27 die : ill est, post exilium posterius annis 33, mensibus 8; post mortem annis 30, mensibus 3 vel 5. Cosmas Vestitor, *post triginta et tres annos.* Socrates lib. 7, c. 45, notabili inconstantia, *trigesimo quinto anno post exilium, et septimo post versu, trigesimo quinto anno post obitum,* cum inter hæc duo triennium intercesse-rit, et aliquot menses. Atque hæc fere sunt, in quibus tempora, et temporum prope momenta ex historiis notare licet. Reliqua late vel argumentis, vel etiam conjecturis colligenda. Ac primum, Eutropius iram fugiens Augg. ad ecclesiam fugit, se consule et Theodoro, hoc est, anno Christi 399, homo non solum Christianus, sed etiam orthodoxus; ut qui libros Eunomii hæresiarchæ, qui Arium ipsum impietate superavit, publice jussit cremari, cadaverque ejus extractum projici. Niceph. lib. 13, c. 1, Asiaticorum episcoporum negotium ceptum est tractari ἐν τρισεκονταεβδόμη ἐπιουχιάσει; hoc est, indictione (non distributione, ut male interpret Palladii et alii), tertia decima, i. e. anno Domini 400, duravitque biennium; teste Palladio; hoc est, usque ad finem anni 401, vel etiam initium 402. De tempore prioris exilii non est adeo proclive definiere : quare argumentis, ut dixi, et conjecturis, quod poterimus, elicienda veritas. Post 12 horas a prima expulsionione (quam meridie factam tradit Socrates et alii ad *vesperam extremam*, Chrysostomi ipsius epistola ad Innocentium), jussu Imperatorum revocatus Joannes (sic Palladius), paucosque post dies, invitus licet multumque renitens, in throno locatus, concionem habuit apud populum eam, quæ exstat in fine Georgii, *Cum Sarram ab Abrahami; Theophilo adhuc ad urbem manente, neque hisbere contra audente.* Sozom. lib. 8, c. 18 : eumque ob judicium Heraclidæ episcopo Ephesino absentis per Theophili factionem intentatum, velitationes fierent in urbe crebræ inter Constantinopolitanos et Ægyptios, *ita ut multi vulnerati sint, nonnulli vero occisi; quæreretque Theophilum civitas in mare præcipitare; sibi metuens Theophilus fugit in Ægyptum, jam hieme incipiente,* inquit Sozomenus, et Nicephorus lib. 13, c. 17, adac-

que diem ipsius reditus ab exsilio Joannes Anonymus cap. 100, Metaphrastes cap. 36, et Menologia Græca ponunt 13 Novembris : quem diem usque ad sua tempora pro festo celebrari Constantinopoli scribit idem Anonymus et Metaphrastes, et indicant Græca Menologia. Cum itaque ex horum consentientibus testimoniis mense Novembri redierit ab exsilio, de anno deinceps quærendum, utram Novembri anno 403, Theodosio et Rumorido Coss., an Novembri 402, Arcadio 5 et Honorio 5, redierit. Dico, clareque pronuntio, in Novembrio anno 403 reditum ejus ab exsilio cadere non potuisse; quamvis Card. Baronius et alii eo anno locent. Gregorius cap. 53 : *Dumque illi sic, inquit, alii alia molirentur* (scilicet in secundo concilio contra Joannem), *transierunt menses novem (decem, inquit Leo Imp. cap. 26. Palladius utrumque ponit); atvero festivitate natalium Salvatoris adveniente, etc.* Ex quibus verbis apparet anno 403 cœptum fuisse secundum contra Joannem conciliabulum mense Aprili : ut necesse sit prius exsiliū in Novembrem anno 402 incidere, cum in Novembri anno 403 cadere non poterit. Quod si cui Georgii Levitis videatur auctoritas, credat saltem Palladio, testi *fide digniori*, de eadem re pene eadem loquenti. Quid, inquires, actum interea? Respondeo, Joannem post prius exsiliū per aliquod tempus quiescisse, in magnaque fuisse apud Eudoxiam gratia, quippe magnis ab ipso decoratam laudibus in oratione supra memorata ad finem Georgii. Testis idem Palladius, cujus verba sunt : Post duos iterum menses a plaga indicta (fuga sc. Theophili et Ægyptiorum episcoporum) modice respirantes (inimici Joannis) secundo adversus Joannem fremunt : hoc est, quasi mense Januario anno 403, per occasionem statuæ argenteæ Imperatricis *chlamide induta*, supra porphyreticam columnam positæ. Cujus rei meminerunt hoc anno Theodosio et Rumorido Coss., præter Socratem lib. 6, c. 18, Prosper Aquitanicus, et Marcellinus Comes in Chronicis. Ad hanc statuiam, ipsis fortasse Kalendis Januarii, qui dies est solemnis anni Romani incipientis, dedicatam cum publici fierent ludi et choreæ; iratus Joannes linguam contra eos, qui ludis his interesset, acuit. Qua occasione frei Joannis inimici, qui adhuc in urbe, præter Ægyptios, aderant, instigante Augusta, clandestina moliantur contra ipsum consilia; reque Theophilo absenti per nuntios et literas communicata, incipiente, ut puto, Aprili concilium secundum contra Joannem cogunt : quod variis de causis usque ad Natalitia proxime sequentia extractum, et deinde ad Quadragesimam anno 404, et ad Pascha post quinque dies a completa Pentecoste Joanni nostro causa secundi exsiliū fuit, anno integro, septem mensibus et septem diebus post reditum ab exsilio prioris. Atque hæc mea est de tempore prioris exsiliū sententia. Neque obstat quod Theodoretus lib. 5, c. 34, ait, *Paucis interjectis mensibus (nempe a reditu), congregati sunt iterum, pœnasque requirebant pro exercito post decretum exsiliū ministerio*. Nam post quinque menses et paulo minus, coegerunt concilium; quod duravit postea men-

ses 14. Neque mirum ea, quæ sesquianno gesta sunt, tribus pene verbis a Theodoro narrari, qui strictim et timide totum hoc attingit negotium, iis permotus rationibus, quæ in principio dicti capituli 54 afferuntur. Anonymus a reditu ad Pascha ante secundum exsiliū intercessisse scribit *annū intergrum*; sic etiam Metaphrastes : qui annus integer metisium necesse est fuerit 17, cum uterque die 15 Novembris rediisse scribat.

Expedita annorum Chrysostomi computatione, sequitur, ut de subrogatione Arsacii, et successione Attici Eudoxiæque Augustæ morte pauca adjiciamus. In Joannis iterum expulsi locum subrogatur Arsacius, *paucis interjectis diebus*, inquit Socrates lib. 6, c. 19. Annales Græci, editi nuper a Josepho Scaligero una cum Eusebio, Arsacium esse factum episcopum referunt in templo Sophiæ cremato, 26 Junii, sexto post Joannis expulsionem die. Obiisse Arsacium anno sequenti circa 11 Novembris, Coss. Stilicone iterum et Anthemio, hoc est anno Domini 404, auctor est Socrates lib. 6, c. 20. Vixit igitur Arsacius in episcopatu annum unum, menses 4, dies 16. Palladius et alii non plures attribunt 14 mensibus : Nicephorus Patriarcha biennium. Post Arsacii mortem, quæ, ut dixi, accidit 11 Novembris 403, *Multis episcopatum ambientibus*, inquit Socrates, *multoque interjecto tempore*, succedit Atticus, *quatuor elapsis mensibus*, inquit Georgius, hoc factum : ut in mensem Martium anno 406, Coss. Arcadio 6 et Probo, necesse sit Attici creationem incidere. Restat maxima omnium quæstio de morte Eudoxiæ Augustæ : in cujus notandō tempore recentiores ab omnibus in universum, qui mortis ejus discrete meminerunt, veteribus discedunt. Socrates lib. 6, c. 19, ingentem grandinem, *instar lapidum (nucibus parem*, inquit Annalium Græcorum auctor), circa 30 Septembris cecidisse, eodem, quo Joannes pulsus est, anno, in consulatu Honorii 6 et Aristaneti, scribit, hæc est anno Domini 404, et quarto, post die obiisse Eudoxiam. Annales Græci pridie Nonas Octobris obiisse, et 4 Idus Octobris in Basilica SS. Apostolorum, sepultam ipsam Coss. Honorio et Aristaneto, memorant. Marcellinus Comes, iisdem Coss., inquit, Eudoxia, uxor Arcadii, obiit : Prosper Aquitanicus, iisdem itidem Coss. Eudoxia, inquit, uxor Arcadii, diem clausit. Contra hanc veterum scriptorum phalangem quid faciet infirma recentiorum manus; qui omnes uno ore Joanni nostro causam superstitem fuisse tres menses, hoc est circa medium Decembris, anno 407, vel circa medium Febr. anno 408, decessisse testantur? quam etiam opinionem ego ut magis probabilem amplector. Causæ sunt, primum quod illas *inhumanitates* et immanitates contra episcopos legatos ab Occidente, contra Joannem nostrum ad mortem usque ipsam contra omnes episcopos, clericos, et alios partium Joannis, non ab alio profectas fonte putem, quam ab implacabili impotentissimæ femine furore : cum alioquin Arcadius ipse simplicis fuerit et mitis ingenii, et tantorum fere majorum ignarus; neque credibile sit tantum habuisse

ponderis apud milites, custodes portuum, et ceteros imperii ministros, episcopos, reliquosque Joannis inimicos, nisi Eudoxia: feminæ supra sexum ferocis, et marito dominantis, opibus fultos, auctoritate munitos. Sed quod me vel maxime movet, ut pro recentioribus, quod invitissimus facio, contra veteres pronuntiem, illud est: quod Joannes noster, quem si veteres sequamur, totum triennium oportuit fuisse superstitem Eudoxiæ, in tot epistolis ad pontificem, ad episcopos, ad alios amicos, per triennium scriptis nusquam meminerit mortis Eudoxiæ, quam morbo diuturno et cruciabili, addo etiam fædo, periisse tradunt: de tanta et tam insigni Dei vindicta non taciturus; quinimo ad spem certam reditus, aut meliores fortunæ eo ipso arrigendus. Palladius quoque, illorum temporum æqualis, cum pœnas *θευδέστευς* de inimicis Joannis statim sumptas sigillatim recenscat, de Eudoxia silet, quam ferunt morbo fædo, et post magnos cruciatus obiisse.

« Constituta itaque, quantum a nobis fieri potuit, temporum ratione, ad ipsos accedamus auctores: quorum facile princeps Palladius, seu quisquis est illius dialogi auctor, qui ejus fertur nomine. »

Hic duo moventur quæstiones, quibus solvendis Savilius se prorsus imparem esse dicit. Prima est de auctore illius dialogi, utrum idem sit an diversus a Palladio, Helenopoleos episcopo, Lausiæcorum scriptore: eundem esse quidem suadere et titulum ipsum dialogi, et quod Palladius dialogista se in Asiatica peregrinatione perpetuum comitem Joanni adhæsisse profiteatur: quod de Palladio Lausiaco verum esse omnes sciunt. Id quoque, quod dialogista canitiem suam prædicet, optimesane in Lausiaco cadere, qui aliquot annos post Romam captam vixerit. Verum obstare ab altera parte, quod tam Theodorus quam ipse Palladius in dialogo de illo Helenopoleos episcopo in tertia persona loquantur. Alterum occurrit Savilio scrupulum e mentione Zosini pontificis ductum. De hac posteriori objectione vide infra Bigotii dissertationem. Secundum, inquit Savilius, est dubium, quomodo fieri poterit, ut intra triduum (Pallad. Dial.) post acceptas Theophili literas, quibus ille significabat Papæ Innocentio Joannem a se fuisse depositum, illæ Joannis literæ, quarum initium, *Etiã antequam reddita sunt*, ad eundem Papam pervenerint: nam Theophili necessario esse scriptas ex concilio ad Quercum, cum posteriori concilio ipse nec interfuerit, neque in eo ullum accusationis caput sit prolatum, sed merus canon concilii Antiocheni adhibitus: contra Joannis literas post secundam ipsius expulsionem scriptas esse, declarari vel his ejus verbis, *Secundo ecclesia sum ejectus*: inter duo autem exsilia intercessisse menses novemdecim.

« In Socrate quatuor eadem pagina, aut quinque, sunt errata historica in narrandis Chrysostomi rebus: nam cætera non attingo. Atque, ut ab ultimis ordiar: quod Joannem ab Evagrio, Paulini successore, Eustathianarum partium Antiochiæ episcopo, presbyterum scribit esse ordinatum: a Palladio omnibusque aliis veteribus et recentioribus refellitur, qui id uno

ore omnes Flaviano tribuunt, aliarum, hoc est, Meletianarum partium episcopo. Quas partes in eo schismate et ab initio secutus est Joannes, ut e superioribus patet, et in iisdem usque ad finem constantissime permansit. Non enim, nisi post mortem Porphyrii, qui Flaviano successit, prudentia et dexteritate Alexandri, episcopi tunc Antiocheni, sopita est illa discordia inter Eustathianos et Meletianos, teste Theodoro lib. 5, c. 33. Sed ad refellendum hunc errorem Socratis non est necesse extrinsecus probationes mutuari: cum sexcentis in locis ex ipsius Chrysostomi verbis luce clarius sit, a Flaviano eum fuisse ordinatum presbyterum, sub eoque deinceps usque ad episcopatus tempora vixisse. Proximum est, non quidem id minus falsum, sed quod aliquos saltem e recentioribus inveniunt laudatores (nam apud Palladium nullum hujusce rei vestigium) de toto illo triennio, quo post Meletii mortem, *tranquille egit*, inquit Socrates; *commoratus est in monasterio ubi fuerat prius*, inquit Georgius: unde assumptus est postea ad presbyteratum. Quod stare nullo modo potest, nisi contra omnes historias non 12, sed 14 annos et amplius Joannes presbyteratus assignemus. Nam primum a morte Meletii, quæ, ut supra diximus, accidit 581, tempore secundæ synodi, usque ad episcopatum Joannis anno 598, anni sunt pleni 16: e quibus recte nos, ut puto, Joannis diaconatus 4, et presbyteratus 12, assignavimus. Ex his si demas 12, quibus vixit presbyter, non triennium, ut volunt illi, sed quadriennium supererit, antequam ad presbyteratum assumeretur Joannes. Deinde hanc opinionem sequentibus necesse erit dicere cum morte Meletii finitum esse quinquennium diaconatus. Atque ita fiet Joannes mortis tempore pene septuagenarius, *inter longævos scilicet*, non, ut est omnium recepta opinio, *inter præmature defunctos*. Itaque hoc triennium cum Palladio plane eximam ex annorum Chrysostomi computatione, tum aliis ductus rationibus, tum ne minimum exeresceret annorum Joannis numerus. Tertium est, quod Joannem a Zenone, episcopo Majumæ in Palestina, Hierosolymis reverso (nam Hierosolymorum episcopum nemo dixit, etsi vir magnus secus acceperit), anagnosten, sive lectorem scribit esse creatum: cum id a Meletio factum ex Palladio supra ostendimus; neque canones sinuit in aliena provincia ordinationes facere. Quartum est ille de Basilio Magno et Joanne Chrysostomo insignis *temporum perturbatio*, a Photio, Anonymo, Simeone Metaphraste, Card. Baronio satis refutatus. Quinto, quod Lectorem factum fuisse post relictam vitam monasticam asserere videtur contra expressa verba Palladii. Nam quod ab eodem anagoste conscriptos illos contra Judæos sermones asserit, refutavimus in Notis: et quod libros de Sacerdotio, ad Stagirium, de Acatalepto, et de Subintroductis, ab eodem diacono compositos affirmat. Siluitne ergo divinum illud ingenium, et os aureum, totum in solitudine sexennium? Et quidem si conjecturis locus esset, libros de Sacerdotio, ad Stagirium, putarem ab eo, anagoste et monacho, scriptos: sic enim Simeon Metaphrastos:

Orationes vero contra Judæos certum est ex ipsis Chrysostomi verbis habitas esse anno secundo vel tertio diaconatus; quo etiam anno dicta est illa egregia in Babylam oratio. Atque hic, quamvis extra rem, nonnulla ex historiis atexam de scriptis ejus post diaconatum. Nicophorus, qui se inde ab adolescentia ejus amore flagrasse, atque in illius, perinde ac Dei ipsius, vocibus acquievisse scribit, a Joanne presbytero conscriptas tradit expositiones in Evangelia, in Psalmos, de Statuis, de Virginitate (Anonymus addit Expositionem in Isaiam); ab eodem episcopo, Expositiones in B. Apostolum (de qua re supra), in Acta, et Panegyricos: quorum tamen bona pars, ut suis locis ostendimus, scripta est Antiochiæ; et ne longe abeam, ille in Meletium post annos quinque a morte Meletii habitus est, hoc est, primo anno presbyteratus. Sed redeamus ad Socratem: cujus illud ultimum non injuria reprehendas, quod expressis verbis sine ulla dubitatione incendium templi et curiæ Joannitis (sic enim qui Joannis nostri partium erant, audiebant) tribuit: cum minis honorum adscriptionibus, diris cruciatibus et exquisitissimis tormentis in viros, in feminas sævitum esset: adeo ut quidam quæstionibus immoerentur, quidam paulo post exspirarent: neque tamen ullum ejus facinoris compertum sit apud Joannitas vestigium.

« Jam, si placet, ad Georgium Alexandrinum accedamus: cui Photius, magni judicii vir, et acerrimus veterum scriptorum censor, duo impingit crimina, Pelleniami non observati, et ignorantia factorum. De priori multa monuimus passim in Notis, et res est cuiusvis obvia: de posteriori, quam historiae Georgianæ partem notare voluerit, cum nihil diserte exprimitur, difficile est statuere. Nos tamen ne hac in parte studiosis lectoribus defuisse videamur, conjecturas nostras adducemus in medium, rationibus, ut puto, non spernendis firmatas. Ac primo, scriptores rerum Chrysostomi in duas distribuo classes. In priore veteres pono, Palladium Theodoretum, Socratem et Sozomenum, qui aut Joannis ævo, aut proximo post scripserunt, et e diversis fontibus hausserunt. Neque enim probabile est, eorum quemquam alterius historiam vidisse. His accenseo antiquitatis gratia nostros, Prosperum Aquitanicum, et Marcellinum Comitem: in altera lance unicum pono Georgium. Nam quum ex ipsius ore loquantur cæteri omnes. Leo Imperator, Anonymus, Metaphrastes, Zonaras, Glycas, Nicophorus, Cedrenus, alii, nonnisi pro uno teste numerandi sunt. In quibus igitur Georgius a veteribus discedit, aut veteribus nova de suo assuit, ea fere omnia vel in falsis relinquo, vel in suspectis.

« Ac primum hac scopâ mihi purganda veniunt miracula illa sanationum, visionum et omnia, de quibus apud veteres obstinatum silentium, cum Georgius iis commemorandis nec modum faciat neque finem. Certe in hoc peccant non Georgius tantum, sed et alii Georgium secuti: qui cum nudam et solitariam veritatem non putarent satis esse magnificam, aut illud Thueydidis vererentur, ne non *fabulosa minus*

grata viderentur, immensam congesterunt miraculorum vim; et quo fingendis miraculis locus esset liberior, ipsam historiae contestatam veritatem nec raro nec leviter immutarunt. Proinde quæ apud Georgium sunt de Anthemio, de Hesychnii visione, de nobili Antiocheno, de hemicerano laborante, de Archelao leproso, Christiana fluxu sanguinis laborante, Eucleo monophthalmo, Leone prostrato, de alba columba capiti Joannis, cum presbyter ordinaretur, insidente, de Euclix filio, de uxore præfecti Antiochiæ, de dæmoniaco liberato die consecrationis, de angelo districto gladio prohibente centuriones et milites Eudoxiæ ab ingressu palatii episcopalis, de eo cui manus miraculo et arefacta et sanata est, de paralytico in Armenia sanitati restituto, de Adelphii visione, et si quæ alia ejusdem generis; cum veterum illorum uno verbo omnium, et ex recentioribus, Damasceni, Zonare, Nicophori, Cedreni, auctoritate destituantur, in *incertis* relinquo. Et quidem pleraque eorum, si quis propius introspiciat, *mala amulatione* quadam ad similitudinem miraculorum in S. Scriptura conficta videantur. Totum illud drama Anthemii philosophi, Demosthenis præfecti, et Joannis doctis judicandum permitto, annon ad exemplum illius in sacris literis de Elyma, Sergio Paulo et B. Apostolo, ab otioso cerebro expressum videatur. Idem de Archelao ad imaginem Naaman Syri, de Antiocheno hemicerano laborante, et Christiana fluxu sanguinis laborante ad mulierem fluxu sanguinis laborantem in evangelio, de dæmoniaco ad dæmoniacum liberatum Marci nono; et quod sine indignatione non lego, de columba insidente capiti Joannis in ordinatione, ad imaginem unigeniti Filii Dei in baptismo. Nam illi Procli visioni, quæ D. Paulum Joanni jam episcopo expositionem in epistolas ipsius meditati per foramen vidit in aurem dictantem quæ scriberet, fidem derogat: quod pleraque ejus et lectissima in Apostolum in otio illo Antiocheno scripta fuisse constat, deteriora et *infimo loco habenda* Constantinopoli, vix Chrysostomo, nedum divino S. Pauli Spiritu digna. In translatione reliquiarum Joannis Imperatorem Theodosium oculos ac frontem reliquiarum urnæ affricuisse, fidem facit Theodoretus, testis *fide dignus*; sed de *homine serpentis dente læso* et podalgo, eodemque chiralgo, in præsentia omnium ibi sanatis, assumentum est Georgii, ne Cosmæ quidem Vestitori, homini omnium *maxime superstizioso* memoratum. Sed ad priora revertor. Joannem primum a Meletio baptizatum tradit, et deinde parentes ipsius, cum Joannes ipse, ut ex Palladio constat, non ante annum ætatis vicesimum baptizatus fuerit, prout mos ferebat illius ætatis, præsertim in illis qui non essent Christianis natæ parentibus, mortuo ante totidem annos patre Secundo, sicut supra ostensum est. Matre quidem fuisse Christiana, saltem ipso annum agente vicesimum, ex ipsius Chrysostomi verbis apparet in Oratione ad Viduam juniorem. De patre nihil temere affirmaverim; aut si ambo fuerint Christiani ab initio, quod fortasse verius est, filium neque ad eam ætatem baptismum distulisse,

non erit ei mirum, qui Nazianzeni, utroque parente Christiano nati, patre etiam episcopo, Vitam perlegerit. Proximo loco peregrinationem illam Atticam studiorum ergo pono. Hujus peregrinationis mentio apud veteres, Palladium, Socratem, nulla, ne ullum quidem vestigium, qui tamen curiose satis studia ejus juvenilia literis mandarunt.

« Secundo nullum reperio tempus vacuum in annorum Chrysostomi computatione, quod huic peregrinationi possim destinare. Tertio matrem indulgentissimam, quæ pati non potuit, ut in vicinos Antiochiæ montes secederet, dico minime perpessuram, ut Athenas, tanto locorum spatio terra marique disjunctas, migraret, præsertim cum vitam monasticam aspiciatis crimen apostasiæ non fuerit illis temporibus, deserto monasterio, in urbem redire, quod ipse ultro fecit Chrysostomus, ulterioris illius solitudinis ob invaletudinem pertæsus. Atque ut dicam quod sentio, totum hoc ad exemplum Basilii Magni et Georgii Nazianzeni confictum arbitror; quos ambos Athenis studuisse notum est; ne scilicet Joannes noster reliquis Ecclesiæ Orientalis magnis luminibus inferior videretur. Georgius, cap. 16, Joannem e monasterio post triennem illam secessionem a Flaviano magna pompa arreptum, presbyterum ordinatum scribit. Primo illa triennis secessio nullum in vita Chrysostomi locum habet, tum ob ea, quæ supra monstravimus, tum quod iis ipsis annis constet Chrysostomum in ecclesia orationes habuisse eas, quæ exstant contra Judæos, et in Babylam martyrem, ut supra videre licet. Deinde, quantos plausus, quantos clamores ciceret os illud aureum, si ex monasterio tanto peitius ambitu, tanto datus foret, et non ex medio diaconorum grege ad hoc ministerium sumptus? Quod verum esse mecum fatebitur, quisquis cum judicio legerit orationem illam, *Num vera sunt*, t. 1, p. 693. Jam quod scribit Georgius cap. 32, non sex solum, sed et alios sex depositos a Joanne in Asia episcopos, Palladius aperte negat, et a numero 16 vel 17, quod adversarii Joannis objecerunt, propius abest. Historia Callitropos (c. 34) multas habet circumstantias, quarum nihil simile memini vidisse in vetere ecclesiastica historia, neque scio, an omnes defendi possint. Hanc historiam confundit Cedrenus cum illa de vidua Theognosti (c. 41), quæ adeo similis est illi de Naboth et Jezabel, ut altera ex altera expressa videatur. Recipitur tamen hæc historia de vidua Theognosti a Damasceno, uti et ab omnibus fere recentioribus biographis. Nam apud veteres nulla hujus historiæ mentio est; nec rescriptum est, quod sciam, ullum in toto jure Romano tale, quale ab Eudoxia in hoc negotio citatur. Ad hæc inter testimonia ignorantia Georgii pono, quod Joannem ab exsilio priore revocatum jussu Arcadii scribit, cum populi clamoribus, tum Honorii fratris literis; cum intra duodecim horas ab expulsionem jussu Imperatorum revocatus fuerit; neque quidquam potuerit interea Honorius, qui Ravennæ fere aut Mediolani agebat, de ejus expulsionem resciscere. Nam quod epistolam Chrysosto-

mi, *Etiam antequam reddita sunt*, scriptam esse prodit post prius exsilium; error quidem manifestissimus est, sed cum Palladio communis. Illud peculiare suum, et crassum satis, quod cum cap. 61 episcopos ex communione Joannis per Theotechnum literas exarasse scribit ad Innocentium papam, quibus significabatur Joannem Cucusum relegatum: idem tamen cap. 64, quasi sui oblitus, Innocentium hoc a mercatoribus, ut puto, aliisve qui *ob quædam negotia* forte Romam venerant, primum rescivisse narrat. *Nondum enim*, inquit, *de illius secundo exsilio audiveram*. Quod cap. 58 Epidii servulum cum sica submitsum ad interficiendum Chrysostomum Cucusi narrat; id factum sine omni dubio Constantinopoli est. Quod Adelphium Arabissi vocet episcopum, cum eo tempore episcopus Arabissi, teste eodem Joanne epist. 121, fuerit Otrejus: quod Joannem in ejusdem, ut puto, Adelphii ædibus Cucusi susceptum scribit, quod humanitatis officium (nam alia humanitatis officia episcopus Cucusi, id est, ut puto, Adelphius ipse præstitit, ut liquet epist. 13 ad Olympiad.) non alii quam Dioscuro tribuit ipse Joannes epist. 12 ad Olympiadem, cujus nulla apud Georgium mentio: quod Proclum in translatione reliquiarum episcopum vocet Cyzici, qui relicta Cyzico archiepiscopus tum fuerat Constantinopolitanus: aperta sunt, ut mihi videtur, *commenta*.

« Superest de epistolis ex Occidente et Oriente ultro citroque missis magna cum primis et ardua quæstio; de qua sententiam meam ingenue et libere more majorum aperiam, nullo partium studio ductus, nulla cujusquam gratia vel odio. Hasce igitur epistolas in tria distribuo genera: vel enim missæ sunt post prius exsilium, vel post exsilium posterius, vel post mortem Joannis. In primo et secundo genere nullam Georgio litem moveo, præter eam, quæ ipsi cum Palladio communis est; de qua supra ad Palladium. De tertio genere disquirendum, de quo sic Georgius c. 68: Mortuo jam B. Joanne, duo, inquit, Romam venerunt Presbyteri, et diaconus unus, qui cum eo fuerant in exsilio, et apud Innocentium papam querimoniam deponunt de vexationibus Joanni illatis: qui rei atrocitate commotus statim ad Honorium occurrit. Quid multa? ambo dant græce, ut videtur, literas ad Arcadium, Innocentius illas, *vox sanguinis fratris mei Joannis clamat*, in quibus Arcadium et Eudoxiam excommunicat; Honorius illas, *nescio quæ contraria*, etc. His literis acceptis, Arcadius, ut est apud Georgium, cap. 69, post pœnas de omnibus inimicis Joannis sumptas, Eudoxiam uxorem intra cubiculum cum pedisequis clausam tenuit, virgis etiam cæsam, et Anonymus ait, male multavit; Acacio, Severiano, et Theophili *propinquis*, mirum ni B. Cyrillo inter cæteros, vinctis, Romamque ad Innocentium missis, scribit ad Innocentium illam epistolam cujus initium, *Omnes homines sciunt*, humillime petens, ut sibi et Eudoxiæ venia impertiat, amboque in communionem recipiantur. Scripsit etiam Eudoxia ad Innocentium, et Arcadius ad Honorium fratrem. Innocentius,

acceptis literis Arcadii et Eudoxiæ, scribit Proclo, Cyziceno episcopo, ut Constantinopolim veniat, et Imperatores in communionem recipiat; Arcadioque rescribit græce etiam, ut videtur, epistolam illam, *Ratum habui selum vestrum secundum Deum*, et Proclo etiam præcepit, ut curam suscipiat Ecclesiæ Constantinopolitanae, *donec de rebus Attici decretum sit.*

† Confidenter dico, totum hoc negotium parum recte temporibus divisum, atque adeo plane *incohærens* esse. Nam primum; si mortua est Eudoxia triennio ante mortem Joannis, quod omnes veteres ante Georgium historici uno consensu affirmant; neminem fore puto tam perfrictæ frontis, qui ausit negare supposititias esse omnes has epistolas. Verum ut demus id verum esse, quod ex recentioribus nonnulli afferunt, tres menses superstitem fuisse Joanni, ne sic quidem temporum ratio constabit. Addo etiam Arcadii mortem, quæ, ut ex fastis publicis apparet et testimonio Socratis lib. 7, c. 4, contigit primo Maii Coss. Philippo et Basso, anno 408, hoc est, quinque mensibus, vel ut alii septem, et sedecim diebus post mortem Joannis, nullum hisce ineptiis locum relinquere. Quid ita? Primo duobus illis presbyteris, et uni diacono per tempus aliquod manendum fuit Comanis, dum justa tanto Patri solverentur, dum solemnitas illa omnium ordinum fortuitus conventus dimitteretur, dum necessaria tanto itineri pararentur. Nego itaque potuisse eos Constantinopolim venire ante mortem Eudoxiæ. Nam eo primum profecti sunt, *per novam Romam in veterem*, inquit Anonymus et Nicephorus, et situs regionum suadet. Nam Cucuso Constantinopolim iter est zodiacum (Chrysostomus epistolis ad Simeonem et Brisonem), neque dici poterit propius abesse Cucuso Comana, cum satis constet Joannem semper ad ulteriora deportatum fuisse exsilia. Jam Constantinopoli proficiscendum fuit Romam; querimonia apud pontificem deponenda; conveniendus Innocentio Honorius, qui Roma fere aberat; exarandæ et mittendæ Constantinopolim binæ illæ literæ, *vox sanguinis*, et, *nescio*; tot prius Constantinopoli conficienda Arcadio, mittendæ Arcadii literæ, *omnes homines*, et Eudoxiæ Romam, literæ novæ Romæ exarandæ Proclo, et mittendæ Cyzicum; aliæ insuper Arcadio, *ratum habui*, etc. Proclum denique venisse Cyzico oportuit, et Imperatores ad communionem recipere vivos et valentes: quibus negotiis expediendis non quinque aut septem menses, nedum tres, sed vix integrum quidem sufficeret biennium. Atque ut intelligamus, quam tarda sint Occidentis auxilia; primæ post exsiliium posterioris Joannis literæ Honorii, apud Palladium et Georgium, non sunt perlatæ Constantinopolim, nisi post biennium; si quidem Atticus, ut est apud Palladium, tunc fuerit episcopus, cum legati appellerent Athyra. Imo illi ipsi episcopi, Gaudentius et Æmilius, Romanæ sedis vicarii, nonnisi sex mensibus illud iter semel confecerunt, teste Leone, vel ut alii, quatuor: quod hic minimum bis factum oportuit, præter tempus illud, quod itineri Comanis Constantinopolim et Cyzico Constantinopolim tribuendum est. Nam quod

ait Anonymus, *decima die ad Constantinopolim pervenerunt* (puta, Romanæ sedis vicarii, Gaudentius, Æmilius, etc.), puto erratum esse in numero, neque ullo modo admittendum, ut qui quatuor menses in reditu consumpserint, intra decem dies eo appulerint. Quare, ut nihil aliud sit, ipsa tamen temporum ratio hoc mendacium aperte refellit. Huc accedit, quod non alios habeant assertores epistolæ illæ, quam recentiores, neque eos omnes: nam apud Photium, Leonem, Zonaram, Metaphrasten altum de his silentium, neque eodem apud eos modo, sed in magna varietate et inconstantia. Nam alio modo habent Georgius, Glycas, et Nicephorus; alio Anonymus et Jus Græco-Romanum, ut ex comparatione manifestum erit. Nam apud veteres, quibus res esse debuit notissima, Palladium, qui Romæ diu vixit (ubi, vel a se, vel a Theodoro Romanæ Ecclesiæ diacono, hæc omnia facillime poterat resciscere), Sozomenum, qui literas omnes diligenter scrutatus videtur, cæterosque fidenter dico nullum esse istarum literarum vestigium, nullam umbram. Neque res erat parva aut contemnenda, quæ debuit vel potuit omitti, Imperatores Orientis a Pontifice Romano excommunicatos, absolutos, etc., cum rei multo minoris, Theodosii præsentis a præsentis Ambrosii ecclesia sua prohibiti plenæ sint omnes historiæ. Accedit insuper ad harum epistolarum fidem elevandam, quod Græce tantum scriptæ videantur, et certe character ipse Græculum aliquem semidoctum non obscure sapit, cum Innocentius epistolas suas etiam in Orientem missas soleret nonnisi Latine exarare, ut constat e Sozomeni libro octavo. Jam et illud, ut puto, falsum, de adempto Attico episcopatu, et commissa Proclo administratione, cum et annos viginti tenuisse episcopatum constet Atticum, eumque per manus Sisinnio, Nestorio, Maximiniano tradidisse, ut nonnisi sexto post Joannem loco Proclus in ea sede successerit. Ego quid in hac re mihi probabile videbatur, libere dixi: judicent docti.

† Inter errores historicos Georgii etiam illud numero, quod mortem Innocentii priorem facere videatur morte Theophili: quod aperte falsum est. Mortuus est enim Theophilus, teste Socrate lib. 7, c. 7, Coss. Honorio 9 et Theodosio 5, hoc est, anno Domini 412, die 25 Octobris: Innocentius, ut ex Fastis pontificiis patet, nonnisi 416, vel 415. Quod si cui mirum videatur, cum Theophilus quinque annos Joanni supervixerit, Innocentius octo, quid sit, quod consilium omne abjecerit Innocentius de cogenda synodo Thessalonica, cui interesse Theophilum tanta severitate et rigore edixerat ante mortem (si fas est credere) Arcadius epistola apud Georgium, cujus initium, *Omnia climata*, neque ullum de eo postea verbum fecerit: fortasse id factum est, quia Arcadius paulo post Joannem decesserat, cujus opera et jussu, uti ea ferebant tempora, cogeretur; vel quod ea sint consecuta reipublicæ tempora, præsertim in Occidente, Roma capta, Italia direpta, vastatis provinciis, quæ vel constantissimi viri mentem possent a minori cura ad majorem metum traducere.

Hucusque de Georgio. In reliquis ero brevior, quia pleraque omnia fere habent cum Georgio communia, neque operæ pretium fuerit iisdem ineptiis refutandis bis immorari. Leo breviarium nobis dedit Georgii, nisi quod in illis epistolis Georgium sequatur, saltem non abbreviet, ut neque Photius in epitome Gregoriana, Cod. 96. Potuit certe sine damno omitti: neque enim aliquid Georgio addidit, præter affectatamalicubi styli obscuritatem: nisi quod ad reliquam Joannis gloriam inde magna videretur facta accessio, quod tantum Imperatorem laudum suarum præconem invenerit Anonymus unum aut alterum habet errorem peculiarem et suum. Primum est latum satis et crassum mendacium, quod Libanium faciat ad Julianum jam Augustum dicentem, neminem illorum inagnorum philosophorum Joanne superiorem esse, ne magnum quidem illum et divinum Platonem, nec in eloquentia Demosthenem; quod ut verum postea fuisse demus, ad Julianum certe dici non potuit, qui mortuus est Joanne vix ac ne vix quidem octavum ætatis annum ingresso; ut exclamare libeat,

Et quid non Græcia mendax

Audet in historia....,

præsertim ista recentior! Huic simile ac pene germanum est, Gregorium Nazianzenum, sc. dum adhuc esset Patriarcha C. P., cum Theodosio Magno sermones serere de Joannis orationibus Statuarum; cum notissimum sit, Gregorium abdicato episcopatu, et relicta Constantinopoli, in Cappadociam concessisse, ipso secundæ synodi tempore, anno Domini 381, vixdum diacono Joanne, et annos minimum septem ante tem-

pus eversarum statuarum. Ad miracula quod spectat licet eorum diligentem collectionem fecisse Georgius posset videri, satis tamen amplum reliquit Anonymo spicilegium. Visio Gregorio Theologo facta de Joanne cap. 37; de S. Paulo Joannis expositiones *sub forma corporea* confirmante cap. 59; quod Joannes Proclo successionem in sede C. P. prædicit cap. 60; Joannis frequentes *ὀρασις* inter synaxin celebrandam cap. 72, 73, 74; apparitio Andræ, Stachyos et B. Virginis cap. 79; prædictio facta Nicææ de Mauricio Imperatore cap. 107; visiones Marci et Cyrilli cap. 128, 129; tremor sepulcri Eudoxiæ cap. 132, et nescio quæ facta miracula *in translatione reliquiarum*, quæ a Vestitore mutuatus est: hæc omnia, inquam, ejusdem ordinis locique sunt cum illis aliis Georgianis. Quod si illud Ephori apud Strabonem de oraculo Delphico scripturi: ineptum esse de oraculo omnium verissimo acturum, incertis rumoribus et narrationibus minus probabilibus indulgere: si, inquam, hoc iis venisset in mentem, qui res Dei et Ecclesiæ posteritati erant transmissuri; non hanc corruptam monumentorum fidem immensa fingendi libidine merito quereremur. Sed desino inutilis querelæ, et ad Metaphrasten trans eo, ad quem quidquam notare non opus est. Nihil enim habet, quod non aut apud Georgium reperies, aut apud Anonymum, quem fere exprimit. Anonymo enim cum Metaphraste sensus fere semper, verba etiam plerumque sunt communia. Atque hæc ex multis adnotare visum est ad auctores rerum Chrysostomi: quæ doctorum, ut dixi, iudicio, ut mea quoque omnia, permitto.)

MARTYRII ANTIOCHENI

PANEGYRICUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (a).

Inter varios sancti Joannis Chrysostomi vitæ scriptores quidam est Græcus Anonymus a Savilio in octavo editionis suæ tomo vulgatus, quem tamen postremus Chrysostomi editor Montfauconius, quanquam stylo non invenustum, recudere noluit, quia nihil fere ab eo ad majorem argumenti notitiam conferri putavit. Attamen hoc novum neque levis momenti in illo erat, notante etiam Montfauconio, quod nomina XIX auctorum recitabat, a quibus res gestæ Chrysostomi commendatæ litteris fuerunt, atque hos inter Antiochenum patriarcham Martyrium ponebat; ad quem Anonymi locum Bollandiani (die 14 Septembris, t. IV, p. 406, col. 2) sic commentantur: « Floruit Martyrius sæculo v, et consequenter satis propinquus erat temporibus Chrysostomi ad gesta ipsius recte enarranda; sed nihil scriptorum ejus innotuit. » Ego vero memineram me ante complures annos videre in Leonis Allatii schedis Vallicellianis scriptum breve Martyrii De Vita Chrysostomi: nunc autem, ne rivulam omisso fonte consecrarem, codicem mihi notum Vaticanum insperi (unde Allatius quoque ut puto exscripsit) antiquam, miscellam, ubi inter cætera hanc Martyrii pretiosam gemmulam reperi cum eo titulo quem in fronte editionis recito. Hoc ego viso titulo, statim agnovi, non historiam proprie seu biographiam Chrysostomi, sed panegyricum a Martyrio scriptum, quod æque nonnulli alii fecerunt ab illo Anonymo memorati, v. gr. Proclus et Joan. Damascenus, qui orationibus, quas præ manibus habemus, Chrysostomum celebraverunt. Nihilominus auctoritate Martyrii permotus, qui coævus Chrysostomo fuit, et codicis etiam raritati timens, qui cum fortasse sit unicus, pereunte eo, Martyrius simul periret, nolui mihi prorsus elabi edendi hoc scriptum occasionem; etsi ut dicit titulus, atque ipse textus demonstrat, non nisi pars postrema laudationis est.

Ad Martyrii ætatem quod attinet, Boschius (Patr. Antioch. n. XLIII) aliique historici factum eum patriarcham observant circa annum 459, decessisse autem anno 471. Ergo quia Chrysostomus haud ultra annum 407 vitam produxit, sequitur ut Martyrius adolescens admodum Chrysostomo obeunte fuerit. Atqui in laudatione n. 4 adhuc quodammodo Martyrius dubitat num reapse extinctus esset Chrysostomus, an alicubi a persecutoribus occullatus: ergo orationem

hanc sine dubio longe ante episcopatum suum scripsit Martyrius; quanquam is in titulo et nunc et olim episcopi nomen gerit, ut auctoribus operum post adeptos honores passim accidit. Cæteroqui causa dubitandi de sancti viri obitu non tam re aliqua probabili nitentur, quam piorum amantium desiderio diutino sustentabatur, qui talem episcopum ac parentem, si fieri posset, obiisse nolebant, deque eo rumores varios inani expectatione serebant quasi in angulis Scythicis adhuc viveret; veluti exempli causa gens Lusitana de Sebastiani regis in prælio Africano occisione diutissime dubitavit. Illud serio animadvertendum est, quod Martyrius quidam Constantinopolitanus diaconus Romanam ad Innocentium pro Chrysostomi causa venit (Montf. Vit. Chrys., p. 154). Utrum tamen idem nomo fuerit, qui Antiochenam postea cathedram occupavit, mihi non satis liquet. Is est certe Martyrius noster quem S. Petrus Damianus, opusc. XIX, 1, De abdicatione episc., refert, propter dissidentis inobedientiam populi cathedram dimisisse dicentem: « Clero non subdito, et populo dissidenti, et Ecclesiæ squalenti abrenuntio, servans mihimet sacerdotii dignitatem. »

Pars hæc, quam nos comperimus, Panegyrici extrema, versatur, ut par erat, in extremis sanctissimi viri rebus, ejusque veluti martyrium celebrat, propter injustissimam improborum hominum persecutionem. Hominem nullum nominatim appellat auctor, ut de viventibus potentibusque fieri solet, sed eos tamen claris satis coloribus designat, præcipueque senem Arsacium et Atticum, Chrysostomi ambos contra canonicam regulam successores. Sed in Atticum gravissimè invehitur, quem alioqui passim historiæ denotant ambitiosum, versipellem, vafrum, quemque Palladius in Dialogo de Vita Chrys., cap. 11, omnium adversus Chrysostomum molitionum dicit artificem. Et quia Atticus, post adversarii sui obitum, nullum lapidem non movebat, præsertim assentationibus et pecunia diribitione, ut mortales omnes in suam partem traheret, ab hac Martyrius pace et communionem valde alienum se dicit, cæterosque omnes deterret: in qua sane discordia diu consentientes habuit tum Orientales tum etiam Occidentales episcopos, nec non ipsam Romanam sedem, quæ non nisi ægre seroque Atticum ad communionem suam recepit.

(a) MAI, Bibliotheca nova PP., t. II, p. 345.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

α'. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἡμᾶς τοῦ Πατρὸς ὁ καιρὸς καλεῖ· μαρτύριον στεφανοῦν μὲν τὸν Πατέρα δι' αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ἀνακηρύττον δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ πάνσοφόν τε καὶ εὐμήχανον καὶ δυνατὸν εἰς τὸ πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις εὐρεῖν. Τὸ γὰρ εὐχεσθαι μὲν τὸν ἅγιον καταξιοθῆναι τοῦ τοιοῦτου στεφανοῦ, τὸν καιρὸν δὲ τοῦτο μὴ ἔχειν, τῆς μὲν ἀσεβείας ἀπεληλαμένης, τῆς εὐσεβείας δὲ ἐκτεταμένης κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης· τρόπον δὲ τινα εὐρεθῆναι μαρτυρίου τοιοῦτον, ὅπερ ἄνδρες αὐτῷ προβάτων περιεκείμενοι δορὰς ἄκοντες ἐξήνυσαν· πῶς οὐχὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τε καὶ ἰσχύος εἶναι τοῦτο ἔργον, πιστευτέον ὀφείλει; Πῶς οὖν αὐτῷ καὶ οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη;

β'. Ἐν τούτοις οἷς ἔφην τῶν πραγμάτων ἀπάντων, ὑπεξίσταται μὲν ὁ γέρον (α) τῆς ζωῆς ἐκατέρας· ἐν ταύτῃ μὲν, ἐκείνης· σὺν ἐκείνῃ δὲ, ταύτης. Γίνεται δὲ μετ' ἐκείνου ὁ δι' ἐκείνου τὰ ἐκείνω δοκοῦντα εἶναι πράττων ἅπαντα· οἰόμενος μὲν λανθάνειν, λεληθῶς δὲ οὐδένα. Οὗτος οὖν τοῖς ἀνοήτοις γλυκύς τε ὢν καὶ πιθανὸς καὶ κολακαεῖα γέμων, πείθων τε ἅπαντας, μηδὲν εἶναι ὡς ἐποίησε τότε, ὁ Ἀθηναῖος δαίμων, τῆς Ἀττικῆς δεισιδαιμονίας τὸ σύμβολον (β)· οὗτος διπλῆ πληγὴς ἀκοῆ, τοῦτο μὲν, τῶν τοῦ ἁγίου κατορθωμάτων ὧν εἰργάζετο, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενος, ψυχὰς μυρίας τὰς μὲν ἐκ τῶν βαρβαρικῶν ἐξωνούμενος χειρῶν (γ) οἷς εἶχε μικροῖς καὶ πενιχροῖς χρήμασι· τὰς δὲ ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου βρόχων ἀνασπῶν οἷς εἶχε πλουσιῶς πόνῳ καὶ χάριτι κτηθεῖσι λόγοις· ἑτέρους λιμῶν καὶ φυγῆς πολεμουμένους τοῖς τῆς ἁγίας χήρας (δ) διατρέφον ἀλευροῖς· μοναστήριά τε φουτεῦσαν ἐν φρόνις καὶ ἀρπαγαῖς συνεκτραφεῖσαις χώραις, ἅπερ ἅπαντα μικροῦ καὶ τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἅπασαν μετώκησεν ὡς αὐτὸν (ε). Τοῦτο δὲ καὶ τῆς Ῥωμαίων ὀρθοτάτης κρίσεως, οἱ συναγαγόντες ἐπισκόπων πλῆθος (ς), ἐβούλοντο μὲν ἄφνω πάντες πολλοὶ τε ὄντας καὶ μεγάλῳ τῷ βίῳ δραμεῖν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίᾳ, βέλτιον

εἶναι ὀλίγοις ψήθησαν πρότερον ἐπιτρέψαι τὸ πρᾶγμα, καὶ πέντε ἐπισκόπους ἐπιλέκτους (g) ψηφισάμενοι, δύο τε πρεσβυτέρους ἐκ τῆς μεγάλης Ῥώμης, σὺν τοῖς ἐνθένδε ὡς αὐτοὺς πρεσβευσάμενοις ἐπισκόποις ἐκπέμψουσι, μηδὲν ἕτερον αἰτήσοντας τὸν βασιλέα, ἢ συνόδου τε ἐπιτροπῆν καὶ ὄρον ἐν τῷ πράγματι, καιρὸν τε τῆ συνόδῳ καὶ τρόπον.

γ'. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὡσπερ ὑπὸ τριχυμίας τῆς (h) ἐν ἐκατέροις ἀκοῆς περιαντλούμενον· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ μείζον ὕψος αἰρόμενον ἀρετῆς τε καὶ δόξης, τοὺς δὲ ἐνισταμένους, καὶ πᾶσαν εἶναι φάσκοντας ἀνάγκην τοῦ γενέσθαι σύνοδον, ταῦτα τε βεβουλευμένον, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἄνω τὸν ἀδελφὸν (i) τὸν τοῦτου, τί ποιεῖ; Τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὃν πρόβραχέος εἶπον, ὑπεισελθὼν στρατηγὸν (j), πείθει τοὺς μὲν ἐκπέμψαι σὺν ἀτιμίᾳ, ὡς ἂν ἀλλοτριὰς ἐπιθεηκότας ἀρχῆς· τοὺς δὲ ἐνθένδε τῆς αὐτῶν δεηθέντας βοηθείας, ὡς τὴν ἐνθάδε ὕδρισσάμενος βασιλείαν τε καὶ κρίσιν, ἐπὶ τὴν ὑπερορίαν μεταστῆσαι (k)· αὐτῷ δὲ τῷ ἁγίῳ τρόπον ἐπινοῆσαι τελευτῆς χαλεπώτατον, ἢν οὐ σιδηρὸς ἐποίησεν, ἀλλ' ἢ πολὺ τοῦ σιδηροῦ χαλεπωτέρως ἀπαγογῆ τε μακρὰ καὶ νόσος συνεξευγμένη φυσικῆ σώματος ἀσθενεία. Καὶ ταῦτα ὁμοῦ ἐβουλεύσαντο, καὶ τὸ ἔργον εἶπετο. Καὶ τὰ τε κατὰ τοὺς ἄλλους, ὃν εἶπεν ἐκείνος εἶχε τρόπον· καὶ τότε πρῶτον κατεπατεῖτο νόμος ὁ περὶ τῶν πρέσβων ἱερῶν, περὶ εἰρήνης τε ἐκκλησιαστικῆς καὶ ὁμονοίας κοινῆς πρεσβεουμένων.

δ'. Καὶ αὖθις τὴν ταχίστην ἐκπέμπονται δῆμοι θυμῷ τε καὶ ἠλικίᾳ ζέοντες, ἔρωτι τε λήμματος καϊόμενοι, ὃν αὐτοῖς ὑπέφηνε τὸ τοῦ πράγματος κέρδος, ἐπὶ τῷ τὸν δίκαιον ἀνελεῖν ὃν ἂν βούλοιντο τρόπον. Οἱ καὶ ἐπανεληθόντες, τὴν μὲν τελευτὴν τοῦ Πατρὸς ἀπαγγέλλοντες κατεμήνυσαν, τὸν δὲ ταύτης τρόπον λέγοντες ἄλλον ἄλλος. Ἡμᾶς τί περὶ αὐτῆς ἀκόλουθον ἐννοεῖν, οὐ πείθουσιν· ὡς ἄρα ἀνελόντες αὐτὸν ἐκδοῆσαι τὸ πρᾶγμα δεδοίκασιν, ἢ κατακρύψαντες αὐτὸν ἐπανήλθον, τῇ περὶ τοῦ θανάτου φήμῃ τοῦ φιλτρῶν περὶ αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκλύουσιντες. Εἰ μὲν

(a) Arsacius, ut reor, qui decrepita ætate datus fuerat Chrysostomo successor.

(b) Suspicio denotari hoc loco Atticum, qui Arsacio successit, vivente adhuc Chrysostomo; ideoque obtrusus contra fas erat. Attici artes, quibus ad Chrysostomi exitium connisus est, ejusque dissimulatio et fallacia ex historicis satis constat. Dicere autem videtur Martyrius Atheniensem paulo tectius, ne dicat Atticum, quem utpote præpotentem et archiepiscopali dignitate sublimem nominare metuebatur. Cæteroqui Atticus oriundus erat Sebaste urbe

Armeniæ, et ex clero Constantinopolitano assumptus ad cathedram. Malè itaque fortasse aliquis, ne quidem haud contradicturo, intelligere Athenaidem, sive Eudoxiam augustam, Leontii Atheniensis philosophi filiam, cunde ex ethnica, Attico nostro erudiente et baptizante Christianam, anno 421, quo Theodosio imp. nupsit.

(c) Sozomenus lib. viii, 27, aliique narrant patratam in exsilio a Chrysostomo egregia opera.

(d) Intellige Olympiadem ex Nebridio viduam,

SANCTI PATRIS NOSTRI MARTYRII

EPISCOPI ANTIOCHIÆ

EX LAUDATIONE IN SANCTUM PATREM NOSTRUM JOANNEM CHRYSOSTOMUM ARCHIEPISCOPUM CONSTANTINOPOLEOS.

1. Sed jam tempus nos vocat ad Patris martyrium : martyrium, inquam, quod Patrem quidem ipsa rei natura coronat, Dei vero summam sapientiam potentiamque deprædicat, qui utilitatem ex noxiis extendere novit. Etenim cum vir sanctus hac se corona dignum haberi percuperet, neque id tamen tempora concederent, postquam impius cultus depulsus fuit, vera autem religio totum orbem occupavit : martyrii genus quoddam adinvenire, quod ei homines ovina pelle induti (*Matth.* vii, 15), vellent nollent, inferrent, nonne divinæ sapientiæ potentiæque opus credendum est? Quomodo igitur hæc ei corona contexta fuit?

2. In hoc medio, ut dixi, rerum cursu, ex utraque vita decedit senex; is qui in hac vita illam amiserrat, et una cum illa hanc amisit. Fitque post eum (episcopus) ille, qui per illum ea quæ sibi placuerant cuncta fecerat; putans quidem latere, neminem tamen latens. Hic ergo stultus gratus, et blandus atque assentatione redundans, cunctis persuadens nihil jam superesse eorum quæ tunc fecerat; cum jurare opus esset nihil eorum scire quæ tunc diceret, Atheniensis nempe dæmon, Atticæ superstitionis symbolum; hic, inquam, duplici fama audita percelebatur, primo de sancti viri factis egregiis, quæ in deserto etiam constitutus patrabat, plurimas hominum animas ex barbarorum manibus redimens paucis illis ac pauperibus quæ ei supererant facultatibus; alias autem diaboli laqueis eripiens, ea quam sibi labore et Dei beneficio comparaverat eloquentia; partim denique fame et exilio afflictos sanctæ viduæ nutriens cibariis; monasteria quin etiam condens in regionibus cæde et rapina vivere solitis; quæ omnia universam quoque Antiochiæ civitatem ad eum transferebant. Deinde commovebatur justissimo Romanorum judicio, qui magna congregata episcoporum multitudine, volebant illico omnes tanto numero grandique impensa Constantinopolim sine mora venire pacis studio impulsus; sed tamen pau-

cis aliquot censuerunt antea committendum negotium, et quinque electos decreto episcopos, duosque ex magna Roma presbyteros, una cum illis qui hinc ad Romanos profecti erant episcopis, miserunt, nihil aliud ab imperatore petituros, quam synodi celebrandæ decretique eo super negotio condendi facultatem, nec non synodi tempus ac modum.

3. Cum itaque se cerneret (Atticus) tanquam grandi fluctu his auditis utrinque obrui; et illum (Chrysostomum) quidem ad summum virtutis culmen gloriæque elatum, hos autem instantes, et synodum omnino necessariam dicentes, atque ita consentem etiam imperatoris majorem fratrem; quid agit? illum adiens, quem paulo ante appellavi, inimicum Ecclesiæ ducem, suadet ei ut Occidentales quidem episcopos, utpote in alienam ditionem ingressos, cum ignominia expellat; nostros autem qui Romanorum auxilium imploraverant, ceu qui imperium nostrum judiciumque læsissent, in exilium mitteret; ipsi autem sancto viro mortis genus asperrimum adinveniret, quam non ferrum inferret, sed ferro multo molestior in longinquam regionem abductio, et morbus physicæ corporis imbecillitati conjunctus. Hæc duo illi simul deliberarunt, et opera subsecuta est. Et quod quidem ad alios attinet, res eum quem ille voluit exitum nacta est; tuncque primum legatorum episcoporum jus conculcatum fuit, et quidem pacis ecclesiasticæ causa et universalis concordia missorum.

4. Ecce autem statim mittuntur carnifices juvenili furore ardentis, et lucri amore inflammati, quod eis rei occasio spondebat, justum virum ea qua vellent ratione occidendi. Hicque postea reversi de Patris obitu nuntium attulerunt, cujus modum alii aliter enarrabant. Nobis certe quid de illo obitu sentiendum sit, non persuadent; utrum, illo interfecto, rem publice edicere timeant, an eo alicubi occultato redierint, fama de ejus obitu sparsa, ut populi erga eum studium sedarent. Certe si ille

cujus opes ad manus sancti viri delatæ, in pauperes et captivos redundabant.

(e) Antiochia præsertim civi suo favebat Chrysostomo, cujus uberrimæ eloquentiæ toties plauserat. Ad Antiochenos prope innumeras misit ab exilio sanctus vir epistolas, ut dicitur in ejus Vita.

(f) Intelligit concilium Romanum sub Innocentio pro causa Chrysostomi.

(g) Horum nomina leguntur apud Palladium *Dialog.* cap. 4.

(h) Cod. τοις.

(i) Dicit Honorium imp., cujus vehementes litteræ ad fratrem Arcadium de tota illa tragœdia in causa Chrysostomi exstant etiam tomo III operum p. 524.

(j) Erat hic Valerianus militaris dux, vel Optatus urbis præfectus, de quorum alterutro Martyrius in parte laudationis amissa dixerat. De his in Vita Chrysostomi

(k) Lege Palladium cap. 20, nec non citatas Honorii imp. litteras.

ὄν ἐτι περίεστιν (α), ὀφόμεθ' ἂν ποτε αὐτὸν, ἀδελφοί, κατὰ τὸν Ἰωσήφ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον, καὶ σιτοδοτοῦντα πᾶσι τὴν πνευματικὴν τροφήν. Εἰ δὲ οὕτως ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν μετέστη ζωὴν, καὶ πρὸς τὸν ποθοῦμενον ἐπανέδραμε Χριστὸν, ἔχομεν προσδεύοντα ὑπὲρ ἡμῶν μάρτυρα. Δεξιόμενος δὲ οὗτος (Ἄττικος) τὴν ποθητὴν ἀκοήν, καὶ προσθεὶς ἡδονὴν τῇ τοῦ σώματος ὀγκῷ, φιλανθρωπίαν ἐνδύς, ἤρξατο περιτρέχειν ἅπαντας, ἀλείφειν τε καὶ θεραπεύειν λόγοις, οὓς κατέτεμεν ἔργοις, ἀργύριόν τε τοῖς δεομένοις διδόναι, γονάτων τε ἄπτεσθαι καὶ προκυλινδεῖσθαι, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἔχειν ἐπέπειστο παρέχειν, ἀξιών λῦσαι μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν δικαίαν, τὴν δὲ ἀθέμιτον ἐκείνην ὑπεισελεῖν φίλων (β).

ε'. Ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν εἶπον πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ἄ τύραννε, φαίνη γάρ μοι δι' ὧν ἐγχειρεῖς ἡδεσθαι τῇ τοικύτῃ προσηγορίᾳ, ποῖσις ὀφθαλμοῖς προσφέρεις φάρμακα τραύμασιν οἷς εἰργάσω; ἢ κολακεύειν εἰδώς, διὰ τοῦτο ἐλύπεις πρότερον, ἵνα ἔχῃς ὅπου χρῆσι τῇ τέχνῃ; ταυτὸν ποιῶν οἷον ἂν εἴ τις ἰατρὸς βοτάνας συναγαγὼν μυρίας, καὶ καταδύσας βρακίῳ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ εὐωνύμῳ φέρει χειρὶ, τῇ δεξιᾷ δὲ ἄνδρα βοπάλω παλιν, λέγει πρὸς αὐτόν· Ἄ φίλιτατε, θάρσει· καὶ γὰρ μετὰ χειρὸς ἔχω τὴν θεραπεῖαν. Ἄλλ' εἶπεν ἂν ἐκείνος δικαίως· Ἄ κάκιστε, τί γὰρ κατασκευάζεις τῷ φαρμάκῳ τὴν χρεῖαν; πῶς δέ σοι τὴν ἰατρούειαν ἐμπιστεύσω σώματος ἡσθενηκότος, ὅπερ ὑγιὲς λαβὼν οὕτως ἀθλίως διέθηκας; Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν οἱ διὰ τὴν κοίμησιν τοῦ μακαρίου τῇ κοινωνίᾳ προσιόντες τῇ τοῦτων, πάλαι (ε) αὐτοὺς ἐπὶ τὸν φόνον ὠθεῖν, διδάσκειν τε τοὺς μετὰ ταῦτα ἅπαντας, εἰκὸς δὲ πολλοὺς ὡς ἐν τοιοῦτῳ βίῳ δειχθήσεσθαι τοιούτους, ἐν ὅταν θέλωσιν ἀπελάσαι δίκαιον, καὶ λυπήσαν τὸ πρᾶγμα διασπείρη (δ) τὰ πρόβατα, ταχέως αὐτὸν ἀνέλυσιν, ὥστε τῇ ἀναιρέσει συναχθῆναι τὰ ποίμνια. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Οὐκ ἐκοινωνῶεις διὰ τὴν ἀδικίαν, καὶ κοινωνεῖς μετὰ τὸν φόνον, ὡς περ τοῦ φόνου ἀποσμηξάντος ἐκείνην; Ἢ καὶ τὴν Ἰεζάβελ μέχρι τῆς τοῦ Ναουθέ ἀμπελῶνος ἀρπαγῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησι, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἀνέλε, τῇ ζωῇ ἐκείνου τὸ πρὸς ταύτην συγκατέλυσας μίσος; Τί οὖν ἔχομεν, φησὶ, ποιῆσαι, τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος; Τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ δικαίαν κρίσιν περιμένει· πάντως δὲ ἔσται, καὶ μηδεὶς ἀμφισβάλει· οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων τέλος περικλείειν εἰσθεὶς ὁ ἀεσπότης· τοῦναντίον δὲ μάλλον ἀπὸ τῆς τελείας αὐτῶν ἀπογνώσεως φιλεῖ τῶν τοιούτων τὰ προόμια ποιεῖσθαι· καὶ τοῦτων ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν τὴν μαρτυρίαν παρέξομαι.

ζ'. Κατέφαγέ ποτε τὸν Ἰωσήφ θηρίον πονηρὸν, τῷ τῶν ἀδελφῶν παρὰ τῷ πατρὶ λόγῳ· τοὺς τὸ μὲν εἰπόντας, τὸ δὲ ἐργασαμένους, ὑποχειρίους εἶχε, καὶ προσκυνοῦντας ἑώρα, τὸ σύγκριμα τῶν παλαιῶν δεχομένους ἐνυπνίων. Καὶ μετὰ τὴν πιστευθεῖσαν παρὰ

τῷ πατρὶ τελευτῆν, βασιλικῶς ὀχθήμασι τῷ πενθήσαντι συνήτα. Πάλιν αὐτὸς οὗτος ἀποθανὼν Ἰωσήφ, τὴν συγγένειαν ἄπασαν εἰς πολυάνθρωπον ἐκταθεῖσαν ἀριθμὸν δουλεύειν δουλείαν χαλεπὴν Αἰγυπτίους εἶασεν. Ἄλλ' ὁμως διὰ τὴν ἐκείνου τελευτῆν οὐδεὶς Ἰσραηλίτης γέγονεν Αἰγύπτιος, ἀλλὰ μικρὸν (ε) ὑπομείναντες ἐν τῇ δουλείᾳ χρόνον, διὰ τοῦ Μωϋσέως εἰς περιφανεστάτην ἐλευθερίαν ἀνέδραμον· καὶ οἷς οὐδὲ ἀναπνεῖν πρότερον ἀπὸ τῶν μόχθων ἐξῆν, ὕστερον ἅπαντα ἢ κτίσις ἐδόλυε· τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ βαδίζουσι μὲν αὐτοῖς τὴν θάλασσαν ἡπειρώσαντος, διψῶσι δὲ τὴν ἐρημὸν τε καὶ ἄνυδρον πελαγίσαντος, τροφῆς δὲ ὄρεγομένου ἄρτον οὐρανογεώργητον ὕσαντος. Τοῦτων αὖθις οὐ πόλιν, οὐκ ἀγορὰν, οὐκ οἰκίματα ἐχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου τῆς πολλῆς ἀγελαζομένων, ὁ δημαγωγὸς Μωϋσῆς προστίθεται πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Τί οὖν εἶδει ποιεῖν τοὺς δι' αὐτοῦ τὴν τῆς ἐπαγγελίας προσδοκῶντας ἀπολύψασθαι κληρονομίαν; πάλιν εἰς Αἴγυπτον ἀναδραμεῖν ἀπογόνους, εἰπέ μοι; Ἄλλ' ἐγέλασεν ἂν αὐτῶν τὴν νομίαν Ἰησοῦς ὁ τὸ τοῦ Μωϋσέως ἐκδεξιόμενος ἔργον, καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων τειχῆρας πόλεις αἰρῶν, νῦν μὲν σαλπύγγων ἤχη, νῦν δὲ τῇ προσδοκίᾳ τῆς παρουσίας μόνῃ, ἐνίοις δὲ ὄρων καὶ σοφισμάτων δεηθέντας (ς) πρὸς τὸ τῆς αὐτοδοουλείας ὑπεισελεθεῖν τὴν ζυγόν.

ζ'. Ἥλιος ἔλεγε μὲν ποτε καταλελειφθαι μόνος, ἡῦρισκε δὲ προφήτας ἐν τοῖς σπηλαίοις ἑκατὸν τρεφομένους, καὶ τοῦ ἀεσπότου δὲ λέγοντος ἤκουεν, ὅτι *Κατέλιπον ἔμαντῷ ἑπτακισχιλίους ἀνδρας, οἵτινες οὐκ ἐκλίταν γόνυ τῷ Βάαλ*. Ὑστερον δὲ ἐπὶ αὐτὸς τοῦ ζεύγους ἐκείνου, καὶ πρὸς πτεροῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν δραμών, τὸν Ἐλισσαῖον εἶχε δεικνύοντα ἐν αὐτῷ τὸν Ἥλιον, καὶ τισι καὶ πλέον. Τοῦτο γὰρ ἐπεθύμει. Πάντως που καὶ νῦν Ἐλισσαῖος κρύπτεται, τὴν τοῦ Πατρὸς μελωτῆν ἐκδεχόμενος. Τί δὲ, εἰπέ μοι, εἰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας ἐγεγόνεις, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις συνῶν, τὸν μὲν ἑώρα; σταυρούμενον, τοὺς δὲ τοῦτον πῆξάντας, καλοῦντάς τε εἶχες, καὶ κολακεύοντων ἤκουες, λεγόντων τε ὅτι μετὰ θάνατον ἅπαντα ἀνάγκη λελύσθαι τὰ πράγματα; ἄρα ἂν προσελθὼν τοῖς ἀποστόλοις, εἰπέ μοι, πείθειν ἐπεχειρεῖς προσδραμεῖν τε τῷ Καίῳ καὶ ἐπαινεῖσθαι τὸ ἔργον, καὶ φιλήσαι δεξιάν τὴν Χριστοκτόνον ἐκείνην; Ἄλλ' ἐκείνους μὲν οὐδαμῶς ἂν ἐπεισας· σαυτὸν δὲ, τοῦτο ποιήσας, τῆς τε τοῦ Πνεύματος ἀπεστέρις χορηγίας, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*, ἅπερ ἢ τοῦ σταυρωθέντος ἡμῖν ἐχαρίσατο φιλανθρωπία.

η'. Ὡστε καὶ νῦν ἀπογινώσκεις μὲν οὐδαμῶς ὅστιον, ἀδελφοί, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀντίληψιν. Ἐπιλέγειν δὲ αὐτοῖς ἀναγκαῖον τὰ βήματα τῶν παλαιῶν παιδῶν ἐκείνων· Μικρὸν ὑπαλλάξαντες (ς), ὅτι ἐστὶ Θεὸς ἐν

(α) Vult adhuc dubitare Martyrius de Chrysostomi obitu. Certe supra dixit, suspicari se eum alicubi a custodibus fuisse occultatatum. Sed de hac re jam dixi in pravio monito.

(β) Agit Martyrius de artificii Attici, qui concē-

liandis fautoribus gratiaque captanda episcopatum sibi confirmare salagebat. Tyrannum vocat, id est alieni throni usurpatorem, quia præcipuum Chrysostomi eversor Atticus fuit. Pallad. cap. 11. Atticum gravissime accusat Tillemontius *Monum. Hist. eccl.*

adhuc superest, nos qui sumus ejus fratres videbimus aliquando Josephum in throno sedentem (*Gen. XLII, 26 sqq.*) et spiritalem alimoniam cunctis præbentem: sin is reapse ad veram vitam migravit, atque ad exoptatum Christum perrexit, habemus pro nobis intercessorem martyrem. Illoc accepto sibi grato nuntio (Atticus), voluptate augens corporis tumiditatem, induta benignitatis specie, cœpit per omnes concursare, fovere ac delinire sermone, quos opere laniaverat; pecuniam indigentibus aut poscentibus dare, genibus eorum advolvi ac supplicare, quibus nihil aliud præbere se posse credebat, rogans nempe ut justum adversus se odium omittent, et iniqua secum amicitia coirent.

5. Ego vero ipsum sic libenter alloquerer: O tyranne, videris enim mihi, propter eas quæ agis, hac appellatione gaudere, qua oculorum audacia medicinam affers vulneribus quæ ipse fecisti? vel quomodo pro tuo adulandi more, idcirco antea injuriosus fuisti, ut deinde haberes in quo artem tuam exerceres? haud aliter quam si quis medicus plurimarum herbarum emplastrum sinistra gerens, dextera interim manu hominem clava percuteret, diceretque: Bono animo esto, charissime; nam medela mihi in manibus est. At enim, recte admodum ille responderet: O pessime, cur mihi medelæ necessitatem imponis? Cur autem tibi infirmi corporis curam committam, qui sanum cum inveneris, tam male affecisti? Mihi ergo videntur illi homines, qui propter beati viri obitum ad horum communionem accedunt, et eos pridem ad cædem impulsisse, atque id posteros omnes docere, cujusmodi in hac vita multos existere facile accidit, ut cum voluerint justum hominem expellere, et cum calamitas aliqua oves disperserit, protinus illum interficiant, ut eodem excidio irretiant ovile. Quid ais, o homo? Non communicasti hactenus propter iniquitatem, nunc post cædem communicas, quasi cædes iniquitatem purgaverit? Num Jezabelem usque ad vineæ rapinam odisti, postquam autem illa Nabuthem interfecit, quasi hic viveret, odium sceleratæ feminæ remisisti? (*III Reg. XXI, 2 sqq.*) Quid ergo agemus, aiunt, mortuo jam homine? Expectare, inquam, oportet justum Christi judicium, quod quidem sine dubio eventurum nemo ambigat: etenim haud humanæ vitæ terminis, rerum quoque finem concludere Dominus solet: contra potius ab ipsa rerum desperatione initium sumere; id quod divinarum Scripturarum testimonio confirmabo.

6. Devoraverat olim Josephum mala fera, prout fratrum apud patrem affirmabat oratio (*Gen. XXXVII, 33*). Jam vero hos qui aliter dixerant, aliter egerant, subditos habuit Josephus, seque adorantes conspexit, et somniorum veterum interpretationem ex-

pertos (*Gen. XLIII, 26*). Ipse autem, post creditam a patre necem, regis curribus lugenti occurrit (*Gen. XLVI, 29*). Mox hic idem Josephus moriens universam suam cognationem, magno numero jam auctam, durum Ægyptiis servitium servituram reliquit (*Exod. VII, 6 sqq.*). Neque tamen propter ejus obitum quispiam Israelita factus est Ægyptius, sed aliquanto perferentes servitium tempore, Moysis opera in splendidissimam libertatem vindicati fuerunt; et qui antea ne respirare quidem sub laboribus poterant, deinde eis universa creatura servivit, dum videlicet benignus Deus gressibus eorum mare tanquam terram exhibuit; sitientibus deserta et iniqua loca pelagus effecit; cibi cupulis panem in cœlis elaboratum depluit (*Exod. XV, 1 sqq.*). His porro neque urbem, neque forum, neque domos adhuc habentibus, sed in vasta eremo gregis instar adhuc versantibus, dux populi Moyses ad patres suos apponitur. Quid ergo his agendum erat, qui per Moysen promissam expectabant capere hæreditatem? Num in Ægyptum, dic mihi, desperatione redeundum? At certe illorum stultitiam risisset Moysis in munere successor Josue, qui alienigenarum urbes mœnibus communitas cepit, modo tubarum sonitu (*Jos. VI, 1 sqq.*), modo expectatione tantommodo vel presentia: denique et nonnullos vidit artificiosa fraude utentes, ut spontaneæ servitutis jugum subirent.

 περὶ Ἰννοκεντίου, πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι τῆς
 ζωῆς αὐτοῦ (α). » Καὶ ταῦτα ἀκούσας Θεόφιλος ἐν
 ἀμεριμνίᾳ ἐγένετο. Ἰσίδωρος δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν
 τῷ θρεῖ διάγοντες τέλει ἀνεδείχθησαν, καὶ χαρισμα-
 των ἤξιώθησαν. Καὶ ἐτελειώθησαν καὶ αὐτοὶ, δοξά-
 ζοντες Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Αὐτῷ
 ἡ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
 αἰώνων. Ἀμήν.

p. 250, his verbis : Γέγραφε δὲ καὶ ἡ βασίλισσα
 πρὸς αὐτὸν (Ἰννοκέντιον) ἀπολογουμένη περὶ τῶν
 ἐπ' ἐκκλησίαις διαφόρων ἐπαγομένων αὐτῇ ὕβρεων
 παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου, τὰ δοκούντα αὐτῇ.
 Ἐκεῖνος δὲ ὁ μακάριος τινὰ μὲν ὀνομαστὶ οὐχ ὕβρισε

πώποτε, ἀλλὰ τὰς αἰτίας μόνον ἤλεγχε τῶν σφα-
 λομένων· καὶ οἱ ταύτας πράττοντες, εὐθέως ἠσθά-
 νοντο τῶν λεγομένων, ὡς δι' αὐτοὺς ταῦτα εἰρησθαι,
 καὶ ἐδόκουν γνωστοὶ αὐτῷ εἶναι, ὅταν καὶ ἐλανθάνοντο.
 Scripsit etiam Augusta ad Innocentium, defendens

ΒΙΟΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

EN EPI TOMH (a).

Τὸ μὲν γένος ἦν Ἀντιοχεύς· ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ
 στρατηλάτης Συρίας, ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ τὴν ἐπωνυ-
 μίαν Ἀνθοῦσα. Ὀκτωκαιδεκαετῆς ὑπάρχων τὴν ἡλι-
 κίαν, ἀφηγίασεν ἐκ τοῦ σοφιστοῦ Λιβανίου· ὑπὸ Με-
 λετίου δὲ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας βαπτίζεται,
 καὶ χειροτονεῖται ἀναγνώστης. Ἐκεῖθεν περιτυχὼν
 γέροντι τινι ἀσκητῇ, προσμείνας τε παρ' αὐτῷ ἔτη
 ὄ, καὶ ἀναχωρήσας ἐν ἐνὶ σπηλαίῳ μόνος ἕμεινεν
 ἔτη δύο· καὶ πάλιν καταλαμβάνει τὴν ἐκκλησίαν, καὶ
 χειροτονεῖται διάκονος, διαπρέψας ἔτη πέντε. Ὑπὸ
 Φλαβιανοῦ δὲ χειροτονεῖται πρεσβύτερος, διαλάμψας
 ἐν τῷ σχήματι ἔτη δώδεκα· ὁμοῦ ἔτη τεσσαράκοντα
 Νεκταρίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως
 μετασταλεῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας χειροτονεῖται ἀρχιεπι-

σκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀρ-
 καδίου ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ἰνδι-
 κτιώνος τετάρτης. Ἐπισκοπεύσας δὲ ἔτη πέντε ἐξ-
 ωρίσθη διὰ φθόνον ἐν πόλει Κομανῶν, πλησίον τῆς
 Ἀρμενίας. Ἐποίησε δὲ ἐν τῇ ἐξορίᾳ ἔτη τρία, μῆνας
 δύο. Ὁμοῦ γίνεται πᾶς ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνος ἔτη
 πεντήκοντα δύο καὶ μῆνες ὀκτώ. Ἐτελεύτησε δὲ μηνὶ
 Νοεμβρίῳ τῇ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ, καὶ ἐτάφη τῇ τεσ-
 σαρεσκαίδεκάτῃ, μετὰ τοῦ ἁγίου Βασιλίσκου. Ἠνέχθη
 δὲ τὸ τρίμιον αὐτοῦ λείψανον μετὰ ἔτη τριάκοντα πέντε,
 εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδο-
 σίου τοῦ Νέου, καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης Πρόκλου· καὶ
 ἐπικομιψαντες αὐτὸν πάλιν μετὰ ψαλμωδίας ἀπέθεοντο
 αὐτὸν ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις μηνὶ Ἰαννουαρίῳ
 ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι.

(a) Ex ms. Allatiano.

GEORGII NICOMEDIENSIS

Aureis tuis sermonibus, haud secus atque aureo
 perornata mundo, Joannes Chrysostome, in sponsæ
 tibi morem gaudio clamat Ecclesia : Affatim aureos

tuos latices bibi : meque iis ingurgitavi ; aureo ful-
 gore rutilis, mellitisque tuis præclare aquis glorians.
 Ab actione namque provehor ad contemplationem,

videns pariter missas ad se reorum personas, cognita simul criminum ultione, mitigatus Deo gratias egit; rogavitque Honorium, ut super toto hoc negotio officiose ageret cum Arcadio et Eudoxia. Jam missi ab Arcadio homines cum trepidarent incerti de rei exitu, vocatis ad se Innocentius dixit: «Deus vobis, o filii, ignoscat peccatum hoc. Theophilo autem dicite: Tu quidem interdicti poena minime liber, compara te ad synodum tanquam reus; nam propter te unum illuc venturus sum.» Dimisitque omnes multis cum muneribus. Denique Arcadio et Eudoxiæ ita scribit: «Innocentius papa filiis nostris Arcadio et Eudoxiæ: valere vos opto. Cognovi vestrum secundum Deum devotum studium, quod propter nomen ejus exprompsistis. Quamobrem vos sacris vinculis resolutos, ad Dominica accedere fidente animo symbola sino. Hoc tamen vos commoneo, o filii, ut Joannis nomen sacris diptychis inscribatur, ejusdemque corpus ad propriam ecclesiam referatur. Hoc enim justum

esse censemus. Scribite autem Theophilo, ut sit generali synodo paratus, quam indici in urbe Thessalonica velim jubeatis.» Quibus acceptis Innocentii litteris, valde lætatis sunt Arcadius atque Eudoxia, Theophilique scripserunt ut se quantocius Thessalonicam conferret. Audiens vero Theophilus impendentem sibi sententiam, sollicitudine multa compunctus, mittit preces ad monachos, ut pro ipso bona verba dicant. At illi responderunt: «Nos contra te locuti, quomodo pro te loqui poterimus? Sed Dei vindicta quantocius te corripiet. Cæterum de Innocentio ne sis sollicitus; nam vitæ ejus tempora completa fuerunt.» Hæc quidem audiens Theophilus, secura mente jam erat. At Isidorus sodalesque ejus in monte degentes, eximia sanctitate ornati evaserunt, et charismatibus etiam digni fuerunt. Denique et ipsi vitam consummarunt, laudantes Patrem et Filium et sanctum Spiritum. Ipsi gloria, honor et adoratio per sæcula sæculorum. Amen.

se ab infictis sibi in ecclesiis multifariam contumeliis a magno Joanne, prout ei certe videbatur. At tamen beatus vir nemini nominatim conviciatus est unquam, sed culpas tantum coarctabat peccantium, quibus qui erant obnoxii, statim dictis percellabantur, quasi in se jacta fuissent, putabantque se ei cognitos

esse, etiamsi reapse latebant.

(a) Ἀνατορία hæc est quam sumit a Georgio p. 352 noster Theodorus. Etenim Theophilus anno Christi 412 mortuus est, Innocentius autem anno 417, ut fasti certissimi docent.

EPITOME

VITÆ S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Joannes quidem erat genere Antiochensis: pater ejus magister militum Syriæ, et mater ejus cognomento Anthusa. Octodecim annos natus recessit a rhetore Libanio; atque a Meletio, Antiochensi archiepiscopo, baptizatur, et lector ordinatur. Hinc cum incidisset in senem quemdam monachum, apud ipsum annos quatuor permansit: in speluncam quamdam secedens, solus ibi mansit annos duos: atque rursus redit ad Ecclesiam, et ordinatur diaconus, et claruit annos quinque. A Flaviano autem ordinatur presbyter, cum resplendisset in eo habitu annos duodecim: qui omnes simul fiunt anni quadraginta quatuor. Sub id vero tempus, mortuo Nectario, archiepiscopo Constantinopolitano, arcessitus Antiochia, ordinatur archiepiscopus Constantinopolitanus, Arcadio imperan-

te, vicesimo quinto mensis Decembris, indictione quarta. Postquam autem episcopatum annos quinque administrasset, per invidiam in exilium actus est in civitatem Comana, Armeniæ vicinam. Egit in exilio annos tres, menses duos. Simul vitæ ejus tempus fiunt anni quinquaginta duo, et menses octo. Moritur decimo quarto mensis Novembris, et eodem die sepelitur in sepulcro cum beato Basilisco. Reverendæ ejus reliquiæ Constantinopolim relatæ sunt post annos quinque et triginta, imperante Theodosio Junio, et Proclo archiepiscopo Constantinopolitano. Relatum eum rursus cum psalmodia deposuerunt in ecclesia beatorum Apostolorum vicesimo septimo mensis Januarii.

IDIOMELUM IN S. JOANNEM CHRYSOSTOMUM (13 Novembr.) (a).

illis quas lenes admonitiones adhibes, Christoque unior spirituali sponso, ac ei conregnò. Quamobrem nos quoque in tua congregati memoria clama-

mus: Ne pro nobis Dominum deprecari graveris, quo animorum salutem consequamur.

(a) *Bibliotheca Patrum Lugdun.* t. XII, p. 722.

DE VITA S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

EX DIALOGO HISTORICO PALLADII ^(a)

HELENOPOLEOS EPISCOPI.

Hunc scriptorem Græcæ et Latine prior edidit vir doctissimus Emericus Bigotius amicus noster, qui anno 1689 defunctus est. Is in Bibliotheca Medicea ex codice quodam hoc opus exscripsit, et Latine ab se accurate conversum Lutetiæ Parisiorum edi curavit anno 1680. Ejusdem operis jam diu Latinam versionem fecerat, et typis mandari curaverat Ambrosius Camaldulensis Venetiis, qui, ut infra refert Bigotius, eodem quo ipse codice usus, non pauca *de suo addidit*. Ex hac igitur Bigotii editione hanc nostram adornavimus.

Licet autem ille quam accuratissime poterat hanc Palladii historiam ex codice Mediceo exscripserit,

missæ tamen nobis sunt variae lectiones a docto viro excerptæ, qui Palladium a Bigotio usum cum eodem Mediceo codice contulerat : inter eas autem varias lectiones, quædam, sed paucissimæ sunt, quæ omnino germanæ et veræ videntur, licet cum Bigotiana editione non consentiant : ut in decursu hujus editionis nostræ animadvertet eruditus lector. Nemo enim quantumvis doctus, quantumvis accuratus sit, ut erat certe D. Bigotius, pari semper animi attentione uti potest.

Illam vero Præfationis Bigotianæ partem, quæ ad vitam Chrysostomi a Palladio adornatam spectat, hic apponendam esse censuimus.

EXCERPTUM

EX PRÆFATIONE EMERICI BIGOTII.

« Cum primum de edendo Vitæ S. Joannis Chrysostomi Græco contextu cogitare cœpi, Lector benevole, uberores notas in eam scribere statueram, ob idque collegeram quidquid in operibus eloquentissimi doctoris, quidquid in scriptis Patrum æqualium, quidquid denique apud historicos ecclesiasticos ad eam illustrandam conferre mihi videbatur. Cum in

hac sparta exornanda versarer, varii subinde me morbi vexarunt; qui institutum opus in longinqua tempora rejecere. Interea prodiit in lucem eximium opus de Chrysostomi gestis, ab eruditissimo et de historia ecclesiastica optime merito, Godefrido Hermantio, Gallice conscriptum : in quo quidquid animo conceperam, ille erudite atque eleganter occu-

(a) Palladius, ignotæ cujusdam civitatis in Oriente episcopus et S. Joannis Chrysostomi familiaris, cum ejus communionem ecclesiasticam deserere nollet, ab Ecclesia sua exulare coactus amore pacis, in Occidentali Ecclesia vigenti, c. a. 408 ex patria fugiens Romam secessit. Ubi dum versaretur, *Dialogus de vita S. Joannis Chrysostomi* inter ipsum, qui plerisque rebus paulo ante in Oriente gestis præsens adfuerat, et Theodorum, Romanæ Ecclesiæ diaconum, habitus est, quem idem Palladius postea pulchre et studiose conscripsit; inde plenissimam totius tragœdiæ notitiam et egregiam vitæ S. Chrysostomi delineationem ab episcopo veritatis conscio haurire licet.

pavit, ita ut nihil mihi amplius reliquum foret, quam actum agere : quod a meis moribus semper fuit alienum. Itaque mutandum mihi consilium fuit, et alio convertenda studia : nempe, ut solum contextum Græcum cum nova Latina versione publici juris facerem, quem a viris doctis avide exspectari intelligebam. Ad eum pro uberioribus animadversionibus, quas animo destinaveram, quasdam criticas, ut vocant, notas, quæ phrasim subinde minus usitatam et specie vitiosam explicarent, elucidarentque locos nonnullos, qui varios sensus variasque interpretationes admittere videbantur, adjungere statui. Suppudit me tamen postea, fateor, propositi mei; indignumque reputavi, prætermissis uberioribus notis, ad illas minutias descendere; veritus locum dare vulgari adagio, *Pro thesauro carbones*. At vero quidquid hoc libelli est, quantumvis commentariis destituti, pro magno, certo scio, habiturus es thesauro, si memineris, quanto studio, quantave diligentia clarissimi Operum S. Joannis Chrysostomi editores, Henricus Savilius et Fronto Ducaeus, opus illud quaquaversum perquisierint. Sed cum frustra omnes bibliothecarum forulos excussissent, sancti doctoris studiosos scriptis suis ad eandem curam invitarunt, monueruntque hæc Vitam ad paucissima exemplaria redactam esse. Hunc ego archetypum Florentiæ reperi in Bibliotheca Medicea : ejusque exscribendi copia parbenigne mihi facta est a magno Etruriæ dace, Ferdinando II : qui, verus gentis Mediceæ hæres, amorem erga litteras et litteratos viros, ut patrimonium a parentibus acceptum, ad filium Cosmum III feliciter transmisit. Hic ipse est codex, quo usus est Ambrosius Camaldulensis, qui prior hanc Vitam Latine vertit : vertit autem Romæ, ut ipse testatur in epistola nuncupatoria ad Eugenium papam IV, ejusque versio typis excusa prodit primum Venetiis in forma octava, cura et studio Nicolai Erythræi, Latetis sæpius postea recusa. Hunc, inquam, ipsum esse codicem quo usus est Ambrosius, apprehendi, cum ex pluribus locis, qui unius aut alterius litteræ mutatione corrupti erant, tum ex verbis litterisque perperam conjunctis aut divisis. Quod tute per teipsum facile animadvertes, studioso Lector, si attenderis ad varias lectiones marginibus a me ascriptas, quas desumpsi partim ex scripto Georgii, Alexandrini archiepiscopi, partim ex Epistola Chrysostomi ad Innocentium papam, quæ inter Chrysostomi Opera exstat, eruta ex aliis codicibus mss. : partim denique ex fragmento, quod ex codice Cujatiano Fronto Ducaeus edidit in sine vulgati a se dialogi. His vitiis et incommodis in versione, quam pro modulo meo concinnavi, utcumque occurrere conatus sum, veram ac genuinam secutus lectionem, quam notavi ad marginem, retenta in textu dialogi lectione, quæ in codice manuscripto habebatur.

¶ Hic nonnemo fortasse objiciat, diversos sibi videri codices Ambrosianum ac Florentinum : propterea quod Ambrosius nonnulla proœmii loco præmi-

sit in sua versione, quæ in Florentino non comparerent. Idem subinde occurrit in decursu dialogi, ut cuivis legenti observare licet. Verum quisquis rem accurate perpenderit, facile mecum existimabit, Ambrosium ista de suo addidisse, ut ad dialogum, qui nimis abrupto exordio procedebat, viam aperiret : idemque præstitisse in serie dialogi, sicubi nimis hiulca videbatur oratio. Quis enim sibi persuadeat Zosimi pontificis maximi temporibus Romam primum venisse nostri scriptorem dialogi, qui in ipso animadverterit Theodorum diaconum ab episcopo quaerere, an Joannes mortuus sit; respondere vero episcopum : Vixit, quia mortuus est. Sane haudquaquam verisimile est, celeberrimi pontificis obitum tam diu latere potuisse Theodorum, Romanæ Ecclesiæ diaconum, cui alia pleraque de Chrysostomo comperita erant. Accedit, quod, cum episcopi ab Innocentio papa Constantinopolim missi, in itinere male accepti fuissent, eum maxime sollicitum reddere debebant res Orientales. Porro a morte Joannis ad pontificatum Zosimi anni decem elapsi erant. Si argumentum chronologicum pressius urgere me sinas, rogabo te, ut oculos conjicias in hæc verba Theodori, quæ sub finem dialogi nostri Græce leguntur : *Scopus iste Romanæ Ecclesiæ est, nunquam communicare Orientalibus episcopis, præsertim Theophilo*. Qui hæc verba legit, nonne statim Theophilum vivum adhuc et spirantem videt eo tempore, quo hæc verba proferebat Theodorus? Theophilum autem, Alexandrinum episcopum, anno 412 mortuum esse, apud omnes constat. Quod dixi de proœmio dialogi, aliisque per Ambrosium interpolatis locis, id etiam affirmare ausim de nominibus propriis eorum, qui inter se loquentes inibi inducuntur. Nam qui in versione Ambrosiana dicuntur Palladius et Theodorus, in Græco codice Mediceo episcopus et diaconus simpliciter appellantur : idque ab interprete Ambrosio contra fidem manuscripti, ut lectori consuleret, factum fuisse nullus dubito. Sane omnibus contestari non verear Mediceum codicem integrum esse, et bona fide, uti jacet in archetypo, a me representatum. Si quis reponat, hæc versionem Romæ, ut superius notabam, adornatam esse ab Ambrosio, neque a vero alienum videri, eum quodam manuscripto codice, qui Romæ tum exstaret, usum fuisse : respondebo, probabili æque argumento dici posse Ambrosium aut codicis Florentini seu Medicei prius habuisse copiam, aut codicem ipsum Romæ Cosmo Magno comparasse, in cujus bibliothecam codicem facta versione transtulerit. Ambrosii enim curis ac diligentia institutionem Mediceæ Bibliothecæ acceptam referri debere, nemo, qui ejus vitam et epistolas legerit, diffitebitur. Hæc de codice dicta sunt : nunc de auctore dialogi videamus.

¶ Dialogus de Vita Joannis Chrysostomi inter episcopum et Theodorum Romanæ Ecclesiæ diaconum habitus est Romæ, coram multis et per plures dies. Hunc episcopum vocatum fuisse Palladium, et præ-

fuisse Ecclesiæ Helenopolitanæ, fidem faciunt hæc tituli verba, *Dialogus Palladii episcopi Helenopolitani*, eadem in fine libelli repetita. Apud Savilium habetur elenchus auctorum, qui aliquid de Joanne Chrysostomo scripserunt. Fuit autem excerptus Patavii ex codice vetustissimo Michaelis Sophiani, et præfigitur apud eundem Savilium Vitæ S. Joannis Chrysostomi, scriptæ ab auctore quodam anonymo, qui se eam concinnasse dicit ex omnibus qui in dicto elencho nominantur scriptoribus. Hos inter Græce legitur *Palladius episcopus Helenopoleos*. Georgius, Alexandrinus patriarcha, qui multa ex hoc dialogo in Vitam Joannis Chrysostomi a se scriptam transtulit, ea omnia accepta refert Palladio episcopo: quæ eadem omnia in hoc dialogo scripta leguntur: *Quædam eorum ex dialogo Palladii episcopi cum Theodoro, Romanæ Ecclesiæ diacono, hausimus. Ille temporibus istis vixit Constantinopoli, et interfuit omnibus quæ acta sunt: postea vero urbe atque episcopatu suo decessit, abominatus communionem cum iis, qui insidias struxerant adversus beatum Joannem, atque contra ipsum, imo contra sua capita sententias tulerant, nulla canonum habita ratione*. Photius, qui hanc sancti Joannis a Georgio compositam Vitam legit, et ex ea quædam in sua *Bibliotheca* nobis reliquit, hæc Græce habet: *Refert quædam ex Palladio: Palladius ille episcopus fuit, et dialogi forma pulchre et studiose res Chrysostomi conscripsit*. Theodorus, Trimithuntis in Cypro insula episcopus, qui Græce scripsit homiliam *De vita et exsilio, necnon de tribulationibus beatissimi Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani*, de nostri auctore dialogi hæc habet: *Discrit de Joanne et de omnibus quæ ipsi acciderunt, cum Theodoro, magnæ urbis Romæ diacono, vir quidam venerandus, Palladius nomine. Ille primum multos annos eremum incoluit, deinde ad episcopatum in Bithynia promotus fuit, et scripserat virtutes multorum Patrum. Idem ipse communicavit cum Joanne, et in obscura domuncula undecim menses latuit*. Ex his colligere licet episcopum, auctorem hujus dialogi, nominatum fuisse Palladium a Georgio Alexandrino atque a Photio. Addit Theodorus, Trimithuntis episcopus, cum in Bithynia donatum episcopatu. Solus titulus codicis Græci dialogi, et indiculus qui exstat apud Savilium, hunc episcopum fuisse Helenopolitanum testantur.

Hoc porro animadvertendum est, in codice Florentino (est autem sexcentorum annorum) Græce ascriptum haberi in margine, *in aliis scribitur, Asponum*, e regione vocis *Helenopoleos*: quæ notatio indicat hunc ipsum Palladium, qui dicitur Helenopolitanus, etiam dictum fuisse ab aliis episcopum Asponensem. His astipulari videtur Socrates, qui libro septimo, cap. 26 *Historiæ ecclesiasticæ*, in catalogo episcoporum, qui ab uno episcopatu ad alium translati fuerunt, ait: *Palladius ab Helenopoli Asponam translatus est: Alexander ab Helenopoli Adrianos transiit*. Helenopolis est in Bithynia, Asponia vero in Galatia prima, sub Au-

cyra metropoli. Mihi autem admodum probabile videtur, auctorem hujus dialogi nomen suum dedita opera reticuisse, neque ascripsisse fronti operis, aut narrationis corpori inseruisse: hoc solum de se scribi voluit, quod episcopus fuerit magnæ civitatis, et quod lauta atque opipara convivia aliquando instruxerit, ut ipse fatetur in Apologia, quam scripsit, cur Joannes noster solus comederet. Diaconum contra bis terve ipsum Theodorum vocitavit; Palladii nomen additum deinde fuit; ac tandem Palladius ab aliquibus episcopus Helenopolitanus, ab aliis episcopus Asponensis nominatur, ab aliis autem creditus est episcopus in Bithynia, et idem auctor *Historiæ eremiticæ ad Lausum*, quæ vulgo *Lausiaca* dicitur. Qua in sententia fuisse Theodorum, Trimithuntinum episcopum, certo affirmabit qui observaverit eadem de auctore hujus dialogi scribere, quæ de se scribit auctor *Historiæ Lausiacæ: Relicta Palæstina, repetiit Bithyniam et in ea, non possum dicere quomodo id factum sit, sive hominum studiis, sive Dei beneficio, solus id novit Deus, dignus habitus sum ordinatione quæ vires meas superat, et particeps sui persecutionis beati Joannis, atque undecim menses in obscura cella latui*. Agnoscis Palladium, Helenopolitanum episcopum, qui post Eulysium et Demetrium episcopos, Romam missus fuit ad Innocentium papam; quique postea remissus cum Latinis episcopis litteras Honorii imperatoris ad Arcadium deferentibus, in carcerem conjectus est, ut perhibetur in dialogo. Si ita se res haberet, dicendum esset, eundem esse Palladium, auctorem hujus dialogi, ac Palladium qui Romam a Joanne Constantinopolitano missus fuit, et qui *Historiam eremiticam ad Lausum* scripsit: quod simul stare omnino non potest. Nam auctor hujus dialogi, cujuscumque tandem civitatis episcopus fuerit, aliquanto post tempore se primum Romam venisse ait, quam venerat Palladius, episcopus Helenopolitanus; quem tempore Innocentii Romam venisse, ipse scribit, antequam haberetur hic dialogus. Præterea eum adhuc apud Blemmyas detineri scribit eo ipso tempore, quo hanc *διάλεξιν* instituebat cum Theodoro: quæ inter se conciliari nullo modo possunt. Demum *Historia Lausiaca* mihi videtur scripta circa annum 421: quo anno auctor hujus historiæ natum se esse annos quinquaginta tres, et a viginti annis in Bithynia episcopum esse testatur. Jam si detrahas ex annis 421 annos quatuordecim, anno 407, quo mortuus est Chrysostomus, annuum tunc agebat Palladius trigesimum nonum. Igitur verisimile est ex superius allatis, dialogum habitum fuisse paulo post mortem Joannis Chrysostomi, circa annum 408, quo anno Palladius, auctor *Historiæ Lausiacæ*, natus erat annos quadraginta: quod omnino animadvertens dignum puto, quia Theodorus sæpe compellat episcopum auctorem dialogi, veluti senem, eumque per canos ejus adjurat, ut verum ipsi narret: quæ compellatio cadere vix potest in virum annorum quadraginta.

Si sententiam hac de re meam interponere hic liceret, illud tantum de auctore hujus dialogi,

quod ipse de se dixit, pronuntiandum cense-
rem : ipsum scilicet magnæ civitatis episcopum fuisse,
sicuti Georgius Alexandrinus et Photius scripserunt.
Si vero Palladius dicendus est episcopus Helenopoli-
tanus, dicendum quoque mihi videretur, ex Heleno-
poli translatum fuisse Asponam, atque in ejus locum
suffectum esse Palladium alterum, qui Romam missus
fuerit a Joanne ad papam Innocentium : isque auctor
erit *Historiæ Lausiacæ*, et discipulus Evagrii. Porro
Palladium ex Helenopoli translatum Asponam, tradit
Socrates ; auctorem vero dialogi episcopatu cessisse,
ex Georgii verbis superius relatis conficitur. Hac ra-
tione via præcluditur multis ambagibus, quas aliter
evadere nullus possit. Si quid tamen rationi atque
historicæ veritati magis consentaneum quis attulerit
in medium, nullatenus repugnabo : quinimo quidquid
illud erit, ambabus ulnis ultro excipiam. Sed dum de
scriptore hujus dialogi fusius edissero, pene mihi

exciderat loqui de Theodoro ; quem aliqui auctorem
perhibent hujus dialogi, sed levi prorsus argumento.
Theodorus, inquit, compellans episcopum, se ali-
quando forte de rebus sancti Chrysostomi scripturum
ait. Quis dialogistarum morem non animadvertit, qui,
ut vel minima quæque ab interlocutore expiscari
possint, varias sciscitandi rationes comminiscuntur,
atque hanc in primis, aut alias similes? Qui hanc sus-
picionem primi protulerunt, nequaquam attende-
runt, opinor, omnia incoherentia, quæ modo notavi,
a Palladio non depellere, cui tamen rei præcipue ca-
vendum fuit. Deinde faciant mihi satis, si possint, et
quærenti respondeant, quare Theodorus, Romanæ
Ecclesiæ diaconus, Latine non scripserit : aut si La-
tine scripsit, ut non nemini visum est, quare hoc
opus hucusque Latinis auribus inauditum fuerit. Sod
missa ista faciamus, quæ omni ratione atque proba-
bili conjectura carent. »



ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΙΣΤΟΡΙΚΟΣ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ

• ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΠΡΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΝ, ΔΙΑΚΟΝΟΝ ΡΩΜΗΣ,

Περὶ βίου καὶ πολιτείας τοῦ μακαρίου Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρισστούμου β.

ΚΕΦ. Α'.— Τῶν τοῦ Θεοῦ δωρημάτων τὰ μὲν ἔστιν, ὡς ἔοικε, κοινὰ καὶ ἀμερίστα, κρᾶτιστε ἀδελφε Θεόδωρε, τὰ δὲ κοινὰ καὶ μεριστά. Τρίτα τούτων ἔστιν, ἃ οὔτε κοινὰ, οὔτε μεριστά ἢ ἀμερίστα, ἀλλ' ἴδια κατ' ἐξαιρετον δεδομένα οἷς δέδοται. Ὁ ΔΙΑΚΟΝΟΣ. Δεῦρο δὴ φράσον ἡμῖν ἐξέστου γένους τὴν τάξιν εὐπιθάνως γὰρ προσιμαίω. Ὁ ἘΠΙΣΚΟΠΟΣ. Τὰ τῆ φύσει καλά, ὧν ἄνευ τὸ ζῆν ἢ μιᾶρον, κοινὰ καὶ ἀμερίστα. Ὁ ΔΙΑΚ. Οἶον τί, Πάτερ; Ὁ ἘΠΙΣΚ. Πρῶτον, ὁ τῶν ὄλων Θεός, ἅμα τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Ἰῶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, κοινός ἐστι καὶ ἀμερίστος· ἔξεστι γὰρ τῷ βουλομένῳ παντὶ ὄλον αὐτὸν λαβεῖν τῆ θεωρίᾳ, πραγμάτων μὴ πειρώμενον. Ἐπειτα μετὰ τὸν Θεὸν αἱ θεαὶ Γραφαὶ καὶ αἱ ὑπερκόσμιαι δυνάμεις. Πρὸς ταῦταις οὐρανός, ἥλιος, σελήνη, καὶ σύμπας ὁ τῶν ἄστρον χορὸς, καὶ αὐτὸς ὁ ἄηρ, κοινὰ καὶ ἀμερίστα, ὅλα ὄλων. Μέχρι τούτων ἡμῖν ἰσάσθω τῶν ἀμερίστων τὸ γένος. Ἦν δὲ ποτὲ καὶ ἡ γῆ κοινὴ καὶ ἀμερίστος ἅμα τοῖς τῶν ὑδάτων βέλθροις· ἐξ οὗ δὲ ὁ τῆς πλεονεξίας οἶστρος ἐνεπετασθη ταῖς τῶν φιληδόνων ψυχαῖς, κατέστη τὰ βαρύτερα στοιχεῖα χῆς τε καὶ ὕδατος μεριστά. Ὁ ΔΙΑΚ. Σαφέστατο ἔχει τὰ εἰρημένα· προσαναπλήρωσον δὲ τὸν λόγον τοῦ δευτέρου γένους τῶν μεριστῶν. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ἐπάναγκές ἐστι μὴ ἀτελές καταλείψαι τὸ τῆς υποθέσεως ὕψος. Χρυσοῦς τολύν καὶ ἄργυρος καὶ πᾶσα ἡ μεταλλικὴ φύσις, πρὸς τε δρυοτομικῆ ὕλην, καὶ ὅσα τῶν μέσων, συλλήθην εἶπεν, κοινὰ μὲν ἔστιν, ἀλλ' ὅμως μεριστά· οὐ γὰρ παντὶ τῷ θέλοντι ὅλα δι' οὐλο ἐπ' ἐξουσίας ὑπάρχει. Ὁ ΔΙΑΚ. Εὐδήςλος καὶ οὕτως ὁ λόγος· ἀμφιβάλλω δὲ μήποτε ἀτονήσης περὶ τὰς ἀποδείξεις· τοῦ τρίτου γένους τῶν ἐξαιρετῶν, ὑποσχόμενος, ὅτι, ἐστὶ τινὰ ἃ μήτε κοινὰ ἔστι, μήτε μεριστά, ἀλλ' ἴδια κατ' ἐξαιρετον τῶν ἀξίων τῆς δωρεᾶς. Ἐπιθείς οὖν τὴν κορωνίδα τῷ λόγῳ, ἀφήγησαι ἡμῖν, πόθεν παραγέγονας, καὶ περὶ ὧν ποθοῦμεν μαθεῖν τάληθῆ. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Εἰ μὲν ἐπ' ἐμοὶ κείται, καὶ τούτων ἔχω τὴν γνώσιν, περὶ ὧν ποθεῖς τι μαθεῖν, οὐκ ἀποκνήσω ἢ ἀποκρούψω· τὸ μέντοι χρέος τοῦ λόγου, ὡς ὑπολαμβάνω, κατὰ δύναμιν προσαποδώσω. Παρθενίας γούν καὶ τῆς λοιπῆς ἀγαμίας μερισμὸν οὐχ εὐρήσεις· οὐ γὰρ εἰσι τοῦ γένους τῶν κοινῶν ἢ τῶν μεριστῶν· ἐπειδὴ οὐ πᾶς ὁ ποθὼν τὸ πρᾶγμα καὶ παρθενεύει, ἀλλ' ὁ δυνάμενος· τῶν γὰρ γεγαμηκότων πολλοὶ γλιχόνται μὲν, οὐ φθάνουσι δὲ διὰ τὸ προσηλθῆναι ἐν συζυγαίαις. Ὅσπερ καὶ ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι καλεῖ μὲν ὁ κῆρυξ τὸν βουλόμενον, στεφανοῖ δὲ τὸν νικῆσαντα· τοῦτ' ἐπὶ τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ τῆς ἀγείας, καθὼς τὸ Εὐαγγέλιον λέγει. Τοῦ

γὰρ Πέτρου ἀνθυπενεγκόντος τῷ Σωτήρι, *Εἰ οὕτως ἔστιν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμήσαι*· πρὸς οἷς ἔφησεν ὁ Σωτῆρ· *Ἄλλ' οὐ πάντων ἔδει χωρῆσαι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται*. Ὅρως, ὅτι οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷς δέδοται; Ὁ ΔΙΑΚ. Ἥμην σε εὐσπορίστως ἔχειν περὶ τὴν τῶν ἐξαιρετῶν ἀπόδειξιν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, καὶ γραφικῶς καὶ ἰσχυρῶς ἡμᾶς ἔπεισας. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Εἰ ταῦτα σαφῆ σοι καθέστηκε, καὶ λοιπαῖς μαρτυρίαις λιπανῶ τὸν λόγον, ἐν οἷ φαῦλοι τὴν γνώμην, πεισθέντες ἐκ τούτων, παύσωνται τοῦ ἀρπάζειν ἢ λαβεῖν οὐ δεδύνηται. Εὐρομεν γὰρ καὶ τὴν ἱερωσύνην παρὰ ταῖς θεαῖς Γραφαῖς οὔτε κοινήν οὖσαν, οὔτε μεριστήν, ἀλλ' ἐξαιρετον τῶν ἀξίων, καθὼς νοθεύτων Ἑβραῖος λέγει ὁ μεγαλόφρων Παῦλος· *Οὐ γὰρ ἐαντῶ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλοῦμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ*. Οὕτως καὶ Ἀαρών, φησὶν, *οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενέσθαι ἀρχιερεᾶ*. Ἐξακοσίων γὰρ οὖσαν χιλιάδων ἀνδρῶν, καὶ πολλῶν ἐν αὐτοῖς ζῆλον ἐχόντων, εἰς ἀνηγορεύθη ὁ Ἀαρών, οὐ τὸ παράδοξον τῆς βλάβου, βλαστησάσης κάρυα, ἐδυσώπησε τοὺς πολλοὺς θεόληπτον εἶναι τὸν ἱερέα. Τινὲς δὲ τῶν καλῶν ἀνεπιστήμονες, πάθει τρωθέντες κενῆς εὐδοξίας, τῶν κοινῶν ἢ τῶν μεριστῶν ὑποτοπήσαντες· εἶναι ταύτην, αὐτοχειροτόνητοι ἐπισκιρτῶσι· τῷ πράγματι, ἄξιον τὸ τέλος τῆς μανίας εὐρόμενοι, αὐτὴν τὴν γῆν συναγωγῆς τῆς προπετείας τῆς ἑαυτῶν καταστήσαντες μάττυρα. Δαθὴν γὰρ καὶ Ἀθειρῶν, πορικῶ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀξιώματος ἐρασθέντες, ὑποθρύχιοι σὺν τοῖς πειθομένοις ἀπώλοντο, αὐτοχέλιον τάφον τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν εὐρόμενοι. Μετὰ τούτους Ὁζᾶν οὐ μεμνημένους τῶν προλαβόντων, ὁδὸ τοῦ πάθους συρόμενος, ἦρα τοῦ πράγματος· καὶ δὴ τῆς κιβωτοῦ μιᾶ τῶν ἡμερῶν ἐφ' ἀμάξης ἐν ἐδῶ ἀγομένης, ἔτυχε τὸν ἔλκοντα μόσχον ὑποτινάξαντα διασεῖσαι τὴν κιβωτόν. Παρακολουθῶν οὖν Ὁζᾶν ἐπελάβετο τῆ χειρὶ, οὐ συγχαρήσας ἀνατραπήναι τὸ σκεῦος· Ὡς δὲ εἶδεν ὁ Θεός, καὶ οὐκ ἤρεσεν αὐτόν, ὅτι ἐκ τούτου γίνεται συνθήθεια τοῖς προπετέσιν, εἶργει, τὸν Ὁζᾶν πατάξας ἕως θανάτου, παιδεύων τοὺς μετὰ ταῦτα παύσασθαι τῆς τοιαύτης μανίας. Ὁφὲ δὲ ποτε μετὰ μακροῦς τοὺς χρόνους, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, Σίμων ὁ Μάγος ὁ ἀπὸ Γεθθῶν τῆς κώμης, σοφιστῆς τῶν ἐναντιῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, πανούργος ὑπάρχων ἐν πονηρίαις, σοφίζεται τὸ πάθος, φοδούμενος δῆθεν τῶν παλαιῶν τὴν ἐπιτιμίαν, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια σπείρας, θερίσῃ τὰ ἴσα. Προσέρχεται τοίνυν κολακείᾳ τοῖς ἀποστόλοις, τῷ κωδίῳ τὸν λύκον ἐγκρούψας, μετὰ χρημάτων χρυσίου, ὡς οὐ δοκῶν ἀρπάζειν ἢ κακῶς ἀγοράζειν ἐσπούδαζεν, ἐκεῖνα λέγων ἃ πρέπει ἐκεῖνον καὶ ὅσοι τοῦτον μιμοῦνται. Λάβετε, φησὶ, τὰ χρήματα ταῦτα, καὶ

² Ed. Montfaucon, t. XI:1, p. 1-89.

³ Ἐν ἄλλοις γρ. « ἐπισκόπου Ἀποκωνῶν. »

⁴ Placet Bigotti conjectura. Forte ἀναρόν. Edit.

DIALOGUS HISTORICUS

PALLADI, EPISCOPI HELENOPOLIS,

CUM THEODORO, ECCLESIAE ROMANAE DIACONO,

DE VITA ET CONVERSATIONE BEATI JOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI CONSTANTINOPOLIS.



CAP. I. — Dona Dei, alia quidem sunt, ut videtur, communia et indivisa, optime frater Theodore: alia vero communia et divisa. Horum tertia sunt, quae neque communia, neque divisa seu indivisa, sed propria, data secundum praecipuam gratiam his quibus data sunt. **DIACONUS.** Age, dic nobis uniuscujusque generis ordinem; probabiliter enim praefatus es. **EP.** Quae natura bona sunt, sine quibus vita (*molestata*) impia est, communia et indivisa. **DIAC.** Quomodo, Pater? **EP.** Primo quidem Deus universi cum unigenito ipsius Filio et Spiritu sancto communis est et indivisus: unicuique enim licet, qui voluerit, sine ullo negotio ipsum totum contemplatione complecti. Deinde post Deum divinae Scripturae, et supermundanae virtutes. Praeterea coelum, sol, luna et omnis astrorum chorus, et ipse aer, communia sunt et indivisa, utpote omnia omnium. Intra haec nobis consistat divisorum genus. Erat etiam aliquando terra communis et indivisa simul cum aquarum fluentis: ex quo vero avaritiae ardor voluptariorum mentes occupavit, graviora terrae et aquae elementa divisa sunt. **DIAC.** Clara admodum sunt, quae dixisti: rationem autem secundi generis divisorum adimple. **EP.** Necessae est non relinquere imperfectum argumenti contextum. Aurum igitur et argentum et omnis metallica natura, praeterea lignaria materies, et ut uno verbo dicam, quaecumque media sunt, communia quidem sunt, sed tamen divisa: neque enim cuivis, ut ipsi libet, tota penitus in potestate sunt. **DIAC.** Evidens adhuc et hic sermo. Sed dubito ne circa tertii donorum praecipuorum generis demonstrationem desicias, qui promiseris ostendere, quod aliqua sint quae neque communia sunt neque divisa, sed propria secundum privilegium eorum qui digni fuerint eo munere. Inposito autem sine sermoni huic, edisserere nobis unde venisti, et ea quorum veritatem scire desideramus. **EP.** Si in me quidem id situm est, et si eorum quae scire aves, notitiam habeo, non detrectabo, nec quidquam abscondam: debitum promissi sermonis, ut opinor, pro viribus exsolvam. Virginitatem igitur et caeteram castimoniam indivisa reperies: non enim sunt e genere communium aut dividuorum, quoniam non quicumque vult, etiam virginitatem servat, sed qui potest: nam plurimi eorum qui matrimonio juncti sunt, cupiunt ipsi quidem, sed non assequuntur, quia conjugio praecipuati sunt. Quemadmodum in Olympicis certaminibus praeco vocat qui certare velit, coronat autem eum qui vicerit: sic et in castitate, ut dicit Evange-

lium. Cum enim Petrus Servatori respondisset: *Si exeat causa viri cum uxore, non expedit uxorem ducere* (*Matth. 19. 10. 11*): ad quae dixit Servator: *Non omnium est capere verbum hoc, sed quibus datum est.* Vides quod non omnibus, sed quibus datum est? **DIAC.** Putabam aegre expediturum te quae sint praecipua dona, sed profecto et fortiter et Scripturae testimonio nobis persuasisti. **EP.** Si haec perspicua tibi sunt, reliquis testimoniis exornabo sermonem, ut qui mente pravi sunt, his persuasi, desinant rapere, quae capere non potuerunt. Nam invenimus sacerdotium quoque in divinis Scripturis neque commune esse neque dividuum, sed illorum proprium qui eo digni sunt, sicut admonet Hebraeos excelsae ille mentis Paulus, dicens: *Non enim qui sibi accipit honorem, sed qui vocatur a Deo* (*Hebr. 5. 4*). Sic et Aaron, ait, *non seipsum gloriatum esse pontificem.* Nam cum sexcenta essent millia hominum, et multi ex illis zelum Dei haberent, unus declaratus est Aaron, quem a Deo assumptum fuisse pontificem, miraculum virgae, quae nuces produxit, multitudini persuasit (*Num. 17. 8*). Plerique vero honorum omnium ignari, vanae gloriae stimulo icti, sacerdotium inter communia et divisa esse opinati, a semetipsis electi, rem illam involant, dignum suae vesaniae finem nacti, dum ipsam synagogae suae terram temeritalis testem faciunt. Dathan enim et Abiron (*Num. 16. 32*) cum sacerdotii dignitatem meretriciis quibusdam oculis concupivissent, cum omnibus sectatoribus suis terra absorpti perierunt, synagogam suam sortiti extemporale sepulcrum. Post hos Oza, superiorum immemor, eadem cupiditate abreptus, rem eam expetivit. Cum enim quadam die arca in plaustro veheretur (*2. Reg. 6. 6*), forte accidit ut qui eam trahebat vitulus, succussam disturbaret. Oza igitur qui sequebatur, manu apprehendit, non passus eam subverti. Ut autem vidit Deus, idque ipsi non placuit, quoniam ex eo temerariis consuetudo oriretur Arcae attractandae: prohibuit, Oza ad mortem usque percusso, docens posteros a simili temeritate desistere. Ac tandem longo interjecto tempore, post Christi adventum, Simon Magus de pago Getthon, adversorum veritati dogmatum artifex, vafer ille in improbitate, superiorum pernas veritus, arte tractat aelus: ne similia si sevisset, paria materet. Igitur ovina pelle lupum tegens, blande ad apostolos accedit (*Act. 8*), cum aureis nummis, ut ne rapere videretur quod pessime studebat emere: ea dicens quae et ipsum et omnes qui eum imitantur,

loqui decet. Accipite, inquit, pecuniam istam, et date mihi potestatem vestræ dignitatis, ut cui manus imposuero, accipiat Spiritum sanctum. Erat porro baptizatus in nomine Jesu. Cui respondit cœtus apologetorum: Apage sis, o homo, gratia Dei vendi se non sinit. Et cum fores his sermonibus pulsare pergeret, denuo dixerunt: Quid emis, quod gratis invenies, si digne vixeris? Ut autem vite labores et mentis suæ sequitiam atque incertum rei eventum consideravit, rursus e sacculo aurum protulit, hac illecebra Servatoris discipulos inescaturum se putans. Ad hæc indignatus ille qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum, per os Petri loquutus est dicens: *Pecuniam tuam tecum sit in perditionem, quoniam dominum Dei existimasti pecunia possideri (Act. 8. 20)*. Cui imposuit pœnitentiæ remedium, præparans eum in patientia. Age, inquit (*Ibid. 22 et 23*), *pœnitentiam, si tibi dimittatur cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et vinculo iniquitatis video esse te*. Non enim vult interitum peccatoris amator animarum Deus (*Ezech. 18. 32*). Demonstratis pro virili iis omnibus quæ dixeram, o magui nominis Theodore, et mysteriorum veritatis minister, audi jam quæ a nobis scire præoptabas. DIAC. Unde ad nos nunc adventis? ERISC. Ab Oriente scilicet: nunc enim primum Romam video. DIAC. Quenam te maxime causa adduxit? ERISC. Unicus pacis vestræ amor. DIAC. Aliane igitur a vestra est? EP. Non alia quidem, sed plane eadem, quam e Carlo Servator dedit, dicens apostolis: *Pacem meam do vobis (Joan. 14. 27)*. Ad firmiter autem gratiæ confirmationem iterum dixit: *Pacem meam relinquo vobis*: hoc quidem verbum do ad se referens; illud autem relinquo ad Spiritum sanctum, ut in Spiritu per Christum cognitionem Patris gentibus revelarent. Verum sicuti in resolutis membris animæ operationes ad saniores membrorum partes recurrunt: ita patitur infelix Orientis Ecclesia. Resolutis enim ejus membris, neque ob pulsam concordiam munia sua exsequi valentibus, plerique de expeditis et ejus desiderio accensis, exsules a patria erramus, qui sine periculo et tranquille alumnarum nostram incolere non possimus ob anorem veritatis, si quo modo paucos, qui adhuc supersunt, vitæ dies secundum Evangelium apud vos vivamus. DIAC. Ad nos, venerabilis Pater, a divina providentia, ut video, missus es: dolorem enim tuum nostris anxietatibus consentaneum invenio. Credo autem te esse ex Joannis Constantinopolitani consortio. EPISC. Sic est, ut dixisti. DIAC. Rogo ut Deo teste narres nobis vere ea quæ singillatim scire avide cupimus; de isto certus, quod si quid præter veritatem nobis nuntiaveris, Deum habebis quæsitorem et judicem; argueris quoque a nobis qui aliter acceperimus: non enim unus aut alter, aut tres, aut decem, aut cujuscumque generis homines ea quæ Constantinopoli contingere, nobis denarrarunt, sed plures, et ex illis alii episcopi, alii presbyteri atque ex ordine monachorum. Quod si nosse vis quæ ad Ecclesiam Romanam pervenerunt, breviter exponam. Primum omnium ad nos venit Alexan-

drinus lector cum Theophili Papæ litteris, in quibus referebat se deposuisse Joannem. Quibus lectis, beatus papa Innocentius parum absuit, quin temeritatem Theophili atque superbiam condemnans exhorresceret, quod et solus scripsisset, nec claram ejus rei notitiam misisset, aut cur, aut quibus assumptis sociis Joannem deposuisset. Ad hæc dubius animi manebat, rescribere nolens ob rei gestæ levitatem. Interea Eusebius quidam Constantinopolitanæ Ecclesiæ diaconus, qui tunc Romæ erat ecclesiasticarum rerum causa, adiit papam Innocentium, et supplices libellos dedit, adjurans eum ut modicum temporis expectaret: fore enim ut brevi factionem patefactam videret. Interim post triduum advenerunt quatuor episcopi e partibus Joannis, viri religiosi, Pansophius Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ secundæ, Eugenius Phrygiæ, qui tres epistolas reddiderunt, unam quidem Joannis episcopi, alteram quadraginta episcoporum de communionem Joannis, tertiam vero eber Joannis: omnes inter se consentientes, et imperitorum quorundam tumultum significantes. Erat autem Joannis epistolæ talis contextus:

CAP. II.—*Domino meo venerabili et sanctissimo Episcopo INNOCENTIO JOANNES in Domino salutem.*

«Etiam anteliteras nostras opinor pietatem vestram audivisse, quid hic ausa sit iniquitas. Malorum enim magnitudo nullam fere orbis partem reliquit, quæ hanc acerbam tragœdiam non audierit; sed gestorum fama usque ad fines terræ perlata, plurima ubique lamenta et ejulatus commovit. Verum quoniam non solum plangere decet, sed et emendare, et videre quomodo gravissima illa Ecclesiæ tempestas sedetur, necessarium esse duximus, dominos meos admodum venerabiles et religiosissimos episcopos Demetrium, Pansophium, Pappum et Eugenium hortari, ut Ecclesias suas relinquerent, et tanto se pelago committerent, et longam obirent peregrinationem, et ad vestram caritatem recurrerent, atque omnibus clare expositis promptissimum remedium compararent. Cum quibus honoratissimos dilectos diaconos Paulum et Cyriacum misimus. Et illi quidem, ut in forma epistolæ, quæ hic gesta sunt vestram caritatem docebant. Theophilus enim Alexandriæ Ecclesiæ antistes, cum a quibusdam apud piissimum Imperatorem insimularetur, jussus solus venire, collecta multitudine Ægyptiorum non paucorum adventit: eo velut præludio declarare volens, se ad bellum et prælium venire. Deinde magnam et Dei amantem Constantini urbem ingressus, ecclesiam non adiit juxta morem hactenus observatum, neque nobiscum congressus est, nec participes nos sermonis fecit, non precum, non communionis; sed egressus e navi, et vestibulum ecclesiæ prætergressus, alicubi extra urbem diversatus est: et cum multum hortaremur, ut ipse et ii qui cum eo venerant, apud nos diversarentur (erant enim omnia parata, et diversoria et cætera necessaria), neque illi neque ipse acquievit. Hæc ut vidimus, in maxima etiam anxietate, qui ne causam quidem in-

δοτε μοι την εξουσιαν της υμετερας αξιας, ινα ψ
 λαν επιθω τας χειρας, λαμβανη Πνευμα αγιον.
 Ήν δε βεβακτισμένος εις το ονομα Ίησου. Ή προσ-
 αποκρινεται ο χορδς των αποστόλων· "Απαγε, αν-
 θρωπε· χάρις Θεου πιπράσκεισθαί ούκ ανέχεται. Ως δε
 επέμνε κρούων την θύραν τούς λόγους, εφησαν εκ
 δευτέρου· Τί αγοράζεις δ δωρεάν ευρίσκεις, βιώσας
 αξίως; Ως δε ένενδει του βίου τούς πόνους, και την
 δκνον της έαυτου διανοίας, και το του πράγματος
 άδηλον, πάλιν εγύμου το χρυσόν του βαλαντίου,
 δελεάζειν ολόμεινος έν άπάτη τούς μαθητάς του Σω-
 τήρος. Άγανακτήσας πρδς τούτους ο δρασσόμεινος
 τούς σοφούς έν τη πανουργία αύτων, εφθέγγετο διά
 του Πέτρου λέγων· Τό άργύριόν σου σύν σοι ειη
 εις άπόλειαν, δει την δωρεάν του Θεου ένόμισας
 διά χρημάτων κεύσθαι. Ή περιέθηκε της μετανοίας
 του φάρμακον, άλειφωσ αύτον έν μακροθυμία, Μετα-
 νόησον, λέγων, ει άρα άφθεήσεται σοι η επίνοια
 της καρδιας σου. Εις γάρ χολήν πικρίας και
 σύνδεσμων άδικιας όρω σε όντα. Ού γάρ βούλεται
 των πλημμελούντων την άπόλειαν φιλόψυχος ών ο
 Θεός. "Αποδειγμένωσ ούν κατά δύναμιν των προει-
 ρημένων, Θεόδωρε μεγαλώνυμε, και μυστηρίων τη;
 άληθείας διάκονε, πυθού παρ' ήμώσ περι ών προσί-
 λου μαθειν. Ο ΔΙΑΚ. Πόθεν σε νύν παραγενόμεινον
 εχομεν τέως; Ο ΕΠΙΣΚ. Από της Ανατολής δηλον-
 ότι· έν πρώτους γάρ νύν την Ρώμην θετέαμαι. Ο
 ΔΙΑΚ. Τί σε μάστιχα ήγαγεν; Ο ΕΠΙΣΚ. Ο της
 υμετερας ειρήνης πόθος. Ο ΔΙΑΚ. Άλλη γάρ τις
 έστι παρά την υμετέραν; Ο ΕΠΙΣΚ. Ούκ έστι μιν
 άλλη, αλλά και πάνυ γε μια, ήν εκ των ουρανών δέ-
 δωκεν ο Σωτήρ ειρηκώς τοις αποστόλοι· Ειρήνην
 την έμην δίδωμι υμίν. Ή έπερ δε βεβαίως χάριτος
 έδεντέρωσεν· Ειρήνην την έμην άφίημι υμίν, το
 μιν ούν, Δίδωμι, τάξας εφ' έαυτού, το δε, Αφίημι,
 έπι του Πνεύματος του άγιου, ίν' έν Πνεύματι διέ
 Χριστού, την του Πατρός αποκαλύψωσι γνώσιν τοις
 έθνεσιν. Άλλ' ώσπερ έπι των παραλυθέντων μελώσ
 αι της ψυχής ένεργείαι έπι τα ύγιεινότερα των με-
 λών ανακάμπτουσι μέρος, τοúτο δε πέπυθε και η
 άθλία Έψα. Παραλυθέντων γάρ αύτης των μελώσ, και
 τας οικείας ένεργείας άποτελειν μη δυναμένων διέ
 την της όμονοίας φυγήν, οι πλείστοι των ευζώνων
 και γλιγομένων αύτης, φυγάδες της χώρας κατέστη-
 μένωσ, ακινδύτως και άπαράγμους οικειν την θρεψα-
 μένην ού δυναμένοι διά την σχέσην της άληθείας, ει-
 πως ύμιας εύρόντες, τας όλίγας ταύτας ήμέρας τας
 λειπομένας τώ βίω κατά το Ευαγγέλιον ζήσωμεν. Ο
 ΔΙΑΚ. Ως έοικε, θαυμάσει Πάτερ, ύπο της Προνοιας
 ήμιν άπεστάλης· συνάδουσαν γάρ εύρίσκει τας ήμε-
 τέρας άνίτας την σην άληγησ. Οίμαι γάρ σε της
 συνόδου είναι Ίωάννου του επισκόπου Κωνσταντινου-
 πόλεως. Ο ΕΠΙΣΚ. Ούτως έχει ως ειρηκας. Ο ΔΙΑΚ.
 Παρακέκλησο τοίνυν, έπι Θεού μάρτυρος, μετά πά-
 σης άληθείας ήμιν διεγηγασσαι περι ών κατά μέρος
 μαθειν έπειγόμεθα, ως ειδός τοúτο, ότι ει τε παρ'
 την άλήθειαν ήμιν άναγγελήσ, έξεις μιν τόν Θεόν
 διακστήν και κριτήν, έλεγχθήση δε και παρ' ήμίν
 έτέρως μαθόντων· ού γάρ εις η δύο η τρεις η δέκα
 η οι τυχόντες ήμιν άφηγήσαντο περι των έν Κων-
 σταντινουπόλει συμβάντων, αλλά και πλείους, και
 τούτων οι μιν έπισκοποι και πρεσβύτεροι και του
 τάγματος των μοναχών. Καί, ει βούλει συντόμως
 μαθειν τά της Έκκλησίας Ρωμαίων, παρέχω σοι
 την γνώσιν. Πρώτος πάντων παραγέγονε πρδς ήμιας

αναγνώστης Άλεξανδρέυς μετά των γραμμάτων Θεο-
 φιλου του πάπα, έν οίς προσανέφερε καθηρηκέναι
 τον Ίωάννην. Οίς γράμμασιν έντυχών ο μακάριος
 πάπας Ίννοκέντιος μικρην άνετράπη, προπετείας και
 τύφου καταγούσ Θεοφιλου, ότι και μόνος γεγρά-
 φηκε, και σαφή την γνώσιν ούκ έπεμψεν, η δι' ο καθ-
 ειλεν, η μετά τίνων καθειλεν. Έπι τούτοις διαπο-
 ρών έμεινε, άντιγράφειν ού θέλων, διά το κόψον
 του πράγματος. Έν οίς Ευσέτιδς τις διάκονος της
 Κωνσταντινουπολιτών Έκκλησίας, εκκλησιαστικώσ
 ένεκεν διατρέθων έν τη Ρώμη, προσελθών τώ πάπα
 Ίννοκεντίω, έντευκτικώς λιθέλλους επέδωκε, όρκί-
 ζων αύτον μικρόν άναμείναι χρόνον, όψόμενον της
 συσκευής την άποκάλυψιν. Έν οίς επέστησαν μετά
 τρεις ήμέρας έπισκοποι τέσσαρες του μέρους Ίωάν-
 νου, άνδρες εύλαδεις, Πανσόφιος Ησιδής, Πάππος
 Συρίας, Δημήτριος Γαλατίας δευτέρας, Εύγένιος Φρυ-
 γίας, αναδόντες τρεις επιστολάς, μίαν πρδς τας δυσί,
 την μιν Ίωάννου του επισκόπου, την δε τεσσαρά-
 κοντα επισκόπων έτέρων κοινωρικώσ Ίωάννου, την
 δε λοιπήν του κλήρου Ίωάννου, συμφώνους τας τρεις·
 άπαιδεύτων θόρυβον σημαινούσας. Είχε δε το ύφος
 της επιστολής του επισκόπου Ίωάννου·

ΚΕΦ. Β'. — *ε τώ δεσπότῃ μου υδιστόμῳ και όσιω-
 τάτῳ επισκόπῳ Ίννοκεντίῳ Ίωάννης έν Κυρίῳ
 χαιρειν* α

ε Καί πρδ των γραμμάτων οίμαι των ήμετέρων
 άκηκόεσαι την εύλαδειαν ύμών την παρνομίαν την
 ένταύθα τολμηθείσαν. Το γάρ μέγεθος των δεινών
 ούδδ έν μέρος της οικουμένης άφηκεν άνήκον είναι
 της χαλεπής ταύτης τραγηδίας, αλλά και πρδς αύ-
 τας τας της γής έσοχιατάς φέρουσα η φήμη τα γε-
 γεννημένα, πολύν πανταχού θρήνον, και όλοφύρον
 ειργάσατο. Άλλ' έπιείθη ού θρηνην δει ταύτα μόνον,
 αλλά και διορθούσ, και σκοπείν άπως αν ο χαλεπό-
 τatos ούτος σταίη χειμών της Έκκλησίας, αναγκαίον
 είναι ένομίζαμεν τοις κυρίους μου τιμιωτάτους και
 εύλαθεστάτους έπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον,
 Πάππον, Εύγένιον πείσαι, τας έαυτών Έκκλησίας
 άφείναι, και πελάγους κατατολμήσαι τοσούτου, και
 μακράν άποδημίαν στείλασθαι, και πρδς την υμε-
 τέραν δραμείν άγάπην, και πάντα σαφώς αναδιδά-
 ξαντας, ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι την διορ-
 θωσιν. Οίς και τούς τιμιωτάτους άγαπητούς διακώ-
 νους Παύλον και Κυριακόν συνεπέμψαμεν. Καί ού-
 τοι δε, ως έν ειδει επιστολής, έν βραχεί διδάξουσιν
 ύμών την άγάπην τά γεγεννημένα. Ο γάρ της Έκ-
 κλησίας της Άλεξανδρείας την προεδρίαν έγχειρι-
 σθεις Θεόφιλος, έντυχάντων τινών τώ εύσεθεστάτῳ
 βασιλεί κατ' αύτού, κελευσθεις άφικέσθαι μόνος,
 συναγαγών μεθ' έαυτού πλήθος Αιγυπτίων ούκ έλί-
 γον παραγίνεσαι, καθάπερ εκ προοιμίωσ δειξαί βου-
 λόμενος, ότι εις πόλεμον και παράταξιν άρικνείται.
 Είτα της μεγάλης και θεοφιλους Κωνσταντινουπόλεως
 έπιβός, ούκ εις εκκλησίαν ήλθε κατά τον άνωθεν
 κρατήσαντα θεσμόν, ούχ ήμιν συνεγένετο, ού λόγων
 μετέδωκεν, ούκ εύχίης, ού κοινωνίας, άλλ' άποβός
 του πλοίου, και τή πρόθυρα της εκκλησίας παραδρα-
 μών, έξω που της πόλεως άπελθών ηλίξετο· και
 πολλά παρακαλεσάντων ήμώσ και αύτον και τούς
 μετ' αύτού παραγενομένους· παρ' ήμιν καταθήναι
 (και γάρ πάντα ηυτέρεπιστο, και καταγωγή και όσα
 ειχός ήν), ούτε εκείνοι, ούτε αύτδς ήνώγατο. Ταύτα
 όρώντες ήμεις, έν άπορία ήμεν πολλή, μηδδ την αι

α Exstat etiam inter Epist. S. Joan. Chrysostomi, t. III.

εἶναι θυμώμενοι τῆς ἀδικίας ταύτης ἀπεχθέας εὐρεῖν· ἀλλ' ὅμως τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιληροῦμεν, ἐὸ πρόπον ἡμῖν αὐτοῖς ποιοῦντες, καὶ συνεχῶς αὐτὸν παρακαλοῦντες συγγενέσθαι ἡμῖν, καὶ εἰπεῖν τίως ἔνακεν τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἀνεβρίπισε πόλεμον, καὶ τηλικαύτην ἔσχανδάλισε πόλιν. Ὡς δὲ οὐδὲ οὕτως ἐβούλετο λέγειν τὴν αἰτίαν, οἱ τε κατηγοροῦντες αὐτοῦ ἐπέμεινω, καλίστας ἡμᾶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἐκέλευσε πέραν, ἔνθα διέτριβεν, ἀπιέναι, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀκούειν ὑποθέσεως. Καὶ γὰρ ἔφερον καὶ σφαγὰς καὶ ἕτερα ἑνεκίανον μυρία. Ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τοὺς νόμους τῶν πατέρων, καὶ τὸν ἄνδρα αἰδοῦμενοι καὶ τιμῶντες, καὶ αὐτοῦ τε τὰ γράμματα ἔχοντες, μὴ δεῖν ὑπερορίας ἔλκεσθαι τὰς δίκας, ἀλλ' ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπαρχίαις τὰ τῶν ἐπαρχιῶν γυμνάζεσθαι, οὐ κατεβέβημεθα δικάσαι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς παρηρησάμεθα τῆς σφοδρότητος. Ὁ δὲ, ὡς περ τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζόμενος, τὸν ἀργυριάκωνον καλίστας τὸν ἐμὸν ἐξ αὐθεντίας πολλῆς, ὡς περ χρυσασίας ἤδη τῆς Ἐκκλησίας καὶ οὐκ ἔχουσης ἐπίσκοπον, δι' ἐκείνου τὸν κλῆρον πάντα πρὸς ἑαυτὸν μετέστησεν. Καὶ ἀνάστατοι αἱ Ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἐκάστῃ κληρικῶν, καὶ παρασκευαζόμενων λιθέλλους δοδῶναι καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων. Καὶ ταῦτα ποιήσας, ἔπαμπε καὶ ἐκάλεε εἰς δικαστήριον ἡμᾶς, οὐδέπω τὰς καθ' ἑαυτὸν ἀποδυσάμενος αἰτίας· ὁ μάλιστα καὶ παρὰ κανόνας καὶ παρὰ πάντας νόμους ἦν. Ἀλλ' ἡμεῖς συνειδότες, ὅτι οὐ πρὸς δικαστὴν ἀφικνούμεθα (ἦ γὰρ μυριάκις ἂν παρεγενόμεθα), ἀλλὰ πρὸς ἔχθρον καὶ πολέμιον, καθάπερ τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἀπεστάλακαμεν πρὸς αὐτὸν ἐπισκόπους, τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Ἀπαμείας Εὐλύσιον, τὸν Ἀπταριῆς Λουπικιανόν· πρῶστύτερος δὲ Γερμανὸν καὶ Ξυθρον, μετὰ τῆς προσήκουσας ἡμῖν ἐπειθείας ἀποκρινόμενοι, καὶ λέγοντες, μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, ἀλλ' ἔχθρον καὶ πολέμιον φανερόν. Ὁ γὰρ λιθέλλους μηδέπω δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀπορρήξας ἑαυτὸν Ἐκκλησίας καὶ κοινωνίας καὶ εὐχῆς, καὶ κατηγοροῦς ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεριστάς, καὶ Ἐκκλησίας ἐρημῶν, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναθῆναι, οὐδαμῶθεν αὐτῷ προσήκοντα; Οὐτε γὰρ ἀκόλουθον ἦν τὸν ἐξ Αἰγύπτου εἰς Θράκην δικάζειν, καὶ τὸν ὑπεύθυνον ὄντα αἰτεῖν, καὶ ἔχθρον καὶ πολέμιον. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αἰδεσθεῖς, ἀλλ' ὅπερ ἐβούλετο, πληρῶσαι ἐπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων, ὅτι ἑτοίμοι, καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων, ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ δεῖξαι ὄντας καθαρὸς ἑαυτοῦς, ὡς περ οὖν καὶ ἐσμέν, οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλ' ἀπόντων ἡμῶν, καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ ἀκρόασιν οὐ φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανεράν, καὶ κατηγοροῦς ἐδέξατο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ δεδεμένους ἔλυσε, καὶ αὐτῶν ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀποδυσάμενων, λιθέλλους ἀλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττεν, ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμῶν καὶ κανόνα καὶ ἀκολουθίαν ἦν. καὶ (εἰ γὰρ δεῖ πολλά λέγειν;) οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναττίας καὶ αὐθεντίας ἀπάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλεν· καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν συσσυρομένου, ἐλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυριωσοῦ τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρμένους κατηγορήσιν, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμεν, καὶ διὰ νυκτὸς ἀπέπλεον, ἐπεὶ σύνοδον πρὸς

et amans, increpabat infirmos. Si autem Joannes Baptista tempus non norat, quomodo sæculorum opificem et factorem agnovit, dicens: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi (Joan. 1. 36)*? quomodo Paulus et Petrus, columnæ Ecclesie, tempus ignorabant, qui etiam post mortem volentibus atque pulsantibus aperiunt, et claudunt poenitentiae tempora? quoniam maxime hic cruci affixus est, pedibus obversis, viam in caelum significans; ille capite truncatur ob suam in Christo loquendi libertatem, ne a vero excideret capite. Ne igitur admiseris eos, qui cum quadam increpatione sanctorum loquendi libertatem culpant. Gentilium enim et judicio suo sapientum ista consuetudo est, qui amore hujus vitæ etiam martyrum constantiam irrident. Neque enim vel gladium obtusum, vel otiosam esse loquendi libertatem oportet. Et quemadmodum ab unguento fragrantia separari non potest, sic neque a loquendi libertate benevolentia. Ac si quidem coram famulis, aut amicis, aut suis, reprehensio fieret, coram quibus erubescere molestum est: forte accusandus esset qui libere redargueret, quippe qui tempus et locum ignoraret: Si autem in Ecclesia, velut in macello, proborum encomia sunt, et increpationes negligentium: quid exasperamur adversus increpationes, quæ sine nomine, et utiliter fiunt? alentes crimina, nec obtemperantes ei, qui dixit, *Omne quod in macello venit, manducate, nihil discernentes (1 Cor. 10. 25)*. Quod nisi ita sit, sancti iterum inveniuntur civitates quasdam aut regiones scandalizasse ob increpationes, alias vero laudibus suis subvertisse. Primus sanctus Job Phœnicen quamdam regionem objurgans, quasi Satanam hostem suum in se attrahentem, sic dicit: *Partem autem ei dant gentes Phœnicum (Job 40. 25, in Græco)*. Deinde Moyses et propheta Ægyptum criminantur, fornacem ferream appellantes et tenebras, atque Palestinam laudibus extollunt, terramque promissionis vocant: cum Ægyptus inveniatur probo quidem terra promissionis, ignavo autem Palæstina, non solum fornax ferrea, sed et tenebræ exteriores infidelitatis causa: quoniam non loca vituperio, aut laude digna sunt, sed hominum studia. Quid autem necesse mihi est sermonem in longum extendere, et non a brevibus incipere? Numquid Paulus mendaces Cretenses (Tit. 1. 12) appellans, et Galatas insensatos (Gal. 3. 1), et Corinthios inflatos (1 Cor. 5. 2), atque alios aliter, his solis vitia condonavit, quasi ipsis solis reprehensionem adhibens, nonne et omnibus? aut contra cum Romanos fideles (Rom. 1. 6) vocat, et Ephesios mystas (Ephes. 1. 18), quibus et sublimius scribit, et fratrum amantes (1 Thess. 5. 11) Thessalonicenses, his solis laudes adscripsit? Minime sane; sed ut Spiritus sancti plenus, et vituperia et laudes apposuit, ut qui se laude dignum agnovit, majori animi alacritate roboretur. Alius vero vituperia legens, submonitus doleat, et proberi causam abjiciat. Non igitur soli Galatæ insensati, nec Cretenses mendaces, nec Corinthii superbi: ubique enim hæc omnia sunt, cum una sit natura, quæ et peccat et recte agit, et sive hoc sive illud in se sit, voluntate sua. Hoc igitur modo

in Ecclesia libere loquebatur Joannes : immo potius esurientibus partiebatur virtutis cibum , peccatum manifestis reprehensionibus exterminans , et obtemperans Paulo dicenti : *Peccantem coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant* (1. Tim. 5. 20). Porro si qui superbix aut vesanix morbo laborantes, velint etiam voluptates suas cum laudibus offerre, hanc consuetudinem non habent Dei servi. Qui enim indignantur ob vituperatam avaritiam et fornicationem, aut aliam quamvis foodam libidinem , nihil aliud recipia dicunt, quam hujusmodi perniciosum virus debere admittere.

CAP. XIX. — DIAC. Maximam, Pater, habeo gratiam huic ad nos humanissimo adventui tuo : fuit enim nobis utilis et salutaris, atque vitæ monumentum. Cum autem post prolixas laudes Theodorus quicvisset, ex adstantibus aliquis erupit in hanc vocem : Quomodo igitur, inquit, tantis exornatus dotibus, superbus erat? EPISC. An ipse præsens superbum cum deprehendisti, an alius tibi narravit? Ille respondit : Non novi virum, ait; sed audivi a quodam coriario, qui narrabat raro ipsum sui copiam facere, nisi in ecclesia, et moleste ferre diu colloqui cum volentibus. Ille vero specimen est superbix et fastus, fugere congressus volentium. EPISC. Et cujusnam alius erat Joannis sapientiam vituperare, quam coriarii, qui sœtorem officinæ suæ veluti familiarem amplectitur? Si autem fugere turbas, superbix indicium est, erit et Joannes Baptista superbus, secundum sermonem tuum; qui in eremum secedebat : erit et Servator : scriptum enim est, quod *Videns turbas Jesus, ascendit in montem; et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus* (Matth. 5. 1), non autem turbæ. Et rursus : *Videns turbas, recessit seorsum* (Ibid. 8. 18). Quem pro viribus imitans optinuit Joannes, et ipse turbis se subducebat, eisque maxime delectabatur, qui veraciter aliquid discere vellent. DIAC. Bene quidem Scripturæ exemplis persuades. Quid autem ad hoc dices, quod contumeliosus fuisse dicitur, nec solum multitudine fugias, sed vel unum aut duos? EPISC. Bene quidem : etiam unus inutilis et agryta turba est; qualis erat is qui dixit Christo : *Magister, sequar te, quocumque ieris* (Ib. v. 13. et 20). Nonne fugiens turbas Servator, dixit : *Vulpes foveas habent*, et reliqua? Probare autem mihi non potes, Joannem, ex quo baptizatus est, aut jurasse, aut queinquam adjurasse, aut maledixisse, aut mentitum, aut imprecatum esse, aut facietias sustinuisse? DIAC. Ego quidem neque horum quidquam dico, sed contumelias fecisse. EP. Optime, quomodo, qui nihil horum patravit, contumeliam faciebat, linguæ suæ minime parcens? Est enim in re parva, ut in magna, par peccatum. DIAC. Quid ergo est, quæso, quod loquuntur homines? et quando loqui desinent? EP. De singulis igitur audi, et nugis hujusmodi noli amplius sequi : nullam enim umquam veniam impetrabis. Homines, qui recte non vivunt, recta opinari non possunt; semper temere effutientes, et in id insumentes tempus, et maxime nunc, cum nullus contra quidquam hiscere audet. Nam et de Servatore, qui Deus erat, et supra hominem et propheta-

tam quemvis vivebat atque loquebatur ac faciebat, absurda loquebantur, porcorum instar et muscarum hæc de eo coacervantes : illud enim ea tempora requirebant. Alii enim dicebant, *Decipit mundum* (Joan. 7. 12) : alii vero, *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia* (Luc. 11. 15) : alii, *Ecce homo vorax et vini potator* (Matth. 11. 19) : alii, *Samaritanus est et dæmonium habet* (Joan. 8. 48). Et quid me attinget illorum ineptias colligere ac recensere? Adeo ut ipse Servator, ista sciens, dicat apostolis : *Quem me dicunt homines esse Filium hominis* (Matth. 16. 13. et 14)? Cui respondent discipuli, meliores de eo opiniones referentes : *Alii quidem Eliam, alii vero Jeremiam, alii Joannem Baptistam dicunt* : improbissimorum scilicet sermones supprimentes. Quos rursus interrogat, eos ab hominibus segregans (non enim amplius erant mente et cogitatione homines, sed filii Dei : *Dedit enim nobis Verbum potestatem filios Dei fieri* [Joan. 1. 12]) : *Vos autem quem me esse dicitis?* Respondent non omnes, sed solus Petrus, mentes omnium interpretans : *Tu es Christus, Filius Dei vivi*. Cujus responsi rectitudinem probans Servator, pronuntiavit, dicens : *Tu es Petrus, et super hanc petram, hoc est, confessionem hanc, ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævallebunt adversus eam* (Matth. 16. 13. 16. et 18). Ad hanc igitur regulam etiamnum invenies, non in Joanne solum, sed in omnibus et vituperia et laudes. Et sicut per id temporis male loquebantur de Christo atque apostolis Ephesii clamantes : *Hi sunt, qui subverterunt orbem terrarum* (Act. 17. 6), nunc autem cessarunt male loqui, glorificatis ipsis : sic reperies post hanc generationem, Joannem ut martyrem honoratum iri, mortuis iis, qui ejus laudibus adversati sunt : et quicumque suilli aut canini sunt, dicent, *Decipit mundum*, et cætera : quicumque autem discipuli, vere et scienter ipsum perquirunt, dicentes, *Tu es Christus, Filius Dei vivi*. Si autem sub Servatore Christo inter tot millia hominum, duodecim initio inventi suat, qui Christum scienter agnoverint, cum plerique omnes etiamnum delirent : quid de Joanne auxie disquirimus, homine, qui ad Christi salivam non accessit. Quid autem dico, ad salivam? ne ad sinitiam quidem, Omnes enim gentes, ut ait Isaias, *Tamquam stilla situlæ, et ut saliva reputabuntur* (Isai. 40. 15). Quo autem modo dixisti contumeliam eum fecisse, ejusmodi est : primo quidem numquam consueverat cuivis obvio facetus et urbanus esse, multo minus contumeliam facere : si vero quosdam e germanis discipulis suis, aut clericis, aut episcopis, vidisset, propter alicujus rei abstinentiam, aut propter rectum corporeæ alicujus virtutis opus superbi-rire; ipsos objurgans, contrariis nominibus appellabat : veluti aquæ potorem ebriosum, et nihil possidentem habendi plus cupidum, et misericordem furentem nominans. Hæc enim gratiosa est institutionis forma erga veros discipulos, per ea quæ non insunt, ea quæ insunt approbare. Cæterum hoc certum est, temperantem adolescentem pluris æstimabat, quam intemperantem senem, et senem discendi cupidum, quam

πῶς ἐν τῷ αὐτῷ γινόμενῃ οἰκείᾳ προαιρέσει. Τού-
τω τοίνυν τῷ τρόπῳ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπαβρόησάετο
ὁ Ἰωάννης· μᾶλλον δὲ ἐκρεοκόπει τὴν ἀρετὴν τοῖς
πεινῶσιν, ἐξοστρακίζων τὴν ἀμαρτίαν τοῖς φανε-
ροῖς ἐλέγχοις, παυθόμενος τῷ εἰρηκότι· Τὸν ἀμαρ-
τάνοντα ἐνώπιον πάντων ἔλεγε, ἵνα καὶ οἱ λοι-
ποὶ φόβον ἔχουσι. Εἰ δὲ τινες ἐπὶ πλεῖστον ὑπερ-
τρανήνῃ ἀφροσύνῃ νοσοῦντες, βούλονται αὐτῶν καὶ
τὰς ἰδούσας· ἐγκωμιάζεσθαι, ταύτην τὴν συνήθειαν οἱ
τοῦ Θεοῦ δοῦλοι οὐκ ἔχουσι. Οἱ γὰρ ἀγανακτοῦντες
ἐπὶ τῷ ψόγῳ τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς πορνείας καὶ
ἄλλης· τινὲς μαρὰς ἔδοντες, οὐδὲν ἄλλο λέγουσι δυ-
νάμει, ἢ τὸ δεῖν ἀποδέεσθαι ταῦτα δηλητήρια ὄντα.

ΚΕΦ. ΙΘ'. — Ὁ ΔΙΑΚ. Χάρις πλείστη, Πάτερ, τῇ
ἐνδημίᾳ τῆς σῆς φιλαδελφίας· γεγένηται γὰρ ἡμῖν
ὄνησιφόρος καὶ μνημόσυον τῆς ζωῆς. Ἦσυχάσαντος
δὲ μετὰ τοῦ πολλοῦ ἐπαίνου τοῦ Θεοδώρου, τῶν
παρόντων τις ἐβόησε βῆμα, λέγων· Πῶς οὖν τοσοῦ-
τοις προσερχομαι κεκοσμημένως, ὑπερήφανος ἦν;
Ὁ ἘΠΙΣΚ. Αὐτῆς παρὼν ἔγνω αὐτὸν ὑπερήφανον,
ἢ ἄλλος σὺ ἀφ' ἡγήσαστο; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· Οὐκ οἶδα
τὸν ἄνδρα, φησὶν· ἀλλ' ἤκουσα παρὰ τινος βυρσοδέ-
ψου, διηγούμενου ὅτι σπανίως ἦν αὐτῷ συναγαλάσαι
δίεξα τῆς Ἐκκλησίας, στενωχορούμενον τὸ συνδιάγειν
ἐπὶ πολὺ τοῖς βουλομένοις. Τοῦτο δὲ δεῖγμα ὑπερ-
ψίας καὶ τύφου, τὸ φεύγειν τὰς τῶν βουλομένων
συνουσίας. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Καὶ τίνας ἦν ἄλλου ψέζει τὴν
Ἰωάννου φιλοσοφίαν, ἢ βυρσοδέψου τοῦ καὶ τῆς δυσ-
ωδίας τοῦ ἰδίου ἐργαστηρίου σύντροφον οὔσαν ἀπο-
δεχομένου; Εἰ δὲ δεῖγμα ὑπεροφίας τὸ φεύγειν τοὺς
ὄχλους, ἔστα· καὶ ὁ Βασιλεὺς τῆς Ἰωάννης ὑπερόπτης
κατὰ τὸν λόγον τὸν οὖν, ὑποχωρῶν εἰς τὰς ἐρήμους·
ἔπειτα δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἀναγέγραπται γὰρ, ὅτι Ἰδὼν
τοὺς ὄχλους ὁ Ἰησοῦς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καθ-
ίσαντος δὲ αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ, καὶ οὐκ οἱ ὄχλοι. Καὶ πάλιν Ἰδὼν τοὺς
ὄχλους, ἀνεχώρησε κατ' ἰδίαν. Ὁν μιμούμενος
κατὰ δύναμιν ὁ καλὸς Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ὑπεχώρει
τοὺς ὄχλους, συνήδμενος τοῖς κατὰ ἀλήθειαν μαθεῖν
τι βουλομένοις. Ὁ ΔΙΑΚ. Καλῶς μὲν γὰρ ἀπὸ γρα-
φικῶν παραδειγμάτων ψεύδεις· τί δὲ ἔχει; εἰπεῖν, ὅτι
ὄνησιφότης ἦν, καὶ οὐ μόνον τοὺς πολλοὺς ὑπεχώρει,
ἀλλὰ καὶ ἕνα καὶ δύο; Ὁ ἘΠΙΣΚ. Μάλιστα μὲν καὶ
εἰς ἀνωφελεῖς καὶ ἀγύρτης ὄχλους ἔστιν, οἷος ἦν ὁ
εἰπὼν τῷ Ἰησοῦ· Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι
δοῦν ἐν ἀπέρη. Οὐ φυχῶν τὸν ὄχλον ὁ Σωτὴρ εἶπε
τὸ, Ἄλ' ἀλώπεκες, καὶ τὰ ἐξῆς; Οὐκ ἔχεις δὲ με πεί-
σαι, ὅτι ποτὲ Ἰωάννης ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη, ἢ ὤμοσεν,
ἢ ὄρκισεν, ἢ καταλάλησεν, ἢ ἐψεύσατο, ἢ κατηράσα-
το, ἢ εὐτραπέλων ἠνέσχετο; Ὁ ΔΙΑΚ. Οὔτε γὰρ ἐγὼ
λέγω τούτων τι, ἀλλ' ὅτι ὄρκισεν. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ὁ
βέλτεστε, καὶ ὁ τούτων μηδὲν ποιήσας, πῶς ὄρκισεν,
ἀφειδῶν τῆς γλώσσης τῆς ἑαυτοῦ; Ἐν μικρῷ γὰρ
καὶ μεγάλῳ ὁ μολυσμὸς ἴσος ἐστίν. Ὁ ΔΙΑΚ. Τί οὖν
ἐστὶ· παρακαλῶ, ἢ λαλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι· καὶ ποτε
παύσονται τοῦ λαλεῖν; Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ἄκουσον τοίνυν
περὶ πάντων, καὶ μηκέτι ἔπου ταῖς φλυαρίαις· οὐ
γὰρ ἔξεις ἀπολογία οὐδέποτε. Οἱ ἄνθρωποι ὀρθῶς
μὴ βιούντες, ὀρθῶς οὐκ ἔχουσι τὰς ὑπολήψεις, ἀεὶ
εὐκαιολογοῦντες καὶ εἰς τοῦτο σχολάζοντες, μάλιστα
νῦν οὐδένης τελευτήσαντος ἄλλο τι λέγειν. Καὶ ἐπὶ τοῦ
Σωτῆρος γὰρ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων καὶ ὑπὲρ
προφῆτην αὐτοῦ καὶ βιούντος καὶ λαλοῦντος καὶ

δρώντος, ἀλλόκοτα ἐλάλουν, χοίρων δίκαι· ἢ μυῶν
τὰ περὶ αὐτοῦ συναβροίζοντας· τούτο γὰρ ἤθελον οἱ
τότε καιροί. Οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· Πλανῆ τὸν κόσμον·
οἱ δὲ, Ἐν Βεελζεβούλ ἄρχονται τῶν δαιμονίων
ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια· ἕτεροι, Ἰδὼν ἀνθρώπου
φάγος καὶ οὐροπότης· ἄλλοι, Σαμαρείτης ἐστὶ, καὶ
δαιμόνιον ἔχει. Καὶ τί με δεῖ λέγειν συναγαγόντα
τοὺς ὄχλους; Ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα εἰδὸτα τοῦτο
λέγειν τοῖς ἀποστόλοις· Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι
εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Ὡς προσαποκρίνονται
οἱ μαθηταί, τὰς εὐφημοτέρας περὶ αὐτοῦ ὑπολήψεις
διηγούμενοι, Οἱ μὲν ἠλλαν, οἱ δὲ Ἰερεμίαν, ἄλλοι δὲ
Ἰωάννην τὸν Βασιλεῖσθην φησαντες· ἠσυχάσαντες
τῶν ἐπιπλεῖστον φαύλων τοὺς λόγους. Οὐς ἀντεπερω-
τῆ, διαχωρίζων τῶν ἀνθρώπων (οὐκέτι γὰρ ἦσαν
τὴν γνώμην ἄνθρωποι, ἀλλ' υἱοὶ Θεοῦ· Ἔδωκε γὰρ
ἡμῖν ὁ Λόγος ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι)
Ἰμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκρίνονται οὐ πάν-
τες, ἀλλὰ μόνος ὁ Πέτρος, ἐρμηνεύων τὴν πάντων γνώ-
μην· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.
Ἦς ἀποκρίσεως ἀποδεχόμενος τὸ ὄρθην ὁ Σωτὴρ, ἀπ-
εφῆνατο, εἰπὼν· Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτη τῇ
πέτρᾳ, τοῦτέστι, τῇ ὀμολογίᾳ, οἰκοδομήσω μου τὴν
Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾄδου οὐ κατισχύσουσιν
αὐτῆς. Τούτω τοίνυν τῷ χαρακτήρι· εὐρήσεις καὶ
νῦν, οὐ μόνον ἐπὶ Ἰωάννου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων
τοὺς ψόγους καὶ τοὺς ἐπαίνους. Καὶ ὡς περ κατ'
ἐκείνῳ καιροῦ κακῶς ἐλαλεῖτο τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ
καὶ τῶν ἀποστόλων, βούλων Ἐρεσίων· Οὗτοι εἰσὶν
οἱ ἀναστασιώσαντες τῶν οἰκονομῶν· πέπαυται δὲ
νῦν, δοξαζομένων αὐτῶν· οὕτως εὐρήσεις μετὰ τὴν
γενεάν ταύτην, ὡς μάρτυρα τιμώμενον τὸν Ἰωάννην,
καταλυθέντων τῶν ἀντικειμένων ταῖς περὶ αὐτοῦ
εὐφημίαις· καὶ ὅσοι μὲν χοιρώδεις, ἢ κυνώδεις φήσουσι
τὸ, Πλανῆ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐξῆς· ὅσοι δὲ μαθηταί,
γνησίως καὶ ἐπιστημόνως αὐτὸν ἐκζητοῦντες, τὸ, Σὺ
εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Εἰ δὲ
ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐν τοσαύταις μυριάσιν
ἀνδρῶν δώδεκα εὐρηναί· ἐν ἀρχῇ οἱ τὸν Ἰησοῦν γνω-
ρίσαντες, τῶν πολλῶν ἐσέτι καὶ νῦν φιλαρούτων·
τί ἀκριβολογοῦμεθα περὶ Ἰωάννου, ἀνθρώπου πρὸς
τὸν σίελον τοῦ Χριστοῦ μὴ ὄντος; Τί δὲ λέγω, πρὸς
τὸν σίελον; πρὸς τὸ κράσπεδον. Πάντα γὰρ τὰ ἔθνη,
κατὰ τὸν Ἠσαῖαν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς
σίελος λογισθήσονται. Ὁν δὲ τρόπον εἶπας αὐτὸν
ὄβριζειν, τοιοῦτός ἐστιν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀμήχανον
ἦν πρᾶγμα πρὸς τὸν τυχόντα χαριεντίζεσθαι αὐτὸν,
μητι γὰρ δὴ καὶ ὄβρισαι· εἰ δὲ τοῦ τινος τῶν γνησίων
αὐτοῦ μαθητῶν, ἢ κληρικῶν, ἢ ἐπισκόπων, εἶδεν ἐπὶ
ἀποχῆ τινος, ἢ κατορθώματι· σωματικῆς ἀρετῆς
μεγαλοφρονούντας, τὸ ἐναντίον πρὸς αὐτοὺς ἐπισκώ-
πτων ἀπεκάλει, ὡς τὸν ὑδροπότην μέθυσον, καὶ τὸν
ἀκτῆμονα πλεονέκτην, καὶ τὸν ἐλεῖμονα κλέπτην
λέγων. Εἶδος γὰρ χαρίεν καὶ τοῦτο διδασκαλίας πρὸς
τοὺς γνησίους, διὰ τῶν μὴ προσόντων κυρούντος· τὸ
προσόν. Τὸ δὲ ἀληθές, ἐτίμα σώφρονα νέον ὑπὲρ
ἀκόλαστον γέροντα, καὶ γέροντα φιλομαθῆ ὑπὲρ νεύ-

* Cod. Med. ἐξοστειζων. Correxit Bigot.

b Editi κυρούντες.

τρων ἀμαθῆ, καὶ ἀκτῆμονα ἰδιώτην ὑπὲρ πεπαιδευμένον φιλάργυρον, καὶ κοσμικὸν ἐνάρετον ὑπὲρ μοναχὸν ἄπραγον· ἂ ἰσως ὕβρεις λέγουσιν οἱ τὰς τιμὰς ἐπιζητούντες; καίπερ τῆς Γραφῆς καὶ τὰς ὕβρει ποσῶς ἐχούσης, Ἰωάννου μὲν λέγοντος τοὺς προσελθούσι μαθητευσήσαν· *Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑμῖν ὑπέδειξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ἐρηγῆς*; Παύλου δὲ πάλιν λέγοντος ἐν ταῖς Πράξεσι τῷ ἀρχιερεῖ· *Τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός, τοῖχε κενσκιαμένης* τοῦ δὲ Σωτῆρος; πῆ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις· *Γενεὰ ποτηρὰ καὶ μοιχαλῆς σημεῖον ἐπιζητεῖ*· τῆ δὲ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις· *Ὁ ἀνόητος καὶ βραδείς τῆ καρδίᾳ*· πῆ δὲ τὸν Πέτρον Σατανᾶν ὀνομάζων· *Ἔγωγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι σακάνδαλόν μου εἶ*· οὐκ οὕσης οὐδεμιᾶς αἰτίας βαρείας, ἐρ' ἤς γεγόνασιν αἱ ὕβρεις· ὡς γοῦν σιγῇ τὴν φιλομάθειαν ἀσπαζώμεθα, οὐ θυνάμενοι τοὺς πνευματικούς ἀνακρίνειν. Οὕτε γὰρ μισοῦντες ὕβριζοῦσιν, οὕτε φουσιούμενοι φιλερημοῦσι, πάντα ἐξ ἀγάπης τὰ χρήσιμα ἀσχοῦντες. Τούτου τοίνυν ἕνεκα καὶ πάντες ὅσοι σπουδαῖοι ἡμῖν ἀνεγράφησαν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, ἐκκλίνοντες καὶ ἐκτρεπόμενοι τὸν τῶν ἀπειθεῶν ὄμιλον εὐρηγῆται, τοῦ μὴ τῷ χρόνῳ διὰ τῆς συνηθείας ἡ μειωσάτι τι τῆς ἀρετῆς, ἢ σπῆσαι τῆς ἀπ' αὐτῶν κακίας. Σάρρα πρώτη παρήγει τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἀβραάμ τὸν τῆς θεραπευτικῆς παιδα, ἔτι κομιδῆ νέον ὄντα, ἐξορῶν τῆς κοινῆς ἐστίας· συμπαίζειν γὰρ τῷ υἱῷ αὐτῆς Ἰσακ ἀπαξιοῖ, μὴ πως, τῷ συνασμενισμῷ ὑποσπῆ τοῖς αὐτοῦ ἐπιτηδεύμασι τε καὶ ἤθεσι. Καὶ Ἰακώβ δὲ αὐτὸς φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται, τὴν εἰς Μεσοποταμίαν στειδάμενος; ἀποδημίαν. Καὶ Λῶτ δὲ προτρέπεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ἐξοικίζεσθαι τῶν δυσσασθῶν Σοδομιτῶν· ἀλλὰ καὶ Μωυσῆς, ὡς προεῖπον, μέγας γενόμενος, καὶ ἀρνησάμενος λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραῶ, τῆς ἀπὸ τοῦ τυράννου καὶ τῶν δορυφόρων αὐτοῦ προνοεῖται διαζεύξεως, καὶ προτρέπεται τοὺς συμφρονούντας αὐτῷ συναπαρᾶν, καὶ τῆς ἐξόδου ἐπιμελεῖσθαι. Καὶ οἱ προφηταὶ δὲ τὸν τῶν μοχθηρῶν ὄμιλον περιεστᾶμενοι, ἐν ἐρημίαις τὰ πολλὰ ἐζητήθησαν· ὅτι ἐπὶ οὐ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν· *Ἐν ἐρημίαις καὶ ἔρησι καὶ σπηλαίοις κλινομένοι καὶ τὴν ὁπαιὶς τῆς γῆς, διὰ τὴν τῶν ἀνόμων ἐπιμιξίαν καὶ ἄλλως ἐπιστάμενοι, ὅτι Ἰκανὸν ἢ συνηθεία ἐξασπατῆσαι, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καθέλκειν τοὺς συνημερεύοντας· οὐ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ ὀμιλία ἐπιφόρος τε καὶ δηλητήριος, πρὸς δὲ καὶ αἰσχρὰ. Οὐ γὰρ φύσιν ἔχει τὸ μὴ ἡδόμενον ἐπιτιμῆ ὑπηρεῖναι, κἂν ἂ ἐπὶ βραχὺ τούτῳ συνδιατρίβειν· αἶε γὰρ τὸ ὁμοῖον τῷ ὁμοίῳ φίλον, ὡς καὶ λέγεται· Πῦρ ζῶν τὸ ἔμοιον ἀγαπᾷ· τὸ δὲ ἀνόμιον ἐχθρὸν καὶ ἀλλότριον. Τίς γὰρ ποτε πείσει τὴν σπερμολόγον περιεστέρην ἢ τρωγὸνα ἰκτίσιν ἢ κόραξι συννεμηθῆναι τοῖς κρεοφάγοις, ἢ τὸν πομφάγον χῆνα καὶ γέρανον γυψίν ὀστογλύφοις συναγελάσαι; Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ ἀρετῇ πρὸς κακίαν, κακοῖς δὲ πρὸς καλοῦς; Ὁ ΔΙΑΚ. Πῶς οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγει, ὅτι Ἐγενόμην τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ἀσθεράσι ὡς ἀσθερῆς, ἵνα ἀσθερεῖς κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις ὡς ἀνομῆς, ἵνα ἀνόμους κερδήσω; Ὁ ἘΠΙΣΚ. Αὕτη ἡ μαρτυρία, ὦ βέλτιστε,*

οὐ συντελεῖ πρὸς τὰ λεγόμενα· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Παῦλος, Ἐγενόμην τοῖς ἀμείλις ἀμείλις, ἢ τοῖς φιλαργοῖς φιλάργος, ἢ τοῖς φιλάργυροις φιλάργυρος, ἢ τὸν τῶν τοιούτων· ἀλλ', Ἐγενόμην ὡς τὸ ἢ τὸ, οὐχὶ τὸ· τὸ γὰρ ὡς τὸ, οὐ ταῦτόν ἐστι τῷ τῷ. Τοιούτον δὲ ἐστὶ τὸ λεγόμενον ἢ γινόμενον παρὰ τοῦ Ἀποστόλου· οὐ ἢ συγκατάβασις κἂν μὴ μέγα κέρδος ἐνεποιεῖ, ἀλλ' οὖν γε οὐ παρεῖχε βλάβην· Ἐγενόμην γὰρ Ἰουδαίους ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω. Καίπερ ἐξ Ἰουδαίων ἦν, ἐμπερίτομος ὢν· πᾶσι οὖν λέγει, ὡς Ἰουδαῖος, καὶ οὐχὶ, Ἰουδαῖος; Συσταθδατίζων γὰρ καὶ συνηστέων πολλὰκις εὐρίσκειτο, μὴ παραφθεῖρων τὰ δόγματα τοῦ Σωτῆρος, ἵνα τῇ συνηθείᾳ καὶ τῷ συμβαδισμῷ ἐφεκλύσθηται αὐτοὺς εἰς τελειότεραν ἐπίγνωσιν· καθάπερ οἱ ἱατροὶ τοῖς νοσοῦσιν οὐκ αἰεὶ συνόντες, οὕτε τοῦ αὐτοῦ νοσήματος ἀπολαύοντες, οὕτε ταῖς αὐταῖς ἐπιθυμίαις λυττώοντες. Πρέπουσα γὰρ αὕτη διδασκαλίᾳ διαγωγῇ τὸ μὴ ἐγχερονίζεῖν τοῖς ὄμοις, ἀλλ' ἡμεροῦντα καὶ ἐξερυνῶντα ζητεῖν τῶν πολυτρόπων ἡθῶν τὴν διάγνωσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῷ βίῳ ἐπιστημῶνων λατρῶν. Ἐκείνοι γὰρ τὰ πολλὰ τοῖς βιβλίοις ἐνδιατρίβοντες, καὶ τὰ αἰτία τῶν νοσημάτων προλέγουσι, καὶ τὰς λύσεις παραδίδουσι, τοσοῦτον πλησιάζοντες τοῖς νοσοῦσιν, ὅσον τὸ πάθος εὐρεῖν, καὶ τὸ φάρμακον παρασχεῖν, οὐ συμπαίζοντες οὐδὲ συναριστοῦντες αὐτοῖς. Οὐ γὰρ τοῦτο ἱατρικῆς ἐστὶν ἀρετῆς τὸ ἐπάγγελμα, τὸ συνεσθῆναι ἢ τὸ συμπαίζειν, ἀλλὰ τὸ εἰς ὑγείαν τὸν κάμνοντα ἐπανάγειν. Παῦσαι τοίνυν, παρακλῶ, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν μὴ βασάνιζε, τῆς ἀρετῆς οὐδέποτε νικωμένης τοῖς τῶν ἀθυροστόμων ψόγοις· ἀλλὰ μᾶλλον δέξαι μου γῶμην, καὶ τοῖς ὡς σου θυρορὸν προσκατάστῃσον, ἵνα μὴ ἅπαντα λόγον σημαίνωσιν, καὶ ἔσω ταμεῖου εἰσδέχωνται τὸν νοῦν σου τράσσοντα. Ἐμοὶ δὲ συγχώρησον τὰ λείποντα προσαναπληρῶσαι τοῦ διηγήματος· ἐπειγομαι γὰρ τὴν ὁδόν μου. Καὶ ὁ Θεόδωρος εἶπεν· Ἐν κρίσει οἱ ἐπίσκοποι, οἱ μετὰ τῶν ἡμετέρων ἀποσταλέντες, Εὐλύσιος καὶ Παλλάδιος καὶ Κυριακὸς καὶ Δημήτριος; ἀμυδρῶς γὰρ ἤκουσαμεν, ὅτι ἐξωρίσθησαν. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Εἰ τὰ πρῶτά σοι παρ' ἡμῶν σαφῆ κατεφάνη τὰ περὶ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου, οὐδὲν ὑποτυπῶντα ψεῦδος, καὶ εἰ μέμνησαι τούτων, διηγήσομαι, καὶ περὶ ἔν πυθόνην.

ΚΕΦ. Κ'.—Ὁ ΔΙΑΚ. Οὕτω πεπληροφορημένως ἔχω, ὡς αὐτὸς παρών ἐν τοῖς τόποις. Ἰκανὸν ἔστω δὲ σοι τεκμήριον τῆς ἐμῆς πεισμονῆς ἢ προσοχῆ τῶν λεχθέντων, ὧν ἐναυλον ἔχω τὴν μνήμην, ἴσως καὶ γραφῇ παραδώσω ἐν δέρματι ἀκμαίῳ, μέλανι ἐγγαράζας, εἰς μνήμην τῆς ἡμῶν γενεᾶς καὶ ὠφέλειαν τῶν ἐπισκοπῆς ὀρεγομένων, ἵνα γένωνται κατὰ τὸν ἄγιον Ἰωάννην, ἢ κατ' ὁμᾶς τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τῶν μαρτύρων ἐξηλωκότας, ἢ παύσονται τοῦ βάρους ὑπὲρ τὴν αὐτῶν ἡλικίαν βασταάζειν, τὸν λαῖκον καὶ ἀκίνδυνον ἀσπαζόμενοι βίον. Ἀμεινον γὰρ παρ' ἐμπερίτοις κυβερνήταις τὸ ναῦλον δόντας, ἐπιβάτας γενομένους διασπῆναι, ἢ κυβερνήτου τόπον ἀναλαβόντας, ὑποθρόχιον τὸ σκάφος τῷ φορτίῳ συναπολέσαι. Ἀζητησάμενος οὖν τὰ κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην, πῶς τε ἐξήσκησας, καὶ ὅπως διέπρεψεν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, τῇ τε Ἀντιοχείῳ καὶ τῇ Κωνσταν-

^a Ἐξῆσαν marg. Bigot. recte.

^b Forte legendum ἢ κἂν.

adoleſcentem indoctum, et idiotam nihil poſſidentem, quam doctum pecuniæ avidum, atque ſæcularem virtute præditum, quam monacham inertem ac otioſum. Quæ forte contumelias vocant qui honores ſectantur: et quidem, cum Scriptura contumelias aliquatenus habeat, Joſeph quidem dicente iis, qui ad ſe accedebant, ut docerentur. *Genimina viperarum, quiſ vobis oſtendit fugere a ventura ira (Luc. 3. 7)?* et Paulo rursus in Actis Apoſtolorum dicente pontifici: *Percutiet te Deus, paries dealbate (Act. 23. 3)*: et dicente alicubi Servatore Judæis: *Generatio prava et adultera ſignum quærit (Matth. 12. 39)*: et alibi cunctis apoſtolis: *O ſtulti et tardi corde (Luc. 24. 25)*: et alibi Petrum Satanam nominante: *Vade poſt me, Satana, quoniam ſcandalum mihi es (Matth. 16. 23)*: cum nulla gravis cauſa eſſet, ob quam hæ contumeliæ fierent. Itaque cum ſilentio diſcendi deſiderium amplectamur, qui non poſſumus ſpiritalia dijudicare. Neque enim odio habentes contumelias faciunt, neque inflati ſolitudinem ſectantur, omnia utilia ex caritate facientes. Hujus igitur rei gratia etiam ii, qui in ſacris Scripturis probi et ſtudioſi nobis reſati ſunt, indoctorum congreſſum fugiſſe et declinaſſe inveniuntur, ne lapſu temporis ob eam conſuetudinem aut aliquid virtutis perderent, aut quidpiam eorum improbitatis in ſe attraherent. Sarra prior precatur virum ſuum Abrahamum, ut filium ancillæ adhuc adoleſcentulum communi lare arceret: indignum enim putabat, qui cum filio ſuo Iſaaco luderet, ne forte mutis oblectamentis in ejus mores ac ſtudia attraheretur. Jacob vero et ipſe fuga ſalutem quaerit, in Meſopotamiam peregrinationem ſuſcipiens. Et Lot ab angelis ſuadet demigrare ab impiis Sodomitis. Sed et Moyses, ut prius dixi, magnus qui fuit, et filius filie Pharaonis dici recuſavit, monetur, ut ſecedat a tyranno ejusque ſatellitibus, et excitatur, ut ſibi conſentientes ſecum abducat, et de exitu cogitet. Imo etiam propheta improborum multitudinem evitantes, in deſertis locis sæpius vixerunt, de quibus Apoſtolus ait: *In ſolitudinibus errantes, in montibus et speluncis, atque in cavernis terræ (Heb. 11, 38)*, ob impiorum ſcilicet commixtionem: alioquin ſcientes, quam facile poſſit conſuetudo fallere, et ſimul converſantes in eadem pertrahere. Neque id modo; verum quia ipſe per ſe congreſſus vituperabilis eſt atque exitioſus, præterea autem et turpis. Non enim a natura habet, id quod non oblectat, ſuſtinere, imo ne vel modicum illi immorari: nam ſimile ſimili ſemper carum eſt, ut dicitur: *Omne animal ſimile diligat (Eccli. 13. 19)*; diſſimili autem inimicum eſt, atque alienum. Quis enim umquam inducet columbam, quæ grana legit, aut turturem, paſci cum milvis aut corvis carnivoris, aut herbivorum anserem et grucem cum vulturibus oſſium voracibus congregari? Quæ enim ſocietas luci ad tenebras, aut virtuti ad vitium, et probis ad improbos? **DIAC.** Quomodo igitur Apoſtolus dicit: *Factus ſum omnibus omnia; Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrificerem; infirmis tamquam infirmus, ut lucrificerem infirmos; iis qui ſine lege erant, tamquam ſi ſine lege eſſem, ut lucrificerem*

eos, qui ſine lege erant (1. Cor. 9. 20. 21)? Eæ. Iſtud teſtimonium, o virorum optime, nihil ad ea quæ dicta ſunt, conſert. Non enim Paulus dixit, *Factus ſum negligentibus negligens, aut garrulis garrulus, avaris avarus, aut quid hujusmodi; ſed, Factus ſum tamquam hoc vel illud, non hoc: illud enim, Tamquam hoc, non idem eſt, ac hoc.* Tale autem eſt, quod ab Apoſtolo fit, aut dicitur: cujus condeſcendus, eſt non magnum emolumentum in ſe habebat, nullum ſaltem inferebat detrimentum. *Factus enim ſum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrificerem.* Etenim cum ex Judæis eſſet, circumciſus erat: quomodo igitur dicit, *Tamquam Judæus*, et non, *Judæus*? Una enim ſabbatum celebrans et una jejuniis sæpius inveniebatur, non tamen violans præcepta Servatoris: ut conſuetudine cum eis et comitatu ad perfectiorem cognitionem eos attraheret: ſicut medici faciunt, qui ægris non ſemper adsunt, nec eodem quo ipſi morbo laborant, neque iisdem appetitionibus agitantur. Hoc enim vite inſtitutum magiſtro convenit, tempus cum multitudine non terere, ſed quiete et ſollicite perquirere variam morum atque ingeniorum differentiam, ſicut periti medici faciunt. Nam illi sæpe libris immorantes, morborum cauſas prædicunt, et remedia tradunt, tantum cum ægris verſantes, quantum ſufficit ad inveniendam cauſam morbi, et ad remedium adhibendum, nec cum ipſis ludentes nec prandentes. Hæc enim medicæ virtutis profeſſio non eſt, cum ægris convivari aut ludere, ſed ægrotantem ad ſanitatem reducere. Deſine igitur, quaſo, et de hiſ ne amplius diſquire, cum virtus numquam vincatur oris effrenis hominum vituperiis; ſed potius mihi crede, et auribus tuis oſtiarum præſtitue, ut ne omnia ſermonem admittant, atque intra penetrale ſuſcipiant, qui mentem tuam perturbet. Et mihi permiſſe, ea quæ huic narrationi deſunt adimplere: ſeſtino enim iter meum perſicere. Tunc Theodorus inquit: *Ubinam ſunt epiſcopi, qui cum noſtris miſſi ſunt, Eulysius, Palladius, Cyriacus et Demetrius? obſcure quippe audivimus in exſilium miſſos eſſe. Epiſc.* Si priora illa, quæ a nobis audiſti de beato Joanne, clara et manifeſta tibi ſunt, nihil habentia mendacii, atque ſi eorum meministi, narrabo etiam ea, de quibus me interrogas.

CAP. XX. — DIAC. Ita abunde perſuaſus ſum, tamquam ſi præſens locis ipſis aduiſſem. Sufficiens autem meæ perſuaſionis indicium tibi ſit attentio ad ea quæ dicta ſunt, quorum adhuc auribus inſonantem memoriam habens, forte ſcripto ea mandabo in membra optima atramento deſcripta, ad memoriam hominum ætatis noſtræ, atque utilitatem eorum qui epiſcopatum deſiderant; ut ſint ſecundum beatum Joannem et eos hujus temporis, qui pro veritate martyrum viam emulati ſunt, aut deſinant onus ſupra vires ſuas portare, laicam et periculi expertem vitam amplectentes. Præſtat enim apud peritos gubernatores, dato nauo vectores ſalvos evadere, quam gubernatoris locum ſumentes, navem cum mercibus naufragio perdere. Hiſ igitur de beato Joanne expoſitis, quomodo ſeveriorem vitam exercuerit, et quomodo in Eccleſiâ

refulserit, sive Antiochensi, sive Constantinopolitana, et quomodo promotus fuerit, aut quot insidias passus fuerit, atque omnes inter ea acerbitates, quae ab improbis moleste elaboratae sunt, cum dixeris et quae Porphyrium spectant, et Eunuchum Ephesi episcoporum; et unquam, precor, nobis reliqua: et quoniam iam credere mortui sint, quinam in exilium acti, eorum qui cum Joanne communicabant: justum enim est etiam horum memoriam facere ad excitandam alicuiusmodi pietatem viventium. Si enim in his saecularibus rebus famuli, qui pro dominis in carcerem conjiciuntur, aut verberantur, aut torquentur, benevolentiam libertatemque ab ipsis consequuntur: quanto magis qui propter Christum suppliciis afficiuntur, digni sunt honore ecclesiastico, atque benevolentia? de quibus Apostolus ait: *Vinctis quasi simul vincti* (Heb. 10. 34), atque iis qui vexabantur, quasi vexationis socii, utpote et ipsi in corpore constituti. *Pretiosa enim est in conspectu Domini mors sanctorum ejus* (Psal. 115. 15). Er. Optime dixisti: audi igitur. Episcopi quidem, ut initio fama vulgavit, in mare demersi sunt: ut autem se habet veritas, in exilium longinquum pulsi sunt in barbaras regiones, ibique etiam nunc a servis publicis custodiuntur. Nam cum venisset quidam diaconus, qui simul cum eis iter fecerat, retulit, Cyriacum quidem Emesenum Palmyrae in Persarum castello esse, octoginta milliaribus ultra Emesam: Eulysium similiter, episcopum Bostrae, ulterius itinere trium dierum in castello Arabum, Mis; has dicto, Saracenis adjacente: Palladium episcopum in vicinia Blemmyum aut Aethiopum custodiri, in oppido Syene dicto: Demetrium interius in Oasi, Mazicibus proxima; sunt enim et aliae Oases: Serapionem autem post innumeras absque ulla probatione calumnias, summa cum iudicium crudelitate caesum, ad excussionem usque dentium, ut fama est, in patriam suam relegarunt. Hilarius, vir sanctus et senex, in intinuum Pontum pulsus est, plagis concisus, non a iudice, sed a clero: qui decem et octo abhinc annis panem non gustavit, olera sola et frumentum coctum edens. Antonius in speluncis Palaestinae se ipsum conclusit: Timotheus Maronae, et Joannes Lydiae episcopi, in Macedonia esse dicuntur: Rhodon, episcopus Asiae, Mitylenen profectus est: Gregorius, Lydiae episcopus, in Phrygia esse dicitur: Brisso autem, frater Palladii, Ecclesia sua ultro derelicta, in agello suo degit, terram propriis manibus fodiens. Lampetius vero, ut aiunt, in oppido Lydiae a quodam Eleuthero adjutus, lectionibus vacat: Eugenius in patria est: Elpidius, magnus ille Laodiceae Syriae episcopus, et Pappus, per totum triennium de scala domus suae non descenderunt precationibus vacantes: Heraclidas Ephesius quadriennium jam Nicomediae in carcere inclusus est. Reliqui autem episcopi de communione Joannis, omni spe abjecta, alii quidem communicarunt Attico, et in alias Thraciae Ecclesias translati sunt; alii vero delitescunt. Anatolium aiunt esse in Galliis. Porro presbyterorum alii in Arabiam et Palaestinam amandati sunt: Tigris

in Mesopotamiam relegatus est: Philippus in Ponto exsul mortuus est: Theophilus in Paphlagonia degit: Joannes, Aethrii filius, Caesareae construxit monasterium: Stephanum in Arabiam relegatum, e custodum manibus abstractum, Isauri in Taurum dimiserunt: Sallustium in Creta esse dicunt. Audivi Philippum monachum, et presbyterum Scholarum, in Campania aegrotare. Sophronius diaconus in Thebaidis carcere detinetur: Paulus diaconus, oeconomi adjutor, dicitur in Africa versari: alius Paulus, diaconus Anastasiae, Hierosolymis vivit: Helladius, presbyter Palatii, in agello suo Bithyniae vitam agit. Plures autem Constantinopoli delitescunt: alii in patrias suas abierunt. Silvanus, sanctus episcopus, Troade piscatur, et piscatu vivit: Stephanus monachus, qui Romanorum epistolam detulit, ob id ipsum verberatus, decem menses Constantinopoli in carcere vitam egit. Cum autem ei communio proposita esset, et non acquivisset, lateribus et pectore unguarum violentia laceratis, cujus rei ipse oculatus testis fui, Christi providentia in secunda fortasse certamina servatus, post decimum curationis suae mensem, Pelusium relegatus est. Provincialis quidam miles, ex Scholis Palatinis, accusatus tanquam Joannis fautor, post varii generis plagas et atrocissimas abrasiones Petras exsul missus est. Elpidii vero presbyteri famulus, quinquaginta, ut aiunt, aureis conductus, ut sanctum Joannem dolo interficeret: cum deprehensus esset tres gladios habere, septem ex iis qui ipsum apprehenderant, singillatim percussit: quorum quatuor continuo sepulti sunt, alii autem tres post diuturnam curationem salvi evaserunt, absoluto homicida. Beatus Eutropius, parvus a mulieribus, cantor, verberibus caesus, et lateribus ac fronte usque adeo laceratus, ut et supercilia quoque evulsa sint, facibus postremo ad latera, post ossa nudata, utrimque admotis oleo plenis, in ipso equalco animam exhalavit, mediamque nocte sepultus est a clericis, qui hoc patrarant: cum Deus morti ejus testimonium praebuisset visione psallentium, ob Servatoris passionis conformitatem. Retulit autem diaconus: qui ab episcopis rediit, a Praefecti militibus, qui eos deduxerunt, usque adeo jussu aliquorum vexatos, ut mori optarent et vivere recusarent. Nam pecunias, quas in sumptus itineris sibi sumpserant, penitus abreptas inter se partiti sunt, et in macra jumenta eos injicientes, bidui iter uno die faciebant: multa nocte in diversoria introducentes, et summo mane ante lucem reducentes, ita ut ne miseris quidem escas stomachus retinere posset. Turpilus praeterea et inhonestis verbis eos impetere non parcebant. Palladio etiam famulum abstulerunt, vim ipsi inferentes, ut tabellas deponeret. Demetrium autem unus e deductoribus usque adeo vexavit, ut multa nocte Bizam pervenerit; qui statim gravissimis doloribus toto corpore cruciatus vivendi finem fecit: ita ut cuncti Deum venerantes, agnoscerent eam esse poenam injuriarum: cum praedixisset ei Palladius, ut redire quidam commilito narravit: Aliud iter non incedes, sed miserabiliter morieris. Ecclesiis namque

τινους πολιτῶν, καὶ ἴπως ἤχθη, α, καὶ ἔπως συνεσκευά-
σθη, καὶ πάντα τὰ διὰ μέσου πικρὰ, & παρὰ τῶν
πλημμελῶν φιλοπῆνης γεγενηται, εἰπὼν τε τὰ
κατὰ τὴν Πορφυρίον, καὶ τὸν Ἐφέσιον Εὐνοῦχον,
ἀπαγγεῖλαι ἡμῖν τὰ λείποντα. Τίνας δὲ ἐν φυλακῇ
ἔτελεύτησαν; τίνας τε ἐξωρίσθησαν τῶν Ἰωάννου
κοινωνικῶν; δίκαιον γὰρ τῶν τοιοῦτων μνείας ἐπι-
τελεῖν εἰς προθυμίαν τῶν ζώντων. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς
βιωτικῶς τούτοις πράγμασι παῖδες οἱ ὑπὲρ τῶν
δεσποτῶν συγκλειόμενοι ἢ τυπτόμενοι ἢ ξεόμενοι,
εὐνοίας καὶ ἐλευθερίας παρ' αὐτῶν ἀπολαύουσι,
πόσῳ πλέον οἱ διὰ Χριστὸν τιμωρούμενοι, ἄξιοι καὶ
τιμῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ εὐνοίας εἰσίν; περὶ ὧν καὶ
ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Τοῖς δεσμοῖς ὡς συνδεδεμέ-
νοι, τοῖς κακοχουρούμενοις συγκακοχουόμενοι, ὡς καὶ
αὐτοὶ ἐν σώματι ὄντες. Τιμὴς γὰρ ἐναντίον Κυρίου
ὁ θάνατος τῶν σφίλων αὐτοῦ.* Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ἄριστα
εἶπας οὐκ οὖν ἄκουσον. Οἱ μὲν ἐπίσκοποι, ὡς μὲν ἐν
ἀρχαῖς ἢ ἡμῆμ περὶέδραμεν, εἰς θάλασσαν ἐποντώ-
θησαν· ὡς δὲ ὁ ἀληθὴς περιέει λόγος, εἰς ἔξοριαν
ὑπερῶριον ἀπεστάλησαν ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ζώνταις,
ὑπὸ δημίῳ εἰσέτι καὶ νῦν φρουρούμενοι. Ἐλθὼν γὰρ
τις συνοδεύσας αὐτοῖς διάκονος ἀφηγγήσατο, Κυριακὸν
μὲν τὸν Ἐμέσης ἐνδοτέρω ὀδοῦν ἔχοντα σημεῖον εἰς
Παλμύραν, τὸ τῶν Περσῶν φρούριον, εἶναι· Εὐλύ-
σιον δὲ Βόστρης τῆς Ἀράβων ἐσώτερον ὁδὸν τριῶν
ἡμερῶν ὁμοίως εἰς φρούριον Μισφᾶς καλούμενον,
πλησίον τῶν Σαρακηνῶν· Παλλάδιον δὲ Βλεμμύων
ἢ Αἰθιόπων ἢ ἐκ γειτῶνων φρουρεῖσθαι· Σὺν ἡν
καλούμενον τὸ χωρίον· Δημήτριον ἔσω εἰς Ὅασιν,
τὴν γείτονα τῶν Μαζίκων· εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλαι Ὀάσεις·
Σαραπίωνα δὲ, μετὰ μυριάς ἀναποδείκτους συκοφαν-
τίας, ὁμώτητι δικαστῶν καθυβρίζαντες αἰκισμοῖς τὸ
σῶμα μέχρις ἐκκοπῆς τῶν ὀδόντων, ὡς λόγος, εἰς τὴν
Ἰβρίαν πατρίδα περιώρισαν. Ἰλάριος, ἀνὴρ ἅγιος, γεγη-
ρακῶς, εἰς Πόντον τὴν ἐνδοτάτω ἐξασπαστὴν μετὰ πλη-
γᾶς, οὐ δικαστοῦ, ἀλλὰ τοῦ κλήρου, δε δτωικαὶδέκατον
ἔτος ἔχει, μὴ γευσάμενος ἄρτου, ψιλῶν λαχάνων ἢ
κολύθων μεταλαμβάνων. Ἀντώνιος ἐν σπηλαίοις τῆς
Παλαιστίνης ἑαυτὸν ἐξώρισεν· Τιμόθεος ὁ Μαρωνεῖας,
καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Λυδίας, λέγεται ἐν Μακεδονίᾳ·
Ῥόδων ὁ τῆς Ἀσίας, ἐπορεύθη ἐν Μιτυλήνῃ· Γρη-
γόριος ὁ τῆς Λυδίας, λέγεται ἐν Φρυγίᾳ· Βρίσων
τὸ δ' ἀδελφὸς Παλλαδίου, ἀποστὰς ἐκουσίως τῆς ἑαυ-
τοῦ Ἐκκλησίας, ἐν τῷ ἀγριδίῳ αὐτοῦ διάγει, ταῖς
χερσὶν ἑαυτοῦ τὴν γῆν μεταλλεύων· Λαμπέτιος δὲ,
ὡς φασιν, ἐν χωρίῳ Λυδίας παρὰ τινος Ἐλευθέρου
ἐπικουρούμενος, τοῖς ἀναγνώσμασι προσέχει· Εὐγέ-
νως ἔστιν ἐν τῇ πατρίδι· Ἐλιπίδος ὁ μέγας Λαοδι-
κίας τῆς Συρίας ἄμα Πάππου, τρία πληροῦνται ἔτη,
τὴν κλίμακα τῆς οικείας οὐ κατήλθον, προσευχαῖς
σχολάζοντες· Ἡρακλειδᾶς ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ εἰρκτῇ
τῆς Νικομηδείας ἐγκέκλεισται, τετραετῆς ἔστι χρό-
νος. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν κοινωνικῶν ἐπισκόπων, οἱ μὲν
ἀνέλπιστα ἐνούμηθέντες, ἐκονῶνσαν Ἀτικῶν, εἰς
ἐτέρας μετατεθέντες· Ἐκκλησίας τῆς Θράκης οἱ δὲ
ἀδῶλοι εἰσίν· Ἀνατόλιον δὲ φασιν εἶναι ἐν Γαλλίαις.
Τῶν δὲ προσυτέρων οἱ μὲν εἰς Ἀραβίαν καὶ Παλαι-
στίνην περιωρίσθησαν· Τίτριος δὲ εἰς τὴν μέσην τὴν
Ποταμῶν περιωρίσθη· Φίλιππος ἔτελεύτησε, φυγὼν
ἐν Πόντῳ· Θεόφιλος διάγει ἐν Παυλαγονίᾳ· Ἰωάν-

νης ὁ τοῦ Αἰθρίου μοναστήριον συνεκρότησεν ἐν
Καισαρείᾳ· Στέφανος εἰς Ἀραβίαν ἐξορισθέντα τῶν
δημίῳ ἀπέσπασαν οἱ Ἴσραυροὶ, ἀπολύσαντες ἀνὰ τὸν
Ταύρον· Σαλούστιν φασιν ἐν τῇ Κρήτῃ· Φίλιππον
τὸν ἀσκητὴν, καὶ πρεσβύτερον τῶν σχολῶν, ἤκουσα
ἀβῶρωτοῦντα ἐν Καμπανίᾳ. Σωφρόνιος ὁ διάκονος ἐν
φυλακῇ ἔστι τῆς Θηβαίδος· Παῦλος ὁ διάκονος, &
βοηθὸς τοῦ οἰκονόμου, λέγεται ἐν Ἀφρικῇ· ἄλλος
Παῦλος, ὁ τῆς Ἀναστασίας, ἔστιν ἐν Ἱεροσολύμοις·
Ἑλλάδιος ὁ πρεσβύτερος, ὁ τοῦ Παλατίου, διάγει
ἐν ἀγριδίῳ τῆς Βιθυνίας Ἰδίου. Πλείους δὲ κρύπτονται
ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἄλλοι δὲ ἀπῆλθον εἰς τὰς πα-
τρίδας. Σιλβανὸς δὲ ὁ ἅγιος ἐπίσκοπος ἐν Τρωάδι
ἔστιν, ἀκουῶν καὶ ζῶν· Στέφανος ὁ ἀσκητῆς, ὁ τῆς
Ῥωμαίων ἐπιστολᾶς διακομίσας, ἐν Κωνσταντινου-
πόλει, τούτου αὐτοῦ ἕνεκεν τυπτηθεὶς, ἐπὶ μῆνας
δέκα εἰς τὴν εἰρκτὴν ἐβλήθη. Προταθείσας δ' αὐτῷ
κοινωνίας, ὡς οὐκ ἐπέειθη, ξεσθεὶς εἰσάγων τὰς τε
πλευρὰς καὶ τὸ στήθος, ὧν ἐγὼ αὐτόπτης γενέομαι,
τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπιμελείᾳ διασωθεὶς ἴσως εἰς δευτέ-
ρους ἀγῶνας, μετὰ δέκα μῆνας τῆς θεραπείας ἐξ-
ωρίσθη εἰς τὴν Πελοῦσον. Προβικιάλιος τις στρατιώ-
της τῶν περὶ τὸν βασιλέα σχολῶν, διαβληθεὶς ὡς φι-
λητῆς Ἰωάννου, μετὰ πληγᾶς πολυτρόπου καὶ ξε-
σθῆν ἀπειθῆ ἐξωρίσθη εἰς Πέτρας. Οἰκέτης δὲ Ἑλι-
πίου τοῦ πρεσβυτέρου, μισθωθεὶς, ὡς φασιν, πεντή-
κοντα νομισμάτων, ἵνα τὸν ἅγιον Ἰωάννην δολοφ-
νησῃ, φωραθεὶς ἐπὶ τούτῳ τρεῖς ἔγων βομφαῖας,
ἐπισσε τοὺς κατέχοντας αὐτὸν κατὰ μέρος ἐπτά· ὧν
οἱ μὲν τέσσαρες παραυτίκα ἐτάφισαν· οἱ δὲ τρεῖς ἐπὶ
ἐκκλῆν χρόνον ἐπιμεληθέντες ἐσώθησαν, τοῦ φονεῦς
ἀπολυθέντες. Εὐτρόπιος ὁ μακάριος, ἀφθορὸς ἀπὸ
γυναικῶν, ψάλτης, τυπτηθεὶς καὶ ξεσθεὶς εἰσάγων
τὰς πλευρὰς σὺν τῷ μετώπῳ, ὡς καὶ τὸς ὄφρυς κα-
τασπασθῆναι, λαμβάνων αὐτῷ τελευταῖον ταῖς πλευ-
ραῖς ἀμφοτέρωθεν γυμνοῖς ὁστέως προσπιλωθεισῶν
ἐλαικομοσῶν ἢ, προσεκπνέει τῷ ξύλῳ, ταρεὶς με-
σονυκτίῳ παρὰ τῶν τοῦτο δρασαντῶν ἱερατικῶν, συν-
επιμαρτυρήσαντος τοῦ Θεοῦ τῷ θανάτῳ ὑπατασία ψαλι-
λόντων διὰ τὸ σύμμορφον τοῦ σωτηρίου πάθους. Δι-
ηγήσατο δὲ ὁ ἀναλύσας διάκονος ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων
ὅτι οἱ ἐπαρχικῶν οἱ διάγοντες αὐτοὺς ἐπὶ τοσοῦτον
ἔθλιψαν κατ' ἐντολὰς τινῶν, ὡς εὐχεσθαι αὐτοὺς θά-
νατον ἐπελθεῖν, καὶ τὸ ζῆν παραιτεῖσθαι. Τὰ μὲν
γὰρ ἐν ἀργυροῖς ἀναλύματα, & κατὰ τὴν ὁδὸν εἰλκ-
φισαν, ὑφ' ἐν ἀποσπασταίς, εἰς ἀλλήλους διεμε-
ρίσθησαν ἢ, ξηροὺς δὲ τοῖς ὄνοχλοις ἐπιβρίπτοντες,
τῶν δύο ἡμερῶν τὴν ὁδὸν μίαν ἐποίησαν, βαθεῖαν ἐσπέ-
ραν εἰσάγοντες, καὶ ἔρθην σκοτεινῶν ἐξάγοντες, ὡς
μηδὲ τὰς ἀθλίαις τροφᾶς κατέχειν τὸν στόμαχον. Ῥή-
μασι τε αἰγροῖς καὶ ἀσέμνοις βάλλοντες οὐκ ἐφείδοντο.
Παλλαδίῳ δὲ καὶ τὸν παῖδα ἀφείλαντο, βασιάμενοι
αὐτὸν καὶ γραμματεῖον ἐκθέσθαι. Δημήτριον δὲ εἰς
τοσοῦτον ἔθλιψεν εἰς τῶν διαγόντων, ὡς καὶ Ζιθῶν ἢ
βαθεῖαν ἐσπέραν ἐπέλθειν, δε παρὰ πόδας εἰς τὸ
σῶμα ἐβασανίσθη, ἐκονῶντος τὸ ζῆν ἀποβήσας,
ὡς τοὺς ἐπιθειάζοντας γνωρίζειν τὴν τῶν ὕβρων
ποινήν· προσεπόντος αὐτῷ καὶ Παλλαδίου, ὡς ὁ ἐλ-
θὼν διηγήσατο συστρατιώτης, ὅτι Ἄλλην ὁδὸν οὐκ
ὀδεύσεις, οἰκτρῶς τελευτήσας· Ἐκκλησία μὲν γὰρ

* Georg. ἐν Καρίᾳ.

† Forte legendum προσπελαθεισῶν, thema enim πι-
λώ huc quadrare non potest.

‡ Sic editio recentior, pro eo quod antea legebatur. ἐλαύ-
χωμος ὢν. Georg. conjecterat ελαίω κομοσῶν. Qui si le-
gatur ἐλαίω κομοσῶν? composita enim id genus a Palladii
Graecitate finime abhorrent. Eoz.

§ Georg. ἐμπερίσαντο, et mox ὑποζυγίους pro ὄνοχλους.

|| Forte. ζῶν. Bigot. Mox Georg. γινώσκω με γνωρίζειν.

^a Con. icit προήχθη. Bigot.

^b Georg. τῶν Αἰθιόπων.

^c Lego εἰς Σύνην.

^d Georg. ἐργαζόμενος.

τὸ σύνολον πλησιάζειν οὐκ εἶπον, καταλύοντες ἢ ἐν πανδοχείοις, ἔνθα ἑταιρίων πληθός, ἢ ἐν ταῖς συναγωγαῖς Σαμαρειτῶν ἢ Ἰουδαίων, μάλιστα ἀπὸ Ταρσοῦ, καὶ ἐκεῖ ὡς στενοχωρουμένους αὐτοὺς, καὶ ἕτερον τι ἐννοεῖν^a, ὃ ἦν ἀπρονόητον. Λέγει δὲ εἰς τῶν ἐπισκόπων· Τί λυπούμεθα περὶ τῶν καταγωγῶν; μὴ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἔστι ποῦ μείναι, ἵνα οἰκεία αἰρέσει ἀπλημονοῦντες, δίχως ὀφλήσωμεν; ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ταῦτα πάντα καὶ γεγέννηται καὶ γενήσεται, τοῦ Θεοῦ διὰ πάντων δοξασομένου; Πόσαι τούτων τῶν ἑταιρίων λήθην Θεοῦ λαθοῦσαι, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ γνοῦσαι, ἢ μᾶς οὕτω θεασάμεναι, εἰς φόβον Θεοῦ καὶ ἐννοίαν ἤλθον, ἴσως ἐπὶ τὸ κρείττον τραπέσαι, ἢ κἄν ἐπὶ τὸ χείρον μὴ καταβρέυσσαι; Οὐ μικρὸν δὲ ψυχῆ λογικῆ ὑπὸ πάθος κακομένη καὶ μικρὸν ἀναπνεύσαι^b, ὅπερ ἐστὶν ἑναυσμα σωφροσύνης· ὡς ταῦτα^c ὑποστάναται εἰπεῖν τὸν ἱεροφάντην Παῦλον· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμεν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολιμνιζομένοις, διὰ τὸ θέατρον γερνήσθαι ἀγγέλοις τε καὶ ἀνθρώποις. Εἰς τοσοῦτον δὲ ὠμότητος οἱ κατὰ τύπον ἤμας^d ἐπίσκοποι τῶν κοινωνικῶν Θεοφίλου κατὰ τὴν Ἀνατολὴν πᾶσαν, ὡς ἔλεγεν ὁ ἑλθὼν ἀσκητῆς, ὡς τινὰς αὐτῶν οὐχὶ μόνον μὴ ἐνδείξασθαι τὴν ὀφειλομένην σωφροσύνην, ἀλλὰ καὶ μετὰ δώρων πείθειν τοὺς ἐπαρχικοὺς τάχως ἐξελαύνειν τῶν πόλεων. Εἰσὶ δὲ οἱ μάλιστα τοῦτο πεποιηότες, ὁ Ταρσοῦ καὶ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ Εὐλόγιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, ὃ τε Ἀγκύρα; πρὸ πάντων, καὶ Ἀμμώνιος ὁ τοῦ Πηλουσίου, τοῦτο μὲν δόμασι^e, τοῦτο δὲ ἀπειλαῖς πλέον κατ' αὐτῶν τοὺς διάγοντας στρατιώτας ἐξαγριούντες, ἵνα μήτε τοὺς τῶν βουλομένων λαϊκῶν ἀπειδέσθαι αὐτοὺς συγχωρῶσιν, καθὼς ἐν ταῖς καθολικαῖς γράφει Γαῖω ὁ μακάριος Ἰωάννης κατὰ τινας ἐπισκόπου, ἀποδεχόμενος τοῦ Γαῖου τὸ ξενοδόχον, παρακαλῶν αὐτὸν μὴ μιμεῖσθαι τοὺς πονηροὺς τῶν ἐπισκόπων· Ἐχει δὲ πῶς ἡ λέξις· Γαῖω ἀγαπητῶ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. Ἀγαπητέ, περὶ πάντων εὐχομαί σε εὐδοοῦσθαι καὶ υἱαίνειν, καθὼς εὐδοοῦταί σου ἡ ψυχή· Ἐχάρην γὰρ ἴλαν, ἐρχομένων τιμῶν καὶ διηγουμένων μοι, ὅτι ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς, καὶ ἐφ' οἷς ἀνέπαυσας τοὺς ἁγίους. Μεῖζονα ταύτης χαρὰν οὐκ ἔχω. Ἐπιφέρει δὲ μετὰ τοῦτο· Ἐγραψάτη Ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεῖων αὐτῶν Διοτρεφῆς, οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. Λόγους πονηροῖς φιλῶν^f καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὕτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει. Εἴθ' ὕστερον παραινέει, λέγων· Ἀγαπητέ, μὴ μιμοῦ τὸ κακόν· ὁ γὰρ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστίν· ὁ κακοποιῶν οὐχ εὐρύκει τὸν Θεόν. Ἐμνημονεύσαμεν δὲ τοῦ ῥητοῦ ὅλου τῆς παλαιᾶς πονηρίας, ἵνα τῶν νῦν Διοτρεφῶν παραστήσωμεν τὴν γνώμην. Ἐπῆναι δὲ καὶ ἐθαύμαζε τῆς δευτέρας Καππαδοκίας τοὺς ἐπισκόπους, ὡς πολὺ συναλγῆσαντας μετὰ δακρύων τοῖς ἐξορισθεῖσιν ἐπισκόποις, μάλιστα τὸν ἐπιεικίστατον Θεόδωρον τῶν Τυάνων, καὶ Βοσπόριον Κολωνείας, τεσσαρακοστούδον ἔτος ἔχοντα ἐν τῇ

ἐπισκοπῇ, καὶ Σεραπίωνα τὸν Ὀστρακίνης, τεσσαρακοστὸν πέμπτον ἔτος ἔχοντα ἐν τῇ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίᾳ. Ἐνεδὲ δὲ γινόμενος ἐπιπολὺ ὁ Θεόδωρος εἶπε· Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα, Πάτερ; Μὴ ἄρα ἐσχάτη ὥρα ἐστίν, καὶ ἡ ἀποστασία, κατὰ τὸν Παῦλον, διὰ τούτων λαμβάνει τὴν εἴσοδον, ἵνα λοιπὸν ἀποκαλυφθῇ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας ὁ ἀντικείμενος; Τὸ γὰρ τοὺς κακοὺς εὐμερεῖν καὶ διαπράττεσθαι ταῦτα καὶ χρονίζει καὶ ἰσχύειν, καὶ τοὺς καλοὺς ὀλιβεσθαι καὶ ληλατεῖσθαι, εἰς φρίκην με ἀγει τοῦ πλησιάζειν ἐκείνον. Ὁ ἘΠΙΣΚ. Μάλιστα μὲν οὖν, συνετώτατε, ἐγγὺς ἔστι τὸ τέλος, κατὰ τὸν εἰκόνα· Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστίν· καὶ κατὰ τὸ, Ἐξήλθε δὲ ὁ οἰκοδεσπότης περὶ ὧραν ἐνδεκάτην μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα· ἢ δὲ ἐσχάτη τῶν δώδεκα ἐστὶν ἡ τελευταία. Εἰ δὲ πρὸ τετρακοσίων ἔτων εἰρηται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου ἐσχάτη, πολλῶ μᾶλλον νῦν διὰ πάντα. Ἐπειτα δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἐστὶ ταῦτα κατὰ συγχώρησιν τοῦ Κυρίου εἰς γυμνάσιον τῶν ἁγίων, ἐξαίτουτος αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, καθὼς λέγει ὁ σωτήριος λόγος· Σίμων, Σίμων, ἐξήτησαι ὁ ἡμῖς ὁ Σατανᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σίτου· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. Καὶ οὐ πάντως περὶ μόνου Πέτρου δεδέηται Ἰησοῦς· ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν τῆν Πέτρου πίστιν ἔχόντων, οὐδὲν ἕτερον αἰνισσομένου τοῦ κοσκίνου, ἢ τὸν περιγίειον κύκλον ἴδοντων καὶ ὀδυνῶν πεπληρωμένων, δι' ὧν ὡς δι' ὅπῳν ἐκπίπτουσιν οἱ γεώδεις ἀπὸ τοῦ τρυφίμου σίτου ἐπὶ τὸν ἄδην, ὡς ἀπὸ τρυπημάτων διαχωριζόμενοι· τῶν μὲν διαβρέδων ὡς δι' ὅπῃς τῆς γαστριμαργίας, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία· τῶν δὲ διὰ φιληθονίας, περὶ ὧν ὁ προφήτης λέγει· Πνεύματι περνείας ἐπ.λα. ἠθήσων· οὔτε γὰρ πόροι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μα.λακοί, βασι.λε.λατ Θεοῦ οὐ κληρονομί.ου.σιν· τῶν δὲ διὰ φιλαργυρίας, ὅσοι τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ὀμῶζον ἐμνηστεύσαντο· τῶν δὲ δι' ὀργῆς καὶ θυμοῦ, ὅσοι τὸ θηριώδες σκότος ἠγάπησαν, περὶ ὧν Ἰωάννης φησὶν· Ὁ μῖσος τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἐν σκοτία ἐστίν ἕως ἄρτι· Ὅργη γὰρ, φησὶν ὁ Παρ.οι.μαστῆς, ἀπό.λλ.υ.τι καὶ ε.ρο.ί.μου· τῶν δὲ δι' ἀκηδίας καὶ λήθης, μὴ προσκατερούτων τῇ ἀγρυπνίᾳ τῆς μνήμης, καὶ δεομένων τὸ, Ἐνύστα.ε.ν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας· οὗς ταλανίζων ὁ λόγος, φησὶν· Ὅθα. ἡμῖν, τοῖς ἀπο.λε.λω.κ.σι τὴν ὑπο.μο.ρη.ν, καὶ τί ποιήσετε, ὅταν ἐπισκ.έ.ψ.η.ται ὁ Κ.έ.ς.ι.ς; ἄλλων δι' εὐδοξίας ἀλόγου, περὶ ὧν ὁ ὀδικὸς προανεφώνει, Ὅτι διεσκ.ό.ρ.ι.σ.εν ὁ Θεὸς ἔ.σ.τ.ά ἀ.ν.θ.ρω.πα.ρ.έ.σ.κ.ων· ἐτέρων δι' ἀλαζονείας ἢ ὑψους, ὃ ἐστὶν ὑπεροψία, οὗς μέμφεται ὁ προφήτης ὡς λιποτάκτας· Ὑπερήσαντες παρηρέ.μου.ν ἕ.ως σ.φ.ό.δ.ρ.α· ἀπὸ δὲ τοῦ ῥόμου σου οὐκ ἐ.έ.κ.λ.ι.να. Ἐκάστη δὲ τούτων τῶν κακιῶν παρέπονται πλείους, τῷ τύφῳ ὁ φθόνος, τῇ πλεονεξίᾳ τὸ μῖσος καὶ ἀνελευθερία καὶ ψεύδους, τῷ θυμῷ ὀργῆ ἢ μῆνις, αἱ ὕβρεις, οἱ φθόνοι· τῇ πορνείᾳ ἢ λήθῃ, ἢ ἀποθείᾳ, ὁ ἔκνος, ἢ ἀζηλία, ἢ ἀνόνητος ἀγρυπνία· τῇ κενοδοξίᾳ αἱ πολυπραγμονίαι, ὠροδοκίαι, φαντασίαι, ὑποκρίσεις, προσωποληψίαι, φενακισμοί· τῇ ὑπερηφανίᾳ αἱ ἀπόνοιαι, αἱ ἀσπλαγχνίαι, ἀνοσιουργίαι, ἐκστάσεις φρονῶν· καὶ ἄλλη ἄλλα. ἵνα μὴ πλείους εἶπω, φορηζῶν τὸν λόγον, εὐαποδείκτου ὄντος τοῦ εἰρημένου. Τούτων ἐνάτη τῶν κακιῶν ὁ Θεὸς ἀν-

^a Georg. ἐνοσηθῆναι προΐγον.

^b Idem κρατούμενη καὶ ῥοπήν ἀναπνεύσαι.

^c Sic e cod. et Georg. restituitimus; legebatur πάντα

^d Georg. ἔθ.ψ.αν. Fort. ἤ.σ.σ.αν. Bigot.

^e Δόμασι. Georg.

vires sanctos omnino appropinquare non sinebant, divertentes aut in stabula, ubi scortorum erat multitudo; aut in Samaritanorum, vel Judæorum synagogas, præcipue Tarsi: ita ut illic in angustias redacti, etiam aliud quid cogitarent, quod erat minime præmeditatum. Unus autem ex episcopis dixit: Quid ob diversoria tristamur? num enim in nobis est, ubi diversemur, ut propria voluntate indecore agentes, pœnas demus? an ignoratis hæc omnia jam contigisse ac futura esse, cum Deus in his omnibus glorificetur? Quam multæ ex illis meretricibus quæ Dei oblivionem ceperant, aut ab initio eum ne norant quidem, nobis visis ita vexatis, in timore Dei et cogitationem venerunt, fortasse in melius conversæ, aut saltem non prolapsæ in pejus? Non parum est rationali animæ, quæ a perturbationibus vexatur, vel modicum respirare, quod est castimonie fomentum: adeo ut dixerit, qui hæc sustinuit, sacrorum interpretes Paulus: *Christi bonus odor sumus in his qui salvi fiunt, et in his qui perierunt* (2. Cor. 2. 15), eo quod spectaculum facti sumus angelis et hominibus (1. Cor. 4. 9). Eo autem usque crudelitatis proruperunt locorum illorum episcopi de communione Theophilii per totum Orientem, sicut retulit monachus qui inde rediit, ut plerique eorum non modo debitam humanitatem nostris non exhibuerint, verum datis muneribus Prætorianos milites induxerint, ut eos ocuis e civitatibus expellerent. Sunt autem qui hæc præcipue fecere, Tarsi et Antiochiæ episcopi, atque Eulogius Cæsareæ Palæstinæ; ante omnes autem episcopus Ancyræ et Ammonius Pelusii, partim donis, partim minis, deductores milites adversus eos magis exasperantes, ut ne laicis quidem eos excipere volentibus id permitterent: sicut in Catholicis scribit ad Caium beatus Joannes adversus quemdam episcopum, hospitalitatem Caii laudans, eumque orans, ne improbos episcopos imitetur. Sic autem verba se habent: *Caii carissimo, quem ego diligo in veritate. Carissime, de omnibus orationem facio prospere te ingredi et valere, sicut prospere agit anima tua. Cavissus sum valde venientibus quibusdam, et narrantibus mihi, quod in veritate ambulas, et in quibus sanctos refecisti. Majus his non habeo gaudium* (3. Joan. 1-4). Et addit: *Scripti Ecclesie; sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrefhes, non recipit nos, verbis malignis garricens, et quasi non ei ista sufficiant; neque ipse suscipit fratres, et eos qui suscipere volunt, prohibet, et de ecclesia eiecit.* Deinde rursus admonet: *Carissime, noli imitari malum: qui enim bene facit, ex Deo est; qui male facit, non vidit Deum* (Ibid. v. 9-11). Hunc autem textum de veteri malitia integrum attulimus, ut hujus temporis Diotrefhem ingenium exponeremus. Cæterum laudabat et mirabatur secundæ Cappadociæ episcopos, ut qui plurimis cum lacrymis condoluissent exulibus episcopis, præsertim mitissimum Theodorum, Tyanorum episcopum, et Bosporium Colonie, qui quadragesimum octavum in episcopatu agebat annum; et Serapionem, Ostracinae episcopum, qui quadraginta quinque annos minus episcopatus gerebat. Cum aliquamdiu Theo-

Israel et obedientiam, Pharaone palam clamante: *Non nori Deum, et Israel non dimittam* (Exod. 5. 2): quomodo igitur auxilio terrenorum principum indiguit in causa Joannis? quasi scruerit, aut debilis factus sit, aut non potuerit. Deinde qui quorundam adulteria, infandas libidines, atque aliorum præstigijs publicaverit, non potuerit adhuc Joannem coarguere? aut contra, qui hujus linguam scicit angina tumescere, ita ut scripto veritatem profiteri coactus fuerit, et alium permiserit incidere in gradus, qui ipsi fuerunt mortiferi, aut alium erumpentibus undique vermibus mutum in lecto maceraverit annum fere integrum, aut alteri injecerit horrenda terricula cum familiari podagra, aut qui crura secuit cujus voluit, aut qui fœda morte cito cum rapuit, quem sciunt omnes: hic in Joanne, sacrilego, ut dicitis, aliquid horum patrare non valuit; sed hoc et illo indiguit, ut Joannem cum ignominia expelleret, multo plus ex eo gloriæ ipsi concilians? Errant igitur, vim verbi ejus nescientes. Sacrilegus enim ille proprie est, non qui aurum, aut argentum, aut vestes sericas, linearum cibum, pauperibus elargitur; sed qui pecunia, aut assentatione, aut epulis doctrinam Servatoris et præcepta vendit; deinde qui sacrum virum vita et eloquentia ornatum divexat, per quem Servator, veluti per craterem et vas pretiosum, verbi amatoribus adjumenta salutis propinabat. Illi igitur sacrilegi dicantur, qui apostolicam Ecclesiam deprædati sunt, talibus eam pastoribus spoliantes, et ordinationes pecunia vendentes, ad quos jamjam perveniet divina justitia ad emendationem ipsorum improbitatis. Si enim qui legem Moysis adulterabant per nimiam negligentiam, e templo a Servatore ejecti sunt cum flagello, et quidem e funiculis, quia intus columbas vendebant: quid illi nunc passuri sunt, qui cauponantur novi Testamenti sacerdotium, nisi ut a pastorum principe virga ferrea conterantur? ut ait Apostolus: *Qui violat legem Moysis, absque misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur. Quanto putatis acerbiore dignus censebitur pœna qui Dei Filium conculcavit, et sanguinem Testamenti pollutum existimavit, in quo sanctificatus est, et Spiritum gratiæ contumelia affectus?* Scimus enim qui dicit: *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Horrendum est incidere in manus Dei viventis* (Rom. 12. 19; Hebr. 10. 28-31). Deus autem qui hunc pium et sanctum pastorem, et justitiæ luminare glorificavit, det ipse nobis partem et hereditatem cum illo invenire in tremendo justiciæ iudicii sui die: cui competit gloria, honor, majestas et magnificentia, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE VITA S. JOANNIS CHRYSOSTOMI A NOBIS ADORNATA.

Nihil magis opportunum ad vitam S. Jo. Chrysostomi accurte concinandam, quam ejus opera, ubi innumera pene occurrunt ab aliis scriptoribus non memorata. Palladius quoque in Dialogo suo historico non pauca suppeditat, quæ alibi frustra quæreretis. His addendi Socrates, Sozomenus et Theodoretus, necnon Photius circa ea maxime, quæ ad Sydonium in Quercu pertinent. Aliunde item quædam ad idem argumentum spectantia expiscari possumus. His usus auctoribus vitam ejus Gallico vulgari idiomate scripsit Hermantius, atque omnes inferioris ævi scriptores, qui vitam Chrysostomi adornaverant, accurratione et diligentia longe superavit. Post illum vero vir cl. omni exceptione major, Tillemontus, ut aliorum vitam sanctorum summo studio et labore descripsit, ita in tanti doctoris vita nihil neglexit eorum, quæ in hujusmodi opere aliquid possent afferre momenti. Si quid vero difficultatis in ejus referendis gestis occurrat, in notis suis ad calcem libri positis omnia minutatim explauat, ne quidquam prætermisisse videatur. Hoc præcipue scriptore usus sum, cum maxime vel dicta, vel gesta Chrysostomi aliquid præ se ferunt obscuri-

tatis, quod sane plerumque accidit: fateorque tamen me non semper tanti viri sententiam amplexum esse: in nonnullis etiam illum a recta via declinasse comperi. Cum enim longe plus temporis in legendis, Latine vertendis, explorandis Chrysostomi operibus, quam ille, consumperim, quædam deprehendi, in quibus ille vel in temporis supputatione, vel in rerum gestarum ratione, a recto tramite deflexerat: eoque de re lectorem quandoque monui, cum ea tamen, quæ tanto viro debetur, observantia.

Quia in hac postrema Chrysostomi Operum collectione bene multa sunt, quæ nunquam lucem viderant; hinc etiam non pauca hactenus ignota ad vitam tanti doctoris pertinentia decerpimus, maxime vero ex undecim illis Homiliis novis in tomo XII cisis, quæ ad historiam illius temporis multum conferunt, videlicet a postrema parte anni 398 usque ad dimidium anni sequentis 399: de quo temporis spatio in his homiliis quædam referuntur scitu dignissima et antehac ignota, quæ apud alios scriptores frustra quæres. Hæc omnia in ea quam damus Doctoris Vita accurate, quantum potuimus, scripto consignata reperies,

VITA S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

NUNC PRIMUM ADORNATA, ET MULTIS AUCTA ANTEA IGNOTIS, QUÆ EX DUODECIM HOMILIIS CONSTANTINOPOLITANIS NUPER REPERTIS EXCERPTA SUNT.

Joannes Antiochenus nobilibus ortus est parentibus. Ejus pater Magister militum Syriæ fuit, nomine Secundus; mater Anthusa (*Pallad. Dial. p. 40*). Nomen patris et matris non modo Georgius Alexandrinus refert (*Georg. Alex. p. 159*), sed etiam Socrates (*Soer. l. 6 c. 3*). Quapropter merito rejicitur Canisius (*Canisius l. 2, p. 887*), qui putat Joannem nostrum sanctæ illius et strenuæ mulieris Publicæ, quæ sub Juliano Apostata floruit, filium fuisse. Natum majorem sororem habuisse narrat Palladius, cujus nomen non memorat. Amata quoque ipsius fuisse dicitur Sabiniana, de qua pluribus agetur ad annum 405 (*Pallad. His. Laus*).

Exploendus autem Georgius Alexandrinus, qui narrat ortum illum esse ex parentibus gentilibus, deorumque cultoribus, et postquam ipse Joannes baptizatus fuerat, et patrem et matrem ejus Christianam amplexum esse religionem (*Georg. Alex. p. 59. b. c.*) Nam Joannes 28 annos natus baptizatus fuit. Pater autem ejus, dum in cubulis esset Joannes, mortuus est: ex narratu vero matris liquet illos ante ortum Joannis Christianos fuisse. Natus autem esse putatur anno 347 (*De Sacerd. t. 1. col. 624, l. 25. et sqq. Cfr. t. 1. col. 601. l. 10. et sqq.*). Hæc est sententia Blondelli, Hermantii et Tillemontii. Qui vero annos solum 52 et duos menses vixisse dicunt, natum dicunt oportet anno 355: quod certe pugnaret cum vera historice serie et narratione: exque notis temporum

quas infra dabimus, nullo modo stare posse comprehensum erit.

Viginti annorum erat mater, quando conjux ejus illam viduam et Joannem tenellum reliquit. Anthusa vero apostoli monitis roborata, etsi junior adhuc erat, a secundis nuptiis abstinuit: instituendo autem et educando Joanni nullam non adhibuit operam; nihil quod ad ejus profectum, tum in liberalibus tum in Christianis disciplinis, opportunum esset neglexit. Quod quam felicem exitum habuerit, res ipsa declaravit. Neque tamen illa rei familiaris curam deposuit; imo vero ita omnia temperavit, ut ex sua dote suisque facultatibus abunde sibi et filio sumptus suppeditaret, paternasque opes et bona omnia filio servaret intacta.

Joannis dotes et mores. — Egregiæ indoli ita profuit educatio hujusmodi, ut statim a principio animi tanti dotes eminenter. Erat Joannes divinarum rerum studio incensus: et ubi semel veritatem, justitiam et officii debitum apprehenderat, ita constans et intrepidus erat, ut a nonnullis, qui vel ad intimam ejus philosophiam non penetrabant, vel erga illum male erant affecti, ut protervus et arrogans haberetur. Ad iram pronum fuisse dixit quidam (*Soer. l. 6. c. 5*); sed ex eorum numero ille est, qui ad judicia probe ferenda non assuefactus, fervorem in rebus divinis ut iracundiam habuerit. De animo ejus ad iram magis, quam ad verecundiam pronum, hoc ex alterius testimonio re-

fert Socrates, qui pergit et ait : « Et ot vitæ sanctimoniam non ita cautus circa futura ; ob simplicitatem vero aditu facilis. Immodica etiam dicendi libertate in colloquiis utebatur. Et in docendo quidem multum juvabat ad informandos auditorum mores ; in congressibus vero arrogantior videbatur iis qui ipsius animum non noverant. »

Hæc fortassis acerbiora videbuntur esse iis qui Chrysostomi eloquentiam et animi magnitudinem mirantur : verum in sanctis illam agendi varietatem observamus. Alii namque divinarum rerum studio incensi, non habita temporum personarumque ratione ad mores informandos feruntur ardentius : alii ut dissolutos percipiant mores doctrina simul utuntur et arte.

Oratoris arti et philosophiæ dat operam. — In eloquentia et oratoria arte doctorem habuit Libanium, in philosophia vero Andragathium, narrante Socrate (*Pallad. p. 240. Socr. l. 6, c. 3*). Licet porro ante quam vigesimum annum attigisset, de capessenda vita monastica sæpe cogitaret, abductus, ut videtur, ab oratoris artis et philosophiæ studio, theatrales ludos frequentare cœpit, et in foro oratoriam artem exercuit. Declamationes habuit multas (*Isid. Pelus. lib. 2. epist. 42*), unamque misit Libanio in laudem imperatorum concinnatam, quam ita celebrat Libanius : « Cum magnam tuam et elegantem orationem accepissem, viris quibusdam eam legi, qui orationibus dant operam : quorum nullus erat qui non saltaret, clamorem ederet, eaque omnia faceret, quæ homines admiratione percussi facere solent. Ego igitur voluptate affectus sum, quod ad forenses artes exhibendam demonstrationes quoque adjungas. Atqui et te beatum prædico, qui ad hunc modum laudare queas ; itemque eos qui talem præconem nacti sunt ; hoc est et patrem, qui Imperium dedit, et filios qui acceperunt. »

Neque mirum videbitur iis qui vel extemporales Chrysostomi nostri orationes laudant et celebrant, si oratio isthæc, quam arte et urbanitate limaverat, Libanio cæterisque oratoribus ita placuerit. In iis vero etiam, quas studio multo concinnat, nulla umquam suspicio apparitionis et artificiosæ diligentis nascitur, quod est oratoris summi munus.

Quæ vero narrat Chrysostomus in libro ad Viduam juniorem T. I, col. 601, de Libanio forson intelligenda videantur. Ait ille doctorem suum, qui admodum superstitiosus erat atque gentilis, quosdam interrogasse cujusnam filius esset Joannes. Responderunt illi, Viduæ cujusdam esse filium. Tum ille quæsit, cujus statim esset mater, et a quanto tempore vidua esset. Reponunt illi quadraginta annorum esse matrem, et jam vigesimum viduitatis annum agere. Tunc exclamat ille : Papæ, quales mulieres apud Christianos sunt ! Tanta, pergit Chrysostomus, non modo apud nos, sed etiam apud gentiles viduitatis læus est et admiratio.

Narrat Georgius Alexandrinus, Joannem nostrum juvenili ætate florentem, Athenas se contulisse, ut

ne quid in studio disciplinarum retro relinqueret ; atque in ista urbe ita profecisse, ut omnes omnino superaret, in seque concitaret Atheniensium invidiam. Verum hæc narrat unus ille Georgius fabulator, quem monet Photius omnino despiciendum esse, quando scilicet ea refert, quæ a cæteris scriptoribus ævo Chrysostomi proximis, non memorantur.

A Basilio juvene ad pietatem pristinam revocatur. — Erat porro illi cum juvene quodam, cui nomen Basilus, arcta colloquiorum societas (*De Sacerdotio l. 1. c. 4*) : qui Basilus Christianis imbutus præceptis, et ad perfectius vitæ genus anhelans, ad parem vitæ rationem Joannem amicum allicere et a foro retrahere contendebat : demumque id quod cupiebat assequutus est (*Sozom. lib. 8. c. 2*). Hujus enim colloquiis recreatus Joannes se ad pristina pietatis studia revocavit (*Socr. l. 6. c. 3*) : ac mutata veste a foro et oratoris artis exercitiis abstinuit, lectionemque Scripturarum et Christianæ vitæ officia amplexus, sanctum disciplinæ genus, a quo numquam postea destitit, inire cœpit.

Baptizatur et Lector ordinatur anno circiter 369. — Erat tunc Antiochiæ episcopus Meletius (*Pall. Dial. p. 40. 41*), vir sanctitate conspicuus, qui cum videret Joannem juvenem ingenio et egregia indole pollere, ipsum ad consortium et colloquia sua frequenter admittebat, cumque de illo magnam spem conciperet, ac prophético, ut aiunt, spiritu ad majora destinatum prænosceret, cum per tres annos secum versatus esset, ipsum prius sacro lavacro iunctum lectorem ordinavit. Postquam autem baptismum accepit, inquit Palladius, numquam vel juravit, vel alicujus fama detraxit, vel mentitus, vel imprecatus est, vel facetias libenter excepit (*Pall. Dial. p. 183, 184*).

Dum Basilius igitur consortio frequens fruere et ambo de rebus divinis colloquia niscerent (*De Sacerdotio lib. 1*), ac Joannes a foro et sæcularibus penitus abstractus, unum Basilium frequentaret, ac cum illo de divinis semper et de vita monastica verba faceret, Basilus, qui sine Joanne non vitalem sibi vitam esse putabat, et qui sæpius ab ejus contubernio avelli cogebatur, Joanni proposuit, ut ambo paternis relictis ædibus, in peculiari quadam domo sedes ponerent, et simul vitam ducerent monasticæ similem. Consilium tandem probavit Joannes ; sed re comperta Joannis mater, quæ unicum filium admodum diligebat, ipsum profusis lacrymis obnixè precatur ne se deserat, nec se viduæ et tam bene affectæ matris consortium alteri postponat, iis usa verbis, quæ Chrysostomus ipse refert, quæque potuissent juvenem Joanne minus bene affectum a proposito revocare. Matris itaque votis obtemperans Joannes, cum illa pro more suo mansit.

In materna itaque domo a negotiis vacans sæcularibus (Anthusa quippe rem familiarem omnem curabat), Joannes divinæ tantum philosophiæ dabat operam, corpus macerans jejuniis, vigiliis, humi recubans, pravos affectus omnes eliminans, vane gloriæ fumum depellens et dissipans. Linguæ vero ne quid contra proximum mali proferret, perpetui silentii

claustra posuerat; neminem quippe alloquebatur. Hinc apud nonnullos opinio erat asperum illum esse, qui humanam quamlibet societatem fugeret: ac cum similia quidam multa proferrent et rumore nuntio id ille non ignoraret, haud libenter talenti de se suspicionem haberi comperit: maluit tamen eadem pergere via solitudinemque pro more colere: expertus fortasse, dum in foro versaretur, vix posse hominum consortio colloquique fruentem, in illa virtutis via, quam ipse amplexus erat, sine lapsu progredi.

Neque tamen ita sequestratus erat ab hominum societate, ut sodalibus et amicis omnibus intercluderet aditum. Basilium enim, qui par vivendi institutum sectabatur, ad colloquia, ut vidimus, frequenter admittebat. Neque prorsus negligebat sodales illos, qui iisdem secum olim disciplinis tincti, sæcularem vitam amplectebantur et forensibus studiis dabant operam. « Persuasit enim, inquit Socrates (*Socr. l. 6. c. 3*), Theodoro et Maximo condiscipulis suis, qui una cum ipso Libanium sophistam audierant, ut relicta professione, quæ nihil præter quæstum spectaret, simplicem potius ac tenuem vitam amplecterentur. » Ex his Theodorus Mopsuestiæ in Cilicia postmodum episcopus fuit; Maximus vero Seleuciæ in Isauria. Hunc porro Maximum illum putat fuisse Hermianus, qui Chrysostomi amicus et collega erat, quique concionabatur æternis cum illo vicibus, ut fertur Tomo tertio col. 225, 226. Maximum quoque memorat Chrysostomus sibi amicum in epistola quadam ad Olympiadem (*T. 3. c. 610. l. 1*). Maximo etiam sibi amico episcopo scripsit ille (*T. 3. c. 700*). Verum an in iis locis ter idem memoretur, an vero, si plures sint, eorum aliquis ille sit de quo jam agitur, non nisi divinando dici potest: multi quippe tunc erant nomine Maximi.

Epistolæ ad Theodorum lapsam. — Theodorus vero, qui suadente Joanne, abdicatis rebus forensibus, pietatis exercitiis sese totum dederat, in proposito non diu perstitit; sed rursus ad prisca reversus, sæcularia negotia tractare cœpit, voluptatibusque deditus, Hermionis etiam puellæ cujusdam amore flagrabat: quibus compertis Joannes intimo doloris sensu affectus, orationem ipsi longissimam misit, qua illum quasi jam vitiis deditum compellat, ad pœnitentiam cohortans, ad secessum, ad pristinum vitæ genus, quod se suadente susceperat (*T. 1. c. 303*). Exemplumque affert juvenis cujusdam Phœnicis Urbani filii, nobilitate et opibus pollentis, qui cum, pio motus affectu, ludimagistris, fastui terrenisque omnibus longum valedixisset, in montes ascenderat, et ad summum virtutis gradum pervenisse videbatur; sed postea a cognatis abductus et ad pristina revocatus, a montibus in medium forum se contulit, ubi equo vectus, et famulorum adulatorumque turba cinctus, omnibus spectaculo erat: demumque a piis quibusdam hominibus sensim ad sanam mentem reductus, solitariam vitam repetiit, et ad virtutis apicem demum pervenit. Aliud profert exemplum viri, qui cum per multos annos vitam duxisset angelicam, eo demum progressus est ut in lupanar se conferret, sed postea a socio ad

prisca vitam revocatus, in cellula se conclusit, ubi pane solum et aqua vitam sustentans, tantos pœnitentiæ fructus emisit, ut etiam miraculis claruerit. Addit etiam Valerium, Florentium, Porphyrium, aliosque viros sapientes Theodori vicem dolere (*T. 1. c. 313*).

Epistolæ ad Theodorum lapsam. — Cumque non posset statim Theodorum a tali vitæ genere avocare, aliis epistolis et quidem multis, ut ex ipsius Joannis narratu percipitur, illum sollicitè urisit ut prisca peteret. Etsi vero non aperte dicit, Theodorum literis suis respondisse, ex ejus verbis argui posse videtur Theodorum epistolis Chrysostomi frequentibus concitatum, respondisse illi: se nihil contra jus fasque facere, Hermionemque amare, quia illam uxorem ducere cogitavit. Sub hæc autem Chrysostomus aliam ipsi epistolam misit, qua illum vehementius concitabat, ut missis omnibus sæcularibus rebus pristinum vitæ genus repeteret.

Quæ jam diximus ex ipsis Chrysostomi verbis excerpta fuere. Longè aliter rem constituit Tillemontius, qui putat primam illam ad Theodorum missam orationem, non ad illum qui postea episcopus Mopsuestiæ fuit; sed ad alium cognominem missam fuisse, qui similiter postquam mundum reliquerat, rursus ad sæcularia convolarat. Ejus argumenta omnia depulimus, illudque in primis, quod ipse maximum omnium esse putat, estque hujusmodi: Theodorus in secunda epistola memoratus nondum viginti annos expleverat; in prima vero dixit Theodoro non plus quinquaginta vitæ annos ipsi superesse, ut ad ultimam senectutem perveniret. Hincque arguit ille Theodorum illum primum quadraginta annorum tunc fuisse, illam ultimam senectutem de nonagenario tantum dici posse putans. Theodorus vero alter, qui tunc vigesimum annum agebat, additis postea quinquaginta annis septuagenarius tantum fuisset. Hoc argumentum ni fallor egregie depuli in Monito T. 1 initio. Sed secundum hæc in locum incidi, quem nondum adverteram, in quo videtur Chrysostomus data opera Tillemontii telum depellere. Commentario nempe in Epistolam 4 ad Corinthios (*T. 40. c. 35. l. 52*), de Socrate loquens ait: *Et cum ad extremam senectutem pervenisset: dicebat enim se annorum septuaginta esse, quando vitam desepexit.* Jam vides ita explicanda esse loca a Tillemontio alata, ut de eodem in utraque epistola Theodoro loquatur. In prima dicit annos superesse quinquaginta ut ad extremam senectutem perveniat, in secunda vero illum annum circiter vigesimum attingisse: in allato autem loco septuaginta annos natus, extremæ senectutis esse dicitur. Iisdem usus vocibus Chrysostomus duo illa loca, quæ Tillemontius pugnare putabat, conciliat, unumque esse Theodorum probat.

Circa annum vero, quo hæc scriptæ sunt epistolæ, a Tillemontio non dissentior circa secundam, quam putat scriptam fuisse anno 369: at contra quam ille arbitratur, primam quoque eodem circiter tempore datam fuisse in eodem Monito probavi. Unum tamen est quod negotium facessere possit. Ait Chryso-

mus in epistola prima, c. 302. l. 42: *Nunc quidem tristitia fratrum chorum occupat, voluptas et lætitia infidelium conventum, necnon juvenum otio magis deditorum.* Hic fratrum chorum vult significare Tillemontius cœtum monachorum, hincque probari putat Theodorum istum alium a Mopsuesteno. Verum de monasterio et de monachis ne γρῦ quidem hic dicit Chrysostomus, de quibus mentionem haud dubie facturus erat, si ille ex monasterio exiisset, sed per fratrum chorum hic omnino vocare videtur chorum fidelium recte viventium, quos non semel fratres ille vocat, et opponit conventui infidelium et juvenum eorum qui otio et segnitiei dediti erant. Imo vero, quod sane miror virum omnium longe accuratissimum non advertisse, in prima secundæ epistolæ periodo, ait Chrysostomus dolere se, quod se ex *fratrum catalogo* deleverit.

Tot Chrysostomi literis tandem revocatus Theodorus una cum Maximo (*Soz. l. 8. c. 2*), et haud dubie Basilio Joannem frequentabat (*Socr. l. 6. c. 3*); unaque collecti, veram philosophiam sive monasticæ similem vitam sectabantur. Scripturam vero sacram et doctrinam ecclesiasticam discabant una cum monasticis exercitiis, doctoribus Diodoro, qui postea Tarsensis episcopus fuit, et Carterio, qui una cum Diodoro monasteria Antiochena curabat.

Joannes episcopalem dignitatem fugit, illumque Basilio conferri curat. — His ergo studiis operam dedit istæ sancta et selecta juvenitûs. Joannes vero assidue cum Basilio colloquia miscebat (*Chrys. de Sacerd. l. 1*), ut ipse refert libro primo de Sacerdotio, de vitæ sanctitate, de virtutibus asceticis deque aliis quibuslibet ad pietatem spectantibus. Dum in his versarentur, postquam anno 370 Meletius in exsilium missus fuerat, cum episcopales quædam sedes vacarent, rumor sparsus est, Joannem et Basilium ut illas sedes implerent ad episcopalem dignitatem promovendos esse. Re comperta Joannes timore percussus est: se enim, ita nempe modestus erat, tanto muneri longe imparem putabat; ne vero ad id honoris vel invidius raperetur, sese occidendi consilium iniit. Inter hæc Basilium hujusce rei fama permotus, Joannem amicum et consortem adiit, quem hæc ignorare putabat. Illi vero rem aperit, quid consilii capiendum ait rogat, an obtemperandum, an fugiendum, in utrumque paratus, et amici judicium expectans. Joannes autem, qui ut se indignum tanto officio rebatur, ita Basilium illo dignissimum, tum ex anteacta vita, tum ex tanto capessendæ virtutis desiderio; se damnun Ecclesiæ Christi maximum illaturum esse putans, si tam probum, tam ad salutem multorum idoneum, a munere suscipiendo averteret, respondit illi, rei consultationem aliud in tempus mittendam esse, nihil urgere, nihil præmature agendum esse. Quo tenderent istæ non advertens Basilium, amici consilium annexit.

Hæc pia fraude usus est Joannes, et quia rem urgere non ignorabat, sese occultavit. Haud ita multo elapso tempore, cum is qui ordinaturus erat adve-

nisset, raptus Basilium adducitur ut episcopus ordinaretur. Cumque reluctaretur ille, quidam ex præsentibus ei verba dederunt, clamantes, absurdum esse, eum qui omnibus ferocior videbatur (Joannem designantes), cum magna modestia Patrum placito obtemperasse; illum autem, longe prudentiorem et modestiorem, ferocire et vanam gloriam appetere. Hæc delusus arte ordinatus est Basilium episcopus Raphanecæ in Syria, et probabiliter existimat Baronius.

Circa annum vero, quo hæc gesta fuere, Hermantio et Tillemontio ad stipulor, qui eadem ad annum Christi 372, vel circiter referunt, putantque non ultra annum 374 posse differri. Unum est quod a tali computandi ratione avertere possit, quod nempe Joannes tunc 25, vel ad summum 27 tantum annorum esset, et Basilium ejusdem circiter ætatis, quæ ad tantum suscipiendum munus non idonea videatur. Sed licet ætas, qua episcopi ordinantur, major ut plurimum requiratur, non desunt exempla eorum qui ante 25 annum episcopi adlecti et constituti sunt, et alioquin ipse Basilium apud Chrysostomum ait in crimen a nonnullis vocatos fuisse eos, qui se ordinaverant, et qui Joannem ut episcopum consecrarent frustra quaesierant; utpote qui tot tantisque relictis viris, *adolentes*, heri ac nudius tertius in sæcularibus curis volutatos, ut ad breve tempus superciliis contraherent, pullas vestes induerent, vultusque tristitiam simularent, derepente ad tantum honorem adduxerint, quantum ne in somnis quidem assequi speravissent: quo arguitur admodum juvenes tunc fuisse Joannem et Basilium ejus condiscipulum.

Sic in episcopum coaptatus Basilium statim Joannem adit, et graviter cum illo conqueritur, quod fraude suâ ad tantum opus suscipiendum coactus fuerit (*Chrys. de Sacerd. l. 1. l. 1*). Tum Joannes, ut sese purgaret, fatetur revera opus esse grande, cui ferendo se imparem esse multis de causis, quas ibidem profert, probare nititur; sed quantacumque sit episcopatus recte gerendi difficultas, oportere tamen viros eligi, qui id muneris susciperent, cumque ille Basilium huic exercendæ dignitati maxime idoneum arbitraretur, nihil mirum, si ad id officii ipsum deligi, quantum fas sibi erat, curaverit. Totus vero dialogi more sermo contextitur, ubi tam præclare de sacerdotum dignitate, officio, muneribus edisserit Chrysostomus, ut vix parem hæc de re sermonem alicujus reperias.

Circa tempus, quo hos sermones edidit Chrysostomus, non una est scriptorum sententia, neque audiendi sunt qui volunt eo ipso dialogi cum Basilio habiti tempore, hocce libros ut nunc habentur, scripsisse Joannem. Nam vel ipsa ordiendi ratio aliquod elapsum tempus subindicat, et series tota rem meditatam et in otio adornatam præ se fert. Ait Socrates Joannem, cum diaconus esset, nempe ab anno 381 ad annum 386, quo presbyter ordinatus fuit, libros de Sacerdotio edidisse (*Socr. l. 6. c. 3*). Palladius vero secundum interpretationem Latinam Ambrosii Camaldulensis, Joannem in solitudine hos libros scri-

sisse dixit, nempe ab anno circiter 375 ad annum 381, quo ex solitudine in urbem rediit. Palladium incunctanter sequeremur, si in Græco textu, quem edidit Emericus Bigotius, eadem legerentur; sed cum ibi ne *minime* quidem hac de re compareat, a calculo ferendo supersedemus.

Anno 374, cum adhuc Antiochiæ maneret Joannes, in periculum incidit, quale narrat ipse in Commentario in Acta Apostolorum (T. 9. c. 274. n. 5). Cum sub Valente Imperatore perquisitio magna Antiochiæ facta est librorum magicorum et præstigiatarum, militesque circum urbem positi sunt, ne quis crimini hujusmodi obnoxius, elabi posset; tum quidam qui librum hujusmodi fecerat et scripserat, ne deprehenderetur, librum in flumen projecit. Sed cum haud dubiis indicis notum esset librum ab illo concinnatum fuisse, a militibus captus est, qui ut librum daret expetebant. Ille vero jam dare non poterat, sed, ut videtur, se fecisse negabat, verum auctis indicis et probationibus, pœnas dedit. Dum conjectus in flumen liber incompactus supernataret, accidit ut Joannes noster cum socio ad martyrium seu ecclesiam Martyrum pergens, juxta flumen iter faceret. Socius vero ipsius, ut ad oram supernatantem librum vidit, linteam esse putavit, ac descendens accepit. Joannes vero antequam quid id esset sciretur, repertæ rei partem ad se pertinere ridendo contendebat. Tum revoluta pagina socius magica scripta invenit. Accidit autem ut eodem tempore miles transiret. Hinc terror utrumque invasit; librum abjicere non audebant, ne viderentur ejus auctores esse. Tandem vero projicere, et Deo jurante a periculo crepti sunt.

Monachorum in montibus Antiochiæ vicinis vita. — Hoc fortassis eventu percussus Joannes, secessum ad monasteria in montibus Antiochiæ vicinis posita, quem jamdiu animo conceperat, ardentius appetiit (Fall. Dial. p. 41). Neque enim illi quidquam præstabilius videbatur esse vita illa, quæ tota divinis rebus addicta esset. Et ipse quidem jam penes matrem vitam ducebat monasticæ non absimilem, precationi, jejuniis, vigiliis, Scripturarum lectioni assidue intentus, inclusus semper manens, et segregatus a sæculo et a sæcularibus negotiis; attamen ad montes illum evocabat vita illa monachorum angelica, quam non semel ipse describit. Illi namque, qui sæcularia omnia abdicaverant, diu ante lucem quotidie surgere consueverant, et una collecti preces futebant Domino supplicantes, ut in medio periculorum hujus vitæ illasi præterirent, ac demum ante tribunal illud extremum sine metu et damno accederent. Tuneque surgentes horas matutinas psallebant, nec modico in his officiis insumpto tempore, ad laborem manuum properabant. Tum alii terram fodere, alii olera et legumina curare, alii aquam gestare, alii cistas et cilicia aliaque hujusmodi texere: nec deerant qui libris scribendis et exscribendis darent operam (T. 7. c. 643. n. 3. 651. n. 3. T. 1. c. 543. n. 3).

Partem etiam matutinarum horarum legendis

S. Scripturæ libris insumebant, indeque quidquid ad severioris disciplinæ legem pertineret hauriebant. Universi porro, tum ii qui excolendæ terræ exercitio sese dederant, tum alii qui in cellulis suis texendi vel consuendi officium peragebant, perpetuo silentio addicti erant.

Si tamen sæculares aliqui, tam sanctæ, tam arctæ vitæ fama permoti, ad cellulas eorum accederent; non jam tacebant illi, sed de iis quæ ad præsentis vitæ contemptum et futuræ beatæque desiderium alligere poterant haud illibenter verba faciebant. Unde interdum accidebat, ut ii qui hos invisendi causa tantum venerant, illo percussi spectaculo, idipsum vitæ genus amplecterentur.

Dies in partes quatuor distributa apud illos erat; singulæ vero partes divino officio terminabantur; Tertia nempe, Sexta, Nona et Vesperis, quæ alternis choris psalmorum cantu celebrabantur. Postquam vero jejuni, diem totum in precibus, labore manuum, psalmis, sacra lectione transegerant, ad cibum sumendum tandem conveniebant. Cœnæ apparatus totus erat panis cum sale, aliqui oleum addebant, senes autem et infirmiores olera vel legumina: aqua in potum satis erat. Post cœnam fosis precibus Deo gratias agebant, exindeque sedentes una de rebus ad salutem et cœlestem vitam spectantibus verba faciebant, demum fuis precibus, in storeis humi positus cubantes, tenuissimo cibo somnum levissimum subministrante, aliquot horis quiescebant, demumque præfecto leviter commonente et sine strepitu expergefati, surgebant ad priora repetenda. Vestitus totus ex pilis caprarum vel camelorum erat, aut ex pellibus usu tritis.

Ex manuum labore non sibi modo victum parabant; sed cum ita tenuis cœna perquam minimi sumptus esset, quæ supererant omnino pauperibus erogabant. Si quis vero hos per accederet, libenter a monachis excipiebatur, qui lotis ejus pedibus, quos penes se habebant cibos ipsi subministrabant, deque rerum terrenarum fluxa conditione cœlestiumque felicitate verba faciebant, ut supra diximus.

Hanc vitæ rationem suscipere Joannes noster cupiebat, utque ad illam se compararet, etiam domi exercitia quædam monastica sectabatur; verum ab hoc proposito deterrebat illum vitæ asperitas illa quam modo descripsimus. Ea de re audiendus ille est (Ad Demetrium de Comp. t. 1. c. 403. l. 25): *Cum nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula monachorum secedere, sollicite quærebam et sciscitabar, undenam necessariorum commeatu adfuturus esset, et num fieri posset ut panis recens et diurnus comederetur: an quis me coacturus esset eodem uti oleo pro lucerna et pro cibo; an quis me impulsurus ad miseram leguminum escam; an assignaturus opus durum, ut est, fodere, ligna deferre, aquam comportare, et cætera omnia hujusmodi ministeria; et ut summam dicam, multa de quiete corporis percontabar.* At hos ille, qui sese menti offerebant obices, virtutis et severioris disciplinæ amore ductus, tandem superavit, et ad illa montium

tabernacula conscendit: nihil potuere matris preces et lacrymæ, ut illum averterent a tam salubri proposito, sed Christi consilio obtemperat, matrem reliquit ut ipsam sequeretur.

Joannes in monasterio annos quatuor transigit.— Illo cum venisset (*Anno 374. vel 3 5 ineunte*), in Syrum quemdam incidit, severissimæ disciplinæ senem, et duriora ejus vitæ instituta imitatus est annis quatuor, luctans cum voluptatum scopulis, quos facile non tam labore quam ratione superavit (*Pallad. p. 41*). Paulo postquam ad montes secedendi causa se contulerat, a Demetrio amico rogatus librum de Compunctione edidit. Hoc primum specimen dedit scriptoris ad summa nati: hic quidquid ad suadendum validius excogitari potest adhibetur. Post hunc vero librum ad Stelechium alterum de Compunctione ardentiore stylo misit. In primo ad Demetrium se nuper ad tabernacula monachorum accedere decrevisse ait, et in sequentibus se illic tum versari insinuat: quare una fuit omnium opinio hoc opus edidisse Joannem paulo postquam ad monasteria se contulerat, et cum illic versaretur. Verum Tillemontius contra hanc sententiam, quam tamen omnino non respuit, se validissimum telum contorquere putat, cum ait, hic Joannem ita loqui, ut tum presbyter fuisse prorsus videatur. Verum ut in *Monito* ad hunc librum diximus, ut etiam monuimus autem librum de Virginitate, ita familiare est Chrysostomo, variorum personam induere, nempe episcoporum, presbyterorum, imo etiam conjugatorum, quod exemplis comprobatur, ut nihil hinc inferri posse omnino videatur. Tempus igitur ille aperte indicat, cum narrat se nuper ad monasteria secessisse.

Scribit adversus oppugnatores vitæ monasticæ aliosque. — Valens Imperator, qui Arianam hæresin sectabatur, dira in Catholicos, maximeque in monachos molitus est. Tamenque, dum frater ejus Valentinianus pius et Catholicus viveret, ne fratrem commoveret, a vexatione inferenda desistebat. Postquam autem Valentinianus e vivis excesserat anno 374, in Catholicos impune grassatur, maximeque in monachos, quos jussit ex sedibus pelli, ad militiam conscribi, et in carceres conjici. Sic Antiochiam tumultu terroreque replevit (*An. 375. vel 376*). Tunc amicus quidam Joannis in solitudine degentis illum adiit et precatus est, ut monachorum et monasticæ vitæ causam defenderet (*Chrys. t. 1. col. 320 et seqq.*). Rem tam immanem vix credere poterat Joannes: at ubi ex amici narratu verissimam esse comperit, tanto percussus dolore fuit, ut in lacrymas erumperet, Deumque precaretur, uti se ex hac vita tolleret, ne similia videre cogeretur. Tum is qui venerat, non jam tempus lacrymandi esse dixit, sed tanto malo occurrendum esse, quod ipse poterat, si scriptum ederet, quo violentiam hujusmodi sedare posset. Respondet Joannes metuere se ne gentiles Ecclesiæ Dei insultarent, si mala ejus ex scripto suo discerent. Reponit ille, istæc omnia jam gentiles cognosse: Christianosque esse multosque sibi notos qui talia

perpetrarent. Tum vero Joannes amicum dimittens, se id facturum pollicitus est: atque hosce tres libros edidit. Prioris titulus est, *Adversus Oppugnatores vitæ monasticæ*: in secundo, cui titulus, *Ad infidelem patrem*, idem argumentum persequitur: in tertio, cui titulus, *Ad fidelem patrem*, rem accuratius exponit, ostenditque quam difficile sit in mundo versanti salutem consequi, et filios secundum Christianam legem educare. In masculorum vero concubitores acerrime invehitur: quod nefarium scelus Antiochiæ ita invaluerat, ut periculum esset, inquit, ne sexus mulieribus jam superfluis efficeretur. In secundo libro historiam refert cujusdam amici sui, qui solitariam vitam amplexus fuerat: *cujus pater infidelis erat, dives, spectatus et clarissimus. Is primum concitavit principem, minatus est vincula, ipsamque filium omnibus exitum in aliena terra reliquit, necessarii etiam alimentis egentem: hoc modo putans se illum ad sæculi vitam reducturum. Postquam autem illum in multo tibi cedere vidit, victus tandem palinodiam cecinit. Ac nunc in honore filium habet, eumque magis, quam si pater suus esset, veneratur: cumque alios habeat filios, spectatos, eos ne dignos quidem qui servi hujus sint arbitratur: ipse quoque propter filium longe clarior est.*

In tertio autem libro alteram refert historiam juvenis cujusdam nobilissimi, cujus pædagogus monachus erat, a quo pædagogus totum Joannes edidderat. Hujusce pueri pater Christiani officia parum curabat, mater vero pietate prædita erat et admodum religiosa. Pater filium ad sæculares solum dignitates promovere cogitabat; mater vero id unum curabat, ut per vitæ sanctitatem regnum cælestè mereretur, et quidem per vitæ monasticæ exercitia. Ex educationis autem modo totum pendebat: quapropter conjugii suasit ut illum Antiochiam mitteret, ut ibi linguam Latinam et Græcam edisceret antequam balteo præcingeretur; quæ baltei præcinctio tunc ad magistratus et nobilissimos viros pertinebat. Sub hæc autem solitarium ex montibus evocavit, ab illoque petiit, ut filii sui Antiochiam ad studia mittendi curam haberet, ipsique pædagogi loco esset. Obnitebatur ille ac dicebat, id officii non posse competere monacho. At illa obnixis precibus tam vehementer iustitit, ut demum monachus obsequeretur. Cum puero igitur Antiochiam venit. Joannes vero, qui tunc in urbe erat, et illum in monasterio degentem viderat, percontatus est quid causæ esset ut tale officium susciperet. Ille vero rem narravit ut supra. Puerumque sic instituit, sic ad monasticæ vitæ amorem inflammavit, ut paulo postea in solitudinem secederet, et ibi monasticam vitam exerceret. Verum Joannes noster metuens ne pater ejus, qui natura iracundus erat, in furorem versus, et pædagogum et monachos male multaret, domum repetere coegit: ubi ille a pædagogo sic institutus, lectioni Scripturæ sacræ, jejunis, vigiliis cæterisque monasticis exercitiis dabat operam: cumque ingenio valeret, alios etiam pueros ad idipsum vitæ genus allexit. Pater vero ipsius nihil non egit ut illum ab hoc vitæ genere

averteret; at ille feliciter coëptis ita firmiter hærebat, ut nihil posset eum alio abducere.

Eodem circiter tempore emisisse videtur Chrysostomus opusculum illud elegans, quod inscribitur, *Comparatio Regis et Monachi* (T. 1. c. 387). Hic vero probat eum qui philosophiæ, id est vitæ monasticæ dat operam, regem verè dici posse; imo rege ditio-rem et potentio-rem, in bello fortio-rem, hominibus demerendis ac beneficio ornaudis aptio-rem, in obitu beatio-rem.

In spelunca per biennium inclusus manet. — In montibus et in tabernaculis monachorum Joannes noster per quadriennium asceticam egit vitam (*Pallad. p. 44*), in jejuniis, vigiliis, psalmodiarum cantu, cæterisque ejusmodi exercitiis diem et partem noctis maximam transigens, solo pane et aqua, additis fortasse oleribus vel leguminibus, victitans: neque tam severa disciplina et victus ratione remissior effectus est, imo verò ardentior evasit, et post quatuor elapsos annos in speluncam se solus inclusit. Quid vero istic ageret, non est disquirendum, neque a scriptoribus narratur, certum tamen est eum nihil non egisse ut carnem domaret et Deo ferventiore jungeretur amore. Per biennium autem istic inclusus mansit, longiores haud dubie facturus moras, nisi adversa valetudine laborans, ex spelunca et ex montibus in urbem redire coactus esset. Illud vero accidisse omnino videtur anno jam vertente 380: ita enim constabit a nobis constituta temporum ratio: si nempe vel vertente anno 374, vel ineunte 375, ad montes et monasteria se contulerit, ibique sex annos aut circiter transegerit, ut Palladius refert.

Annis 380, 381. Redux domum scribit ad Stagiriam. T. 1. c. 423. — Redux domum et infirmitate corporis laborans inclusus manere cogebatur, advenientium visendi causa amicorum colloquiis animum recreans et ægritudinis incommoda leniens. Paulo post reditum suum, et quidem, si Socrati fides sit, postquam diaconus a Meletio ordinatus fuerat, libros ad Stagiriam a dæmone vexatum, et sibi antea familiarem, scripsit anno 380 vertente, vel 381 ineunte. Quod autem id factum sit cum domi esset, et capitis dolore corporisque infirmitate detentus egredi non posset, ipse declarat initio primi libri his verbis: *Uportuerat nos tibi nunc adesse, atque in ærumnarum tuarum consortium transire, ac verbis exhortando, opere jubando, cunctaque reliqua pro virili nostra parte inferendo obsequia, partem aliquam lenire mæroris: quoniam vero et corporis mala valetudo, et invectus in caput nostrum dolor, domi nos manere compulerunt, nobisque tanti luctri ministerium abstulerunt; jam quod reliquum est pro consolatione tua et pro utilitate nostra, hoc ut facultas nostra feret, inducere non negligemus.*

Hæc initio verba Joannis attulimus, quæis Tillemontii objectioni respondeamus, qui dicit: Joannes omnia quæ de Stagirio narrabantur, se audisse dicit: si vero Antiochiæ fuisset, vidisset ipse, nec solum auditu percipisset ab aliis. Unde infert tunc Joannem in solitudine vel in spelunca, non Antio-

chiæ fuisse. Cui objectioni Joannes a principio aptissime respondit ut supra: unde liquet illum domi infirmitate laborantem hæc scripsisse, non autem in spelunca degentem.

Stagirus igitur nobili loco natus, a teneris in Christiana fide educatus, principio quidem terrenis rebus addictus erat; sed brevi postea abdicatis facultatibus mundique deliciis, vitam monasticam, invito licet reluctantique patre, amplexus est. Initio tamen non ita diligenter, ut par fuisset, sed oscitanter et perfunctorie res asceticas tractabat, generisque sui fiducia fretus, monentes se ægre admittebat. Verum prospiciente numine, ne post peractum tantarum opum sacrificium, levius præmium Stagirus referret, a dæmone corripitur et exagitur; ita ut distortas manus vidisses, torvos oculos, oris spumam, horrendam et confusam vocem, corporis tremorem, diuturnam sensus privationem: ac repetitis frequentibus vicibus usque adeo vexatur, ut in desperatas sibi mortem consciscendi cogitationes interdum veniret. Hinc mæror et tristitia ingens. Vis omnes placandi Dei tentantur; nulla proficit: sanctorum preces adhibentur, nec vexationis finis impetratur. Hic tamen ex tot ærumnis fructus percipitur, ut qui olim oscitanter se gerebat, jam ferventius pia exercitia adiret.

Narrat autem Theophili Ephesii, qui et Joannis et Stagirii amicus erat, evocatur ad tantæ calamitatis solatium Joannes, ipsius amicus: qui cum morbo detentus, domo excedere non valeret, tres hosce libros scripsit, leniendo dolori opportunos: ubi exemplo sanctorum utriusque Testamenti probat Deum vel carissimis sibi viris atrociora ideo immisisse mala, ut majora præmia splendidioreque coronas tribueret. Animum ait calamitatibus afflictum, ferventius Deo divinisque rebus hære: maculas omnes et vitia hac ratione citius abstergi: ut ipsius Stagirii exemplo comprobari poterat, qui oscitantia, torpore, tumore eliminatis, jam inter ferventiores Christi athletas primas teneret. Exemplumque offert Demophili cujusdam sibi amicissimi viri, Aristoxeni et aliorum in xenodochio degentium, qui cum patientia magna diris vexabantur doloribus. Hæc ille fuse et *patheticè* pro more suo prosequitur, ac cuilibet leniendo mærori remedium offert legenti.

Joannes vero, qui, cum primum ad Stagiriam librum scribere coëpit, ipsum adire non poterat; morbo ut credere est relevatus, ipsum adit antequam hosce libros absolveret, ut ipse non semel insinuat. Domi morbo detentus erat, quando plurimis narrantibus Stagirii calamitatem edidit, ut ipse ait; verisimileque est ipsum in hoc incidisse morbos, corporis ægritudinem et capitis dolorem, cum in spelunca, ubi biennium transegit, debile corpus maceraret, et animum exercitiis asceticis perpetuo intentum detineret. Postquam autem vi morbi in urbem et domum suam redire coactus est, necdum a morbo recreatus, hæc de Stagirio plurimis narrantibus audivit.

Diaconus ordinatur anno vertente 380, vel ineunte 381. — Ait Socrates, quem sequuntur Hermianus alique omnes, uno excepto Tillemontio, Joannem jam diaconum fuisse, quando ad Stagiriam librum, quando morbo detentus manebat domi, duosque alios postquam recreatus a morbo, diaconus ordinatus fuerat? Verum hæc salebris plena sunt, nec potest quid certo pronuntiari: ita nempe breviter et obscure hæc narratur a Socrate et Palladio. Ut ut res est, ordinatus diaconus fuit a Meletio vel anno vertente 380, vel ineunte 381: nam ineunte vere ejusdem anni 381 Meletius Constantiopolin se contulit, ibique diem clausit.

Libros ad Viduam juniorem scribit. — Paulo postquam diaconus electus fuit Joannes (*Vide Monumentum, c. 1. c. 595*), ut ex ipsa ejus narratione diligenter explorata jam suo loco statuimus, videlicet vertente anno 380, vel ineunte 381, libros duos ad Viduam juniorem emisit, hac ductus occasione, quam ipse pluribus enantiat. Therasius, vir inter primarios sui temporis conspicuus, genere facultatibusque insignis, quem spes erat ad præfecturas perventurum esse; ad hæc probitate, modestia, pietate ornatus: in ætatis flore diem obiit extremam, postquam annos tantum quinque cum uxore egerat. Quam ut consolaretur hunc librum edidit Joannes: et primo Dei singularem erga viduas exhibitam curam ob oculos ponit, quibus etiam viri loco esse probat. Hinc honestæ viduitatis dignitatem ex Pauli verbis celebrat, neque proborum obitu gaudendam esse demonstrat. Postea humanæ vitæ volubilitatem ut ostendat, exemplum affert quorundam insignium virorum, qui ad majorem erecti dignitatem, præcipiti violentaque morte sublati sunt. Nec iis beatiore esse ait Imperatores, sed quo majore fortuna tollantur in altum, eo graviore lapsu ruere. Hinc Imperatores sui temporis recenset, qui suo ævo misere perierant; non prolatis nominibus, sed involutis verbis, quæ nos explicavimus in Monito. Erant autem Imperatores illi novem numero, ex quibus duo tantum communi morte sublati fuerant: novem illi sunt Constantinus et tres filii ejus Constantinus, Constantius et Constans, Gallus, Julianus, Jovianus, Valentinianus et Valens. Hinc transit ad Augustas et Imperatrices, quæ infeliciter perierant, et obscuriora profert, quæ vix ad historiam istius ævi quadrare possint: quæ nos pro facultate explicavimus in eodem Monito.

Hunc ad Viduam juniorem librum sequitur alius liber vel homilia, quæ etiam ad Viduam juniorem inscribitur. Verum hic non viduam unam, sed viduas omnes juniores alloquitur, quas cohortatur ut in viduitate permaneant, non quod secundas nuptias damnet, sed quod sic liberiores maneant, et cælesti sponso Christo se arctius jungere possint.

Librum de Virginitate scribit. — Longissimum et eximium de Virginitate librum, qui plusquam 68 paginas implet, emisisse Joannem putamus Antiochiæ et antequam presbyter esset. Quod enim Antiochiæ

ediderit, ipse testificatur homilia undevigesima in Epist. ad Corinthios his verbis: *Si autem præteritus ea quæ dicenda essent de virginitate, nemo nos negligentis damnet. Integer enim liber in hunc locum a nobis est editus: et cum, quam potissimum accuratissime et diligentissime, omnia illic persequuti simus, asperitatem esse duximus ea rursus hic exponere.* Locum porro illum, quem homilia undevigesima in Epistolam 1 ad Corinthios in argumentum sibi proponit, scilicet, Bonum est homini mulierem non tangere, etc., in hoc de Virginitate libro perpetuo versat et discutit; ita ut perinde certum sit hunc de Virginitate librum in homilia illa commemorari: ut certum est, ipso teste Chrysostomo, et fatente Tillemontio, Homilias in Epistolam 1 ad Corinthios Antiochiæ habitas fuisse.

Verum V. Cl. Tillemontius tantam huic enervandæ sententiæ difficultatem se reperisse putat, ut illa abductus, Joannem jam episcopum et Constantiopolim librum hunc edidisse decernat, quia videlicet quodam in loco ille quasi episcopus loquitur. Sed objectionem illam confutamus in Monito ad hunc librum T. 1. c. 531: ubi clare probamus ipsum in loco illo ex Pauli persona loqui; et passim alibi illum episcoporum, conjugatorum et aliorum personas sic assumere comperimus.

Indubitatum itaque est, ipso reclamante Chrysostomo, librum de Virginitate emissum Antiochiæ fuisse, ita ut ex verbis ejus argui posse videatur, ipsum tunc in multorum manus devenisse. Quo tempore autem illum scripserit, nusquam reperimus; probabiliter tamen dici posse puto, ipsum antequam presbyter esset hunc librum adornavisse, cum plus sibi otii esset. Postquam enim presbyter ordinatus fuit, concionandi officio frequentissime fungebatur, ut non vacaret ipsi tam prolixos concinnare libros. Alioquin autem, si presbyter hæc scripsisset, in homilias, ut credere est, totum distribuisset, ut homilias de Pœnitentia, de Incomprehensibili, de Lazaro, etc.

De sancto Babyla librum scribit. — Huc referendus liber ille in sanctum Babylam (T. 2. c. 527. 533), contra Julianum et contra Gentiles, quem Antiochiæ scripsit et ex memoriæ lapsu Hermianus pro homilia habuit. Temporis notam hic Joannes noster affert, cum dicit jam vigesimum annum agi ex quo Julianus Apostata templum Jerusalemitanum restaurare conatus est. Id vero tentavit Julianus anno Christi 362: unde sequeretur Joannem anno 382 hunc adornasse librum. Verum solet ille non tanto scrupulo has sææ etiam ætatis notas apponere, ut in Monito ad hunc librum pluribus comprobatur (T. 2. p. 525). Hoc unum sine errandi periculo dici posse videtur, illum nempe cum diaconus esset hunc librum scripsisse, ab anno nempe 381 ad 385 et 386 ineuntem.

Argumentum libri est historia martyrii S. Babylæ episcopi Antiochei declamatorio more, exque rumore vulgi plerumque recensita, tropis redundans: in qua veritatem sæpe desideres. Nam ut certum

existimo S. Babylam pro Christo cæsum fuisse; ita genus et causa martyrii ex populi rumore potius, quam ex vera reorum gestarum historia a Joanne proferri non dubium est. Quis enim, quæso, ille fuerit Romanorum Imperator Christianus, qui inita cum rege barbaro pace, ea conditione, ut filium ille sibi educandum traderet, acceptum pro pignore pacis filium confestim jugulaverit, eaque de causa a beato Babyla Ecclesiæ aditu interclusus, eundem S. præulem in carcerem trudi et obtruncari jussisset? Hunc Imperatorem quidam sive scholias, sive librarius dicit esse Numerianum: quo quid ineptius? Nam vel Christianum dicere Numerianum, vel interfecitorem ejusdem filii regis barbarorum, æque cum vera pugnat historia. Nec magis creditur Actis quibusdam a Bollando editis ad 24 Januarii, ubi Numerianus idolorum cultor inducitur S. Babylam tentans ad impietatem suam trahere, ipsumque cum pueris quibusdam martyrii gloria afficiens: quæ certe non possunt ad Babylam nostrum referri.

Verisimile igitur est hic Imperatorem Philippum memorari, qui imperii invadendi causa cæso Gordiano Augusto, postquam per tantum scelus voti compos factus Antiochiam venerat, Paschatis tempore ad ecclesiam, precum mysteriorumque consors futurus, accedebat. Quo comperto S. Babylas accedentem Imperatorem repulit, ecclesiæ aditu interdixit, et pœnitentium loco se sistere jussit, donec pœnitentia abluto expiatoque scelere, ad communionem Ecclesiæ postea reciperetur. Hanc a S. præule repulsam, grato animo modesteque tulisse Philippum, narrat Eusebius, itemque pœnitentium locum adiisse; ac tum, postquam tam grave peccatum secundum Ecclesiæ statuta per confessionem deposuerat, in Ecclesiam admissum fuisse. Sub hæc autem, imperante Decio, Christianorum hoste, S. Babylas pro Christo cervicem dedit. Quod de pœnitentia deque Christianismo Philippi ab Eusebio dicitur, non quasi certum, sed ceu a quibusdam ab se auditum, narratur, et a multis vocatur in dubium. Verisimile porro est, ex historia illa Gordiani a Philippo cæsi, manasse illum, quam superius ex Chrysostomo retulimus; sed ita deturpatam deformatamque in omnibus fere sui partibus, ut alia penitus esse videatur.

Longe saniora esse videntur quæ de Reliquiis S. Babylæ ex suburbio Daphnes in urbem Antiochiam translatis Chrysostomus recenset; necnon de templo Apollinis divinitus fulmine tacto et combusto. Horum enim non ipse modo Chrysostomus oculatus testis erat, sed etiam omnes ejus auditores, quos in homilia ante hunc librum posita alloquitur. Illius enim prodigii cum in homilia, tum in libro de Babyla mentionem facit: in libro autem rem fusius prosequitur, et irridendi causa sophistæ Libanii monodiam seu lamenta minutatim refert, quæ magnam libri partem occupant, queis Libanius deplorat casum illum stupendum, quo Apollinis magni templum immisso igne combustum fuerat.

Libri de Sacerdotio. — Libros etiam de Sacerdotio

vel cum diaconus ordinatus fuit, si Socrati sit fides habenda, vel paulo ante quam ordinaretur composuit. Qua de re jam superius actum fuit.

In hoc etiam circiter tempus (T. 6. c. 305) referenda videtur Synopsis illa Scripturæ sacræ, cujus magnam partem edidimus: non enim integra ad ævum usque nostrum pervenit. Opus esse genuinum probavi in Diatriba, ad quam lectorem mittimus. Sane synopsis Scripturarum scripsisse eum qui divinis literis addictus, earum lectioni et meditationi perpetuam dabat operam, facile credatur. Alia vero argumenta, quæ in Diatriba attulimus, orbi literario exploranda et ad trutinam examinanda mittimus.

Presbyter ordinatur a Flaviano. — Joannes itaque noster per annos aliquot (an. 386) diaconi tam probe functus officio, cum jam tot specimina dedisset eximie eloquentiæ cum pietate conjunctæ, a Flaviano episcopo presbyter ordinatur (Vide *Palladium*. p. 41. 42. et *Tillemont.*). Noverat enim ille Verbi Dei præconem summum fore Joannem nostrum, qui etsi concionatus numquam fuerat, jam ex scriptis suis talenti sibi crediti uberrimas dederat primitias. Ordinatus autem est ante Quadragesimam anni 386, ut ex infra dicendis constat. Nee mora: postquam ad sacerdotale ministerium assumptus fuit, ad concionandi officium deputatur a Flaviano: quo præsentem primam homiliam dixit, et cum summa modestia animique demissione orsus est. Se non semel adolescentulum, vocat, etsi pene quadragenarius jam erit; se peccatorem dicit, additque Davidem, caelum, terram, elementa omnia, feras bestiasque, homines et angelos ad Deum laudandum et celebrandum provocare, peccatores vero numquam. Hinc ad Flaviani tunc præsentis laudes se convertit, atque illum in sumptuosa domo educatum, jam asperam et squalidam gregis sui pascendi causa vitam agere. Demum ejus antecessorem laudibus extollit Meletium.

Post hanc primam concionem opinatur vir sagacissimus Tillemontius habitam fuisse homiliam secundam in Oziam et in Seraphinos, at levibus permotus seu rationibus seu conjecturis, quas etiam ille dubitando profert. Nam ut in Monito (T. 6. c. 93) ad Homilias de Seraphinis diximus, hæc homilia proferri non potuit ante annum 388, ut in Monito eodem probatur.

Conciones in Genesim. Anno 386. — Verum optime opinatur idem Tillemontius (Tillemont. p. 42), cum dicit putare se octo Sermones in Genesim, qui Tomo quarto Homilias in Genesim sequuntur (T. 4. c. 581), habitos fuisse ineunte Quadragesima anni 386. Id enim perspicue declarat Chrysostomus, cum secundum sermonem his verbis orditur: *Numquid meministis quæstionum, quæ nuper vobis propositæ sunt? In tantam enim arrogantiam et audaciam nos provexitis, ut quæstiones intrepide aggrediamur: imo nec arrogantiam nec audaciæ id facinus est. Non enim viribus nostris confidentes, sed antistitum precibus ac vestris omnia committentes ad stadium nos accinximus.* Hic clare vides Chrysostomum ad stadium se accingentem, et Quadragesimæ sermones primum ineuntem, soque

pene audaciæ intresantem quod rem tantam aggrediretur : quæ certe omnia Quadragesimales sermones prima vice incipientem indicant. Non enim ea usus est ordiendi ratione anno insequente 387, cum Sermones de Statuis per totam Quadragesimam habuit. Itaque hi sermones sine dubio pertinent ad annum 386, quo incunte presbyter ordinatus fuerat, et annis saltem duobus ante quam Homilias 67 in Genesim, quæ in eodem Tomo præcedunt, haberet, hos sermones dixerat; ubi plurima passim animadvertas, quæ iisdem sæpe verbis in homiliis illis observantur.

In his concionibus, etiamsi inter primas quas Chrysostomus habuit numerentur, non modo eloquentiam, ubertatem in dicendo, nitidum genus verborum, et inventionis felicitatem admireris, quæ in cæteris omnibus ejus operibus elucet, ubi stylum semper videmus populari assensioni accommodatum; sed etiam animadvertas quantum ad extemporaneam declamationem semper comparatus fuerit tantus artifex, et quam ad res quantumvis inopinatas stylo persequendas præsto fuerit. Hoc uno rem exemplo percipias. In Sermone quarto num. 3, cum accedente nocte lucernæ ecclesiæ accenderentur, auditores aversis a concionatore oculis, ad lucernas se convertunt: hinc ille statim eorum socordiam carpit, et multa haud dubie imparatus, dicit præclare, ac si rem meditatibus accessisset, qui tamen hæc prævidere nullo modo potuerat.

Homilia in S. Meletium. — Hoc circiter tempore homiliam dixit in S. Meletium, a quo ipse lector et postea diaconus ordinatus fuerat. Tempus ipse Chrysostomus in concione profert cum dicit: *Quintus enim annus jam præterit, ex quo ille migravit ad Jesum.* Obiit autem Meletius Constantinopoli, illo evocatus ab Imperatore anno 381 circa finem mensis Maii. Quamobrem post mensis Maii anni 386 habita fuerit hæc homilia, ante capsam Reliquiarum ejusdem sancti. Non in anniversaria obitus die: neque enim dixisset Chrysostomus jam præterisse annum quintum: sed fortassis in die translationis Reliquiarum ejus Antiochiam, quæ incidere videtur in duodecimum Februarii, qua die Martyrologia Græcum et Romanum ejus festum annuntiant. Qui calculus si stet, et si Martyrologia diem translationis accurate notent, quod tamen secus non raro contingit, hæc concio habita fuerit duodecima Februarii anni 387, post annos quinque et octo cum dimidio menses. Ut ut res est, certum omnino videtur hanc homiliam pronuntiatam fuisse, vel anno 386 post mensem Maium, vel ineunte anno 387. Meletium vero tanto amore prosequabantur Antiocheni, tanta apud illos erat ejus nominis fama, ut omnes fere filiis suis Meletii nomen imponerent, et illius imaginem ubique pingerent, imprimerentque in annulis, sigillis et phialis, referente Chrysostomo.

Concionatori tanto innumera sese offerebant orandi et arguendi causæ et occasiones: Antiochenorum multorum dissoluti mores, et effrenata quorundam in peccando licentia, quam in serie homiliarum fre-

quenter impeti videbimus: hæreticorum varii generis, maximeque Anomæorum, depravata doctrina, qui quotidie contra Catholicos velificabantur; Judæorum quoque Christi inimicorum ausus, quos in quadam saltem rituum parte sectabantur aliquot Christiani. Et Anomæos quidem adoriendi propositum jam pridem susceperat, atque in primis suis homiliis ipsos impetere orsus esset; sed cum videret illos concionibus interesse suis, et cum voluptate aures sibi præbere, *ne prædam abigeret*, inquit ille, utque illorum animas irretiret, linguam ab hujusmodi certaminibus aliquamdiu coercuit.

Cæptæ autem sunt conciones illæ contra Anomæos aut vertente Julio anni 386, aut ineunte Augusto: qui calculus constare deprehenditur ex iis quæ de prima contra Judæos homilia dicuntur in *Monito* (*Vide in Monito t. 1. c. 837—844*) ad illas contra Judæos homilias, ubi ex ipsis Chrysostomi verbis arguitur primam habitam fuisse mense Augusto ejusdem anni 386.

Conciones contra Anomæos. — Non una serie et continenter dictæ fuerunt conciones istæ contra Anomæos; sed illarum cursus interceptus est sub initium, quando ingruente casu contra Judæos disceptandum fuit. Deinde vero contra Anomæos et contra Judæos alternis vicibus concertatum est. At vices illas metiri non possumus intervallis æqualibus.

In prima itaque contra Anomæos concione, postquam dixerat, ut vidimus, qua de causa pridem susceptum consilium illos impugnandi aliud in tempus transmisisset, nempe, ut auditores qui sibi benevoli videbantur, irretiret: demum hortantibus ipsis Anomæis ut in arenam descenderet, illorum errores impetere orsus est, amico tamen animo, non ut adversarios feriret, sed ut jacentes erigeret.

Secundam contra Anomæos homiliam interposito plurimorum dierum spatio pronuntiavit. Multa enim Chrysostomus a destinato cursu interpellavit; contra Judæos nempe habita, eaque admodum necessaria, concertatio, de qua, his contra Anomæos recensitis, pluribus agemus; Patrum quorundam *spiritualium* (sic ille) *adventus*, de quibus suo loco narrabitur. Demum illis ad loca sua reversis, sanctum præconem exceperere memoriæ martyrum frequentes; quibus celebratis intermissam contra Anomæos concertationem repetiit.

In tertia idem argumentum *de Incomprehensibilitate Dei* contra adversarios prosequitur. Sub finem vero in auditores accerrime invehitur, quod concione, quam libenter audiebant, soluta, sese statim subducerent, et sacris mysteriis, quæ continuo celebrabantur, non interessent.

In quarta, post solitas contra hæreticos velitationes, cœtui gratulatur, quod monitis suis morem gesserit, pravamque ante sacra mysteria recedendi consuetudinem abjecerit: dolet tamen, quod marsupiorum sectores quidam concionem interturbarent, monentque ne aurum argentumve in marsupis deferant, si velint talem pestem abigere.

In quinta demum, iis breviter retractatis, quæ prius dixerat, nova adhibet contra Anomæos argumenta. In his porro concionibus elucet Chrysostomi non solum eloquentia, sed etiam vis argumentorum. Nec minus suscipiendæ sunt responsiones ad objecta hæreticorum, quibus asperguntur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valeant. Ita ut haud a vero aberraverit si quis has homilias inter præstantissima sancti doctoris opera computaverit.

Concio in S. Philogonium. t. 1. c. 747. — Post quintam, quæ mense Decembri (A. 386. *Decemb.*), ut verisimile est, habita fuit, Chrysostomus ad nova tela contra Anomæos vibranda paratus, ut ipse dicit, die festo S. Philogonii episcopi Antiocheni, qui in vigesimam Decembris, quinque diebus ante Natalem Domini, inciderebat, interpellatus fuit, ejusque panegyricum pronuntiavit, ipsum tamen non absolvit, sed maxima præconi parte Flaviano episcopo, eadem die concionaturo, relicta, in orationis medio cursum interceptit, ut populum ad Natalem Christi rite celebrandum hortaretur, ac postquam peccatoribus penitentiae resipiscentiaequæ modum præscripsit, orationem claudit.

Sequentem de Consubstantiali homiliam contra Anomæos habuit, ut indicat ipse, paucis diebus postquam de eodem argumento concionatus erat, ineunte videlicet anno 387, et quantum conjectare licet, quinta Januarii die, qua circenses ludi celebrabantur. Sic enim ille concionem incipit: *Iterum circenses, iterum nobis imminutus est conventus.*

Die sequenti ut confutaret Anomæos, qui ex petitione filiorum Zebedæi et ex responsione Christi, *Sedere autem ad dexteram vel sinistram meam non est meum dare vobis*, oppugnandi ansam arripiebant, eam habuit homiliam quæ octava inscribitur.

Hanc concionem sequitur illa de Lazaro quatruidano (T. 1. c. 779), in qua Anomæorum argumentum ex historia Lazari quatruidani petitum confutatur. In hanc vero *illegitimitatis* suspicionem injicere conatus est quidam nuperus, qui non adverterat hanc de Lazaro quatruidano luculenter commemorari in sequenti de Christi precibus, quoniam hæc homilia in editione Saviliana longo intervallo a sequenti separata erat: verum ejus argumenta pluribus confutavimus in Monito ad has homilias col. 779.

Altera de Christi precibus continenter post Homiliam de Lazaro habita est. In hac egregie demonstratur Christi preces ad Patrem directas, non probare illum esse Patre minorem. Utramque vero habuit ineunte anno 387, paulo post quam alias contra Anomæos dixerat, ut ipse refert in secunda, num. 2, ubi ait se nuper, de gloria Unigeniti dixisse. Sic enim conciones de Incomprehensibili non semel appellat.

Duas alias contra Anomæos conciones ille habuit Constantinopoli (T. 1. c. 795), ubi illa hæresis grassabatur, ut et Antiochiæ: de illis autem suo loco agetur.

Conciones contra Judæos. — Homiliarum vero contra

Judæos ordinem in prius Editis mire perturbatum, Deo dante, nec sine labore restitimus (T. 1. c. 837). Primam homiliam habuit, postquam certamina contra Anomæos orsus, primaque jam habita concione, instantibus Judæorum feriis, scenopegiis, jejuniis, quibus Christiani quidam Antiochei, partim spectandi, partim etiam una celebrandi atque jejunandi causa interesse solebant: huic ille morbo ut mederetur, concertationis contra Anomæos cursum interceptit, ac Judæos Judæorumque sequaces adortus est. Qua vero anni tempestate hæc concionari cœperit, ipse paulo post initium homiliae primæ testificatur his verbis: *Feria miserorum atque ærunosorum Judæorum continua et frequentes instant, tubæ, scenopegia, jejunia.* His notatur haud dubie mensis Tisri, sive September, cujus decimo quinto die incipiebat scenopegia, seu festum Tabernaculorum. Illo autem mense plures apud Judæos occurrebant dies festi, quam in quolibet alio totius anni, ut videas apud Buxtorfum, Leusdenum et alios. Quod etiam indicat Chrysostomus, cum dicit *assidui et crebri.* Hanc solemnitatem frequentiam aliquot diebus antevertisse Chrysostomum; tum præmissa verba declarant, tum mox afferendæ testificantur. Quare mense Augusto primam homiliam dixisse videtur.

In hac vero homilia, ubi Christianos illos insectatur, qui religionis causa Judæorum sacra ferius, aedes adirent, rem affert singularem, cui ille interfuit, et quam prætermittere non licet. Postquam hæc Evangelii Joannis verba attulit (T. 1. c. 847. l. 27), *Si enim Patrem meum nossetis, et me nossetis: neque vero me nostis, nec Patrem;* ita pergit: *Quod testimonium hoc fide dignius adducum? Si Patrem non norunt, Filium crucifixerunt, Spiritus auxilium repulerunt, quis locum illum esse dæmoniorum diversorium affirmare non ausit? Non adoratur ibi Deus, absit; sed idololatriæ deinceps locus est: et tamen aliqui illis tamquam sacrariis adherent. Atque hæc non conjectariis adductus dico, sed ipsa edoctus experientia. Nam ante hoc triduum, mihi credite, non mentior, matronam quamdam honestam, ingenuam, modestam et fidelem vidi, quam homo quidam impurus, opinione Christianus (taliam enim audentem, sincerum Christianum non dixerim), Hebræorum ædem intrare, ibique jusjurandum de negotiis sibi conceditis dare cogebat. Ut vero illa opem implorabat, et vim sceleratam amoliri cupiebat; sibi enim, quæ divinatorum mysteriorum consors facta esset, illum locum adire, nefas esse putabat: incensus ego zelo atque ardens surrexi, nec illam ad prævaricationem trahi sum passus, eripuique ab iniqua ista abductione. Postea eum qui traxerat illam, Christianusne esset, rogavi: cui confitenti graviter institi, fatuitatem exprobrans, extremamque dementiam, et asinis illum præsiare negavi, sicut Christum se adorare profitens, ad Judæorum, qui ipsum crucifixissent, speluncas quenquam traheret. Productoque longius sermone, primum jurare prorsus non licere, neque ad jusjurandum quempiam incitare, ex sacro Evangelio docui: deinde, non fidelem et initiatum, quin neque eum qui nondum sit initiatum, in istam no-*

cessitatem trahendam fuisse. Postquam diu multumque loquutus animum ejus ab errore opinionis liberavi, causam sciocitatis sumi, cur ecclesia relicta ad Judæorum collegia illam traxerit. At ille multos sibi dixisse inquit, jusjurandam, quod ibi daretur, magis formidandam esse. Ob quæ ingemiscebam, et ira incendebar, hinc rursus ridebam. Carnens enim diaboli astutiam ingemui, quod hominibus id persuadere posset: considerata vero eorum qui decipiebantur socordia; excandui, et eorumdem quanta esset amentia mecum reputans, risi. Risit igitur ille, licet rei gravitas adimeret jocandi facultatem; sed jocus ille nihil de gravitate decerpit.

Secundam homiliam decem aut pluribus elapsis a prima diebus habuit, ac quinque diebus ante, quam Judæorum jejunium adesset, ut sic ipse declarat initio: *Illegitimam igitur ipoorum jejunium post quinque dies deinceps instat: at ego ante decem dies, vel plures, cohortationem ad vos habui, ut fratres vestros præmunerem.* Ne vero dubites hanc ipsam esse, quam secundam contra Judæos habuit, vide quomodo ibi de prima loquatur num. 3: *Non audistis in priori concione, quam clare fuerit oratione demonstratum, ipsas animas Judæorum, et loca ubi congregantur, a dæmonibus habitari?* Id vero, nempe et animas Judæorum, et loca eorumdem a dæmonibus habitari, conspicue et fuse probat ille homilia prima contra Judæos num. 6: ita ut certo certius sit, illam esse contra Judæos primam, hanc vero secundam, quam dolemus ad nos trahitam devenisse: nihil certe non egimus ut eam sartam et tectam ederemus; sed frustra cessere conatus omnes.

Tertiam incunctanter posuimus Homiliam eam ejus titulus est, *In eos qui primo Pascha jejulant*, id est, contra Christianos illos, qui cum Pascha Judæorum aliquot diebus post Pascha Christianorum celebratur, in Paschate Christianorum jejulant, ut jejunium usque ad Pascha Judæorum prosequantur. Illud autem anno sequenti 387, inquit Chrysostomus, accidebat, atque, ut tam pravam consuetudinem aboleat, homiliarum contra Anomæos et de Unigeniti gloria cursum intercipit, ut ipse initio homiliæ declarat his verbis: *Rursus necessarium quoddam et urgens negotium, eorum quæ nuper dicta sunt seriem interrumpens, ad se orationem traducit, et a susceptis cum hæreticis certaminibus nos abducit. Nam nos quidem rursus de Unigeniti gloria ad caritatem vestram verba facere parati eramus.* His porro declarat se jam secundo Homiliarum contra Anomæos cursum interpellare, quod se primo fecisse dicit initio homiliæ primæ contra Judæos. Etenim cum primam contra Anomæos orationem habuisset, cursum sistere coactus est, non modo ut contra Judæos concertaret, quod duabus homiliis præstitit; sed etiam ut Patres spirituales seu episcopos vicinos, qui Antiochiam venerant, exciperet, ac postea occurrentes multas martyrum solemnitates celebraret. His, inquam, omnibus interpellatus est a cæpta contra Anomæos pugna; ita ut non modicum temporis intervallum fuerit primam inter homiliam contra Anomæos et tertiam. Cum autem pri-

mam contra Judæos homiliam habuerit mense Augusto anni 386, ut supra diximus; secundam vero ineunte circiter Septembri, decem, ait ille, aut pluribus diebus post primam, magnam Septembris partem insumpserit in excipiendis illis vicinis episcopis, et celebrandis martyrum solemnitatibus, rursumque Septembri exeunte mense pugnam contra Anomæos resumpserit, quam, vel nondum exacto Septembri, vel initio Octobris iterum prosequutus sit, urgente, ut ille ait, necessitate ut contra Judæos rursus certamen haberet. An vero post secundam contra Anomæos concionem, hanc tertiam contra Judæos habuerit, an post tertiam vel post quartam, id plane incertum est, neque hac de re quidquam certi statui posse videtur.

Ne autem hanc tertiam contra Judæos concionem diu post Septembrem amandemus, prohibere videtur Chrysostomus Homilia in diem Natalem Christi, quam habuit anno 386, die vigesima quinta Decembris: *Tempus autem tum erat, inquit, festi Tabernaculorum et jejunii: hoc enim illa verba sibi volunt, Humiliate animas vestras; idque a Judæis circa finem mensis Gorptæi, id est Septembris, quod et vos testamini, celebrabatur. Tunc enim multos prolixosque sermones contra Judæos protulimus, importunum eorum jejunium accusantes.* Eo igitur, ut nos constituimus, tempore has tres contra Judæos conciones habuit. Neque tamen ita mense Septembri habitas dicit has multas prolixasque homilias, ut nullam ante, nullam post Septembrem pronuntiavit. Nam cum ait, *Tunc enim multos prolixosque sermones contra Judæos habuimus*, tempus circiter annotat, neque homilias illas omnes mense Septembri circumscribit: non enim solet Chrysostomus tanto scrupulo notas temporum consignare, ut passim observavimus. Cum vero dicit, *multos prolixosque sermones*, has tres homilias indicare videtur, etiamque fortasse alias, quæ injuria temporum interciderint: parum enim absult, quin secunda etiam homilia perierit, utpote quæ in uno tantum Codice magna sui parte mutila reperta sit. Imo vero certum videtur aliquot ex iis quas hic memorat homilias interciderisse; nam in fine tertix dicit: *Quemadmodum demonstravimus, cum hac de re multæ habiti fuerint a me sermones; non sic locuturus, si duos tantum hac de re sermones pronuntiasset.* Sed cave putes cum Frontone Ducæo, homilias quinque sequentes his Chrysostomi verbis, longos prolixosque sermones significari. Illas siquidem conciones pronuntiavit diu post Homiliam in Natalem Domini, anno 386 habitam, unde excerpta illa verba sunt. Et mox, neque dubiis argumentis palam faciemus.

Contra hunc nostrum calculum dubia quædam proponit V. Cl. Tillemontius, circa tempus nempe quo homilia tertia habita fuit. Sed illi apte, ni fallor, respondimus in Monito ad Homilias contra Judæos T. I, c. 837: quo lectorem remittimus. Longe difficiliorem aliam movet quæstionem, quæ suam pariter et nostram sententiam impetat, ex titulo nempe hujus ter-

tiæ homiliæ, qui sic habet, *in eos qui primo Paschate jejulant*. Quod autem hoc ipso anno ii, qui Judæorum calculum in Paschate sequebantur, etsi Christiani erant, ipso Paschatis die jejunaturi essent, sic declarat Chrysostomus num. 5 : *Ecce namque primus dies Azymorum hoc anno in Dominicam diem incidit, et omnino necesse est ut tota hebdomada jejunemus, et eum passio præterierit et crux advenerit et resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sæpenumero istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta, jejunium observemus*. Hæc contra eos dicuntur, qui jejunium Judaico more servabant, quique aliquando in ipso Paschate jejunabant, quando scilicet Judæorum calculus Pascha assignabat post Christianorum Pascha. Tunc enim Christiani illi, qui Judaico ritu jejunium servabant, illo die jejunabant, quo cæteri Christiani Pascha celebrarent.

Atqui secundum tabulas Paschales anno 387 Pascha incidit in 25 Aprilis, nempe quam tardissime potest occurrere : quomodo ergo judaizantes illi poterant hoc anno in Pascha jejunare, cum Pascha Judæorum numquam possit ultra vigesimam quintam Aprilis occurrere? Verum hæc difficultas certissimas temporis notas a nobis constitutas evertere nequit. Nam utrum semper Antiocheni invariabili lege Alexandrinorum circa Pascha Domini calculum sequuti sint, non nobis compertum est : atque etiamsi sequuti sint, an affirmare possumus numquam errorem in calculo intercidisse? Certe Anonymus ille, qui sermones in Pascha Jo. Chrysostomi nomine edidit, quos in lucem emisimus in octavo Tomo (T. 8. c. 261), contrarias circa Paschalem calculum sententias eo ipso anno, quo ipse homiliam suam in lucem dedit, existisse ait. Gregorius vero Turonensis (*Vide ibidem*) non semel observat varietatem illam circa diem Paschatis suo tempore in diversis regionibus contigisse. Fatentur autem viri in his rebus peritissimi errorem interdum in calculis hujusmodi contingere, nec multis abhinc annis contigisse, neque tutum semper esse notas Paschales aliis notis anteponere. Sane tanta videtur eorum quæ supra diximus firmitas, ut potius ex computatione nostra calculum Paschalem ejusmodi, quam ex calculo Paschali contra computationem illam liceat decernere.

Liber contra Judæos atque Gentiles. — Hæc de prioribus tribus contra Judæos homiliis, quæ Septembri anni 386 habitæ sunt, dicta sunt. Antequam vero quinque sequentes pronuntiaret, librum contra Judæos atque Gentiles emisit longissimum, neque in conciones divisum : quem an unquam palam et præsentem populo pronuntiavit incertum est. Sed certum videtur emissum fuisse librum ante Septembrem anni 387, ut pluribus in Monito demonstratur (T. 1. c. 811).

In hoc opere plurima scitu dignissima memorantur, quæ non licet silentio prætermittere. Agitur hic de divinitate Christi, quam Anomæi alique omnes Ariani vel negabant, cum dicerent Christum Deum quidem esse, sed non vere Deum ; vel ore tantum tenus confitebantur, cum illum simpliciter Deum vocabant :

Judæi vero atque gentiles absque ullo temperamento rejiciebant. Orditur autem dicens se librum hunc breviori facilioreque stylo concinnare, ut vel ancillarum, viduarum, nautarum, agricolarum captivi accommodatior esset. Hinc contra gentiles Evangelii veritatem probat, quod oppugnantibus licet nationibus universis, per totum orbem pervaserit ; ita ut in Perside quoque, ubi martyrum ingens numerus erat, evangelica prædicatio floreret. Christi adventum non modo prænuntiatum fuisse dicit, sed etiam adventus modum et gentium concursum ad fidem suscipiendam ; ita ut orbis jam totus in Bethleem confluat, ut natalium locum veneretur. Judæos tamen adhuc ingratos manere, ut in multis Scripturæ locis prædicabatur. Sepulcrum quoque Christi prænuntiatum fuisse probatur : necnon mittendos fore evangelii præcones, qui totum terrarum orbem disciplina Christi replerent. Probatque Petrum et Paulum regibus et Imperatoribus majores potentioresque fuisse, qui leges eorum abrogaverint, quæ Christi præcepta substituerunt. Judaicum cultum abrogandum fore a prophetis prænuntiatum fuisse probat, futurumque orbis universi judicium. Demum crucis Christi præstantiam et honorem pluribus indicat. *Imperatores enim*, inquit, *posito diademate, crucem suscipiunt, symbolum mortis illius : in purpura crux, in diademate crux, in precibus crux, in armis crux ; et ubique terrarum crux plus quam sol refulget*. Pergit vero de cruce loquens ; dicit principes et subditos, mulieres et viros, virgines et nuptas, servos et liberos signum crucis frontibus imprimere, ac viros mulieresque veræ crucis particulam auro inclusam a collo suspendere. Demumque narrat Judæos, favente sibi Imperatore, qui omnes impietate superabat, nempe Juliano Apostata, templum restaurare frustra tentavisse.

Quinque vero sequentes contra Judæos homiliae diu post intermissam contra eosdem concertationem habitas fuisse subindicat ipse Chrysostomus initio quartæ, his verbis : *Rursus infelices illi mortaliumque miserimi Judæi jejunaturi sunt : rursus Christi gregem muniamus necesse est*. Sed aperte declarat homilia sexta num. 6 : *Quid autem loquor de prædonibus ? profecto scitis omnes ac meministis, quando apud nos scelerati quidam et præstigiatores statuas principis dejecerunt, quo pacto non illi tantum, qui facinus ausi fuerant, sed quotquot simpliciter præsentem conspecti fuerant, quoniam videbantur illis assentiri, in judicium abrepti, simulque cum illis abducti, extremo supplicio sunt affecti*. Illic memoratam videmus illam tragædiam, quæ per totam Quadragesimam anni 387, occasione dejectarum statuarum, Antiochiæ spectaculo fuit, de qua pluribus suo loco. Hæc porro sexta homilia habita est ipso jejunii Judæorum die, ut ipse Chrysostomus dicit in fine : quarta decem circiter diebus ante jejunium : quinta intermedio, ut ex ordiendi modo liquet, tempore : septima, nondum absoluto Judæorum festo : octava, post jejunium et festum ; ita ut ex Chrysostomi verbis clare colligatur cum minus quam viginti dierum spatio quinque postremas contra Judæos ho-

militas mense Septembri absolvisse. Hac de re difficultas nulla suboriri potest. Utrum autem anno 387, eodem recurrente jejunio, cujus causa tres priores homilias anno proximo habuerat, has quinque conciones pronuntiaverit, etsi non periunde certum habeatur, omnino tamen probabile est. In harum certe homiliarum decursu martyrum memorias occurrere dicit sanctus doctor, quemadmodum et in prioribus illis concionibus anni 386 : quas mense Septembri se habuisse testificatur. Videturque Chrysostomus Judaeum morbum, Christianorum quorundam animis adhuc hærentem, cui medicam manum anno 386 admovent, anno etiam insequenti penitus curare voluisse : ipsumque homiliæ quartæ exordium, *Rursus Judæi jejunaturi sunt*, eandem proxime recurrentem anni tempestatem prorsus significare videtur.

Quæ contra Anomæos et contra Judæos annis 386 et 387 dixit, et quidem non semel alternis vicibus interdum de uno, interdum de alio argumento, continenter et una serie referenda, nec intercipienda duximus, missis aliis diversi argumenti homiliis, quas per illud temporis spatium ad populum habuit, ac rei, quæ ejusdem argumenti erat, cursum interpellaremus. Quamobrem repetenda sunt ea, quæ per illud temporis interstitium tractavit, quorum nonnulla non minoris, imo majoris momenti esse putantur.

Homilia de Anathemate. — Primo autem occurrit Homilia de Anathemate, quam post tertiam contra Anomæos se pronuntiavisse, nec obscure declarat in principio, ut in *Monito* probavimus (*T. 1. c. 941*) ; ut nempe sedaret simultatem subortam olim inter Meletianos et Paulinianos utrosque Catholicos, quæ discordia sub Flaviano, et ad longum postea tempus extracta est. Sed ad lectoris commodum res ab initio dissidii repetenda est.

Eustathius Antiochenus, vir sanctus et Catholicus, ideoque Arianis invisus, ipsorum opera et calumniis depositus in exiliumque actus fuerat, anno circiter 350; in ejusque locum substitutus fuerat alius episcopus Arianus : deincepsque continuata successione ejusdem sectæ episcopi Antiochenam tenuere sedem, Catholicis interim cum Eustathiano clero seorsim collectas agentibus, donec Arianis Meletium, quem hæresi suæ addictum putabant, in episcopum ordinarunt. Peropportune vero cecidit ut ipse non Catholicus modo, sed etiam ex ferventioribus Catholicis esset. At cum postea comperissent ipsum Catholicæ rei vindicem, Arianisque infensum esse, virum in exilium pelli curant, in ejusque locum Euzoium Arianum substituunt. Tunc vero tres in partes distracta civitas fuit : prima erat Eustathianorum, sive eorum qui S. Eustathio addicti erant, quique Meletii communionem, quod ab Arianis in episcopum cooptatus fuisset, respuebant; secunda Meletianorum, scilicet Catholicorum, qui Meletium, etsi ab Arianis ordinatum, utpote Catholicum sanctissimumque virum, sequebantur : tertia Arianorum, qui cum Euzoio conventus agebant. Hactenus tamen non nisi duo episcopi

Antiochiæ erant, nimirum ex parte Catholicorum Meletius; ex Arianorum vero parte Euzoius : nam Eustathiani cum Paulino presbytero seorsim collectas agebant.

Quamobrem Athanasius in Synodo Alexandrina, anno 362, totis viribus nitebatur ut Eustathiani Meletianis jungerentur, omnesque Catholici unum Meletium episcopum agnoscerent, ad eamque rem legatos duos Eusebium Vercellensem et Asterium episcopos a Synodo Alexandrina mitti curavit. Verum interim, dum legati iter agerent, Lucifer Calaritanus pius Athanasii Alexandrinæque Synodi consilium inturbavit, qui Paulinum in episcopum allegit; ita ut tres jam episcopi Antiochiæ essent, duo Catholici, et unus Arianus. Ex hoc autem Catholicorum dissidio, quod annis bene multis perstitit, innumeræ rixæ subortæ sunt, contumeliæ, diceria, maledicta, quibus se mutuo diversis addicti partibus lacerabant, rebus palam exulceratis. Paulinus vero in episcopum adlectus Alexandrinæ Synodo subscripsit, in qua Apollinarius Laodicensis, qui eo monachos oratores suos miserat, ut professionem fidei suæ in cõtu Patrum darent, ita tamen ut errores suos subdole reticerent, in communionem admittitur. Paulinus autem anno 362 ordinatus, anno 388, vel 389, finem vivendi fecit. Apollinarius vero, qui post Synodum Alexandrinam errores suos spargebat ut ante, ab Athanasio confutatus fuit ut hæreticus.

Hæc præmittenda erant, ut Chrysostomi scopus et dicta intelligerentur. Meletiani ergo Catholici, de vulgo loquor, Eustathianis infensi, hinc maledicta proferendi occasionem captabant, quod Paulinus eidem Alexandrinæ Synodo subscripsisset, cui subscriperat etiam Apollinarius hæresiarcha, ideoque Apollinarium Paulini magistrum dicitabant. Chrysostomus vero qui ægre admodum videbat Ecclesiam Antiochenam ita discissam, ut Catholici in Catholicos tam atrociter insurgerent, auditores suos talia ausus aspere excipit : *Sed quid dicunt illi, inquit, ad omnem malitiam audaces? Hæreticus, aiunt, ille factus est, inhabitantem habet diabolum, et loquitur contra Deum nequitiam, multosque sua cæla vanaque fallacia in profundum cæcitiæ abducit; ideoque a Patribus ejectus est, maxime hujus magister, qui partem Ecclesiæ abscondit: sic aut Paulinum aut Apollinarium designant.*

Hæc refert Chrysostomus ut ab incondita turba non ita accurate dicebantur : et quia non raro plebeia hujusmodi convicia et dicta peregrinum sonantia orationi intermiscerentur, hæc concio multis in locis non pari atque cæteræ elegantia dicta videtur. Hanc cum Baronio et Hermantio, vertente anno 386 dictam putamus, resque omnino certa videtur. Tillemontius tamen ex male allato et intellecto hujus homiliæ loco, putat eam habitam fuisse post Paulini mortem, post annum scilicet 388. Vide *Monitum nostrum*, ubi sententia ejus clarissime, ni fallor, confutatur.

In Natali Christi concio. — Quinque diebus post habitam in S. Philogonium homiliam, id est vigesima quinta Decembris, ut ipse Chrysostomus testificatur,

prima vice de die Natali Christi concionatus est (T. 2. c. 351. l. 24). Cum enim *nondum decimus annus esset*, inquit ille, *ex quo dies ille Antiochenis innotuerat* ab Occidente, ubi ab exordio illa die celebratus fuerat, Antiochiam delatus; multi diem festum hujusmodi, quasi novum ac recenter inductum detrectabant; alii tamen magno numero libenter admittebant: quam disceptationem ut sopiret Chrysostomus, ubi primum, postquam presbyter ordinatus fuerat, occurrit illa celebritas, hanc homilianam habuit, ut subortam litem tolleret, et diem Natalem Christi in vigesimam quintam Decembris incidere multis argumentis probaret. Primo ait hanc veram esse sententiam vel inde probabiliter argui, quod quaquaversus denuntiata, cum tanta celeritate ab omnibus suscepta fuerit. Deinde ait illa die ab exordio per totum Occidentem celebratum fuisse Christi ortum, maximeque Romæ. Cum autem census Cyrenii jussu Augusti factus, in tabulisque descriptus, penes Romanos haberetur; hinc verum germanumque Natalis Christi diem Romanos hausisse. Aliud quoque argumentum mutuatur ex eo die, quo ingressus est in templum Zacharias, quem ipse summum pontificem putat: inde vero calculum ducit, ut probet in vigesimam quintam Decembris incidere diem Natalem Domini. Hac vero de re plura protulimus in Monito T. 2, c. 347, ubi vide sis.

Concio alia.—Erant Antiochiæ quidam de recta fide non probe sentientes, qui hoc Pauli dictum in Ecclesia lectum (T. 3. c. 311), *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur, et in hoc gaudeo*, ita prave interpretabantur, ut dicerent, dum Christus annuntiaretur, parum interesse an hæretica an vera dogmata essent. Hoc erroris portentum depellit Chrysostomus, pluribusque demonstrat non eam esse Pauli mentem. Sed ex vera rerum gestarum historia Pauli sententiam hanc esse confirmat: cum Pauli inimici quidam eum vinculis constrictum cernerent, ut Neronem magis in eum exasperarent, ipsiusque perniciem molirentur, veram sanamque fidem ideo prædicabant, ut aucto discipulorum numero tyrannus ille in Paulum catenis opustum magis magisque sæviret. Hac vero de causa, ait Chrysostomus, Paulus dicit: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur, et in hoc gaudeo*. Multa præfert hæc homilia in principio de humilitate, et in fine de utilitate necessitateque precationis. Habitam autem fuisse post diem Natalem Christi ultimis Decembris diebus anni 386, ex ipsis Chrysostomi verbis arguitur, ut videas in Monito T. 3, c. 309: ubi rem, si non omnino certam, admodum verisimilem demonstravimus.

Concio in Epiphaniam et aliarum.—In die autem Epiphaniæ sequenti (Anno 387), ut omnino probabiliter existimatur, de Baptismo et Epiphania Christi concionem habuit (T. 2. c. 365): ubi postquam populum ad Ecclesiam frequentandam hortatus est, de duplici epiphania agit; de illa nempe qua magis ex oriente venientibus apparuit, deque postrema, qua in consummatione sæculi cum gloria et splendore venturus

est. Miraculum deinde circa aquam baptismi enuntiat; nam cum versus mediam noctem, quæ diem Epiphaniæ præcedebat, singuli de aqua illa baptismi latices secum asportarent, aqua illa non corrumperebatur, sed integro anno, quin et biennio et triennio incorrupta manebat. Docet deinde quid intersit discriminis inter baptismum Judæorum, baptismum Joannis et baptismum Christi. Hinc explicat quomodo Christus impleverit omnem justitiam; deinde hortatur populum, ut magna cum reverentia ad tremenda mysteria accedat.

Concionem de Baptismo Christi sic orsus fuerat Chrysostomus: *Omnes vos in lætitia hodie, ego vero in mœrore sum solus. Nam cum in hoc spirituale pelagus oculos meos converto, et immensas Ecclesiæ divitias complector; ac deinde perpendo fore, ut cum primum solemnitas ista præterierit, multitudo rursus ista resiliat ac discedat: crucior et animi dolore angor, quod, cum tam multos liberos pepererit Ecclesia, non illis itidem in singulis collectis, sed in festis solummodo frui possit.* Quod porro metuebat ille die sequenti septima Januarii accidit (Anno 387). Cum enim de S. Luciano concionem haberet (T. 2. c. 519), jam non illam populi frequentiam adesse vidit, sed longe rariores auditores; quamobrem sic ille orditur: *Quod hesterno die pertimescebam evenit, et ad effectum jam perductum est; nempe ubi festum præterierit, simul etiam multitudo nobis abscessit, minorque nobis cœtus factus est.* Hinc luce clarius commonstrari videtur hanc S. Luciani panegyri pronuntiatam fuisse die Epiphaniam insequente et eodem anno 387. Lucianus autem presbyter Antiochenus, inquit Chrysostomus, fame et cruciatibus multis Christi nomen gloriose confessus est. Id accidit anno 311, vel 312, in persecutione Maximini. Martyrologium Romanum ad diem 7 Januarii S. Luciani martyrium annuntiat. Hunc Ariani suarum partium fuisse mentiebantur, quoniam ex discipulis ejus quidam se in Arianorum castra conjecerant: imo ipse Arius itemque Eusebius Nicomedensis, illius sectæ primipilares. Luciani discipuli fuerant, et sese Collucianistas vocabant. Verum illi a Luciani doctrina et a catholica fide desciverant. Hac de re vero nihil in Chrysostomi panegyri S. Luciani fertur.

Hoc ineunte anno 387 concionatus est S. doctor. Ex homiliis porro illis, quas ante Quadragesimam ejusdem anni ad populum habuit, illam ponimus, quæ de Resurrectione mortuorum inscribitur, ipso indicante nobis Chrysostomo, qui sic illam orditur (T. 2. c. 417: *De fidei nostræ dogmatibus, deque gloria Unigeniti Filii Dei ante apud vos disserimus, obturantes eorum ora, qui gloriam illi detrahunt, et a Genitore suo alienum dicunt.* Conciones vero contra Anomæos, qui gloriam Unigeniti labefactare curabant, hic commemorat, quas ineunte anno 387 absolvit, ut in Monito ad easdem probavimus. Hinc vero arguitur hanc concionem sub initium anni 387 habitam fuisse, et quidem ante Quadragesimam, quam totam in deplorandis Antiochenorum post eversas statuas calamitatibus consumpsit.

Hujusce porro concionis argumentum in exordio statuit S. Doctor. Agitur de resurrectione mortuorum, cujus veritatem passim asserit : mortuorum autem resurrectionem innumeris negabant Chrysostomi ævo. Prosequitur postea de instituenda secundum Deum vita, de adeundis, perpensa præmiis magnitudine, laboribus : nonnullam bonorum operum mercedem etiam in hac vita tribui, Pauli exemplo probatur.

Inter ea, quæ Joannis Chrysostomi tempore acciderunt, nihil memorabilius illa Antiochenorum seditione, qua dejectis Theodosii Imperatoris et Flaccillæ ejus uxoris status, iisdemque per urbem raptatis, Theodosium ita exasperarunt, ut de urbe delenda cogitaverit. Hæc fuit Chrysostomo nostro ad concionandi facultatem exercendam ampla materies. Antiochenis quippe inter spem et metum fluctuantibus, dum repentini casus novam inexpectatamque quotidie vel sperandi vel timendi causam offerrent, imparatus fere semper Chrysostomus, prout res sese dabant stylum vertere coactus, sæpe ex tempore, illas admiratione dignas conciones pronuntiabat (*Homiliæ ad Antiochenos, l. 2. initio*); modo ut in calamitate versantem populum consolaretur, modo ut fractos periculi magnitudine animos confirmaret: tum præcipue ut occasione imminentiæ malorum Antiochenos ad vitia corrigenda et mores componendos, eluendaque scelera, quæ tantam Dei iram accenderant, monitorum frequentia deduceret: qui certe comatus Chrysostomo cessit ex voto, ut ille alicubi fatetur.

Antiochenæ seditionis historia. — Tanta vero seditionis causa fuit, teste Zosimo (*Zosim. l. 4*), nimia tributorum, quæ quotidie excogitabantur, exactio, sive pro celebritate quinti initi ab Arcadio anni ex quo Augustus promulgatus fuerat, et decimi anni Theodosii Imperatoris, qui anno 381 incipiebat, sive pro apparatu belli contra Maximum tyrannum, sive pro aliis publicis necessitatibus. Tributis onere perculti Antiocheni cives Præfectum adeunt, ut scilicet qui urbanioris notæ erant; et lacrymantes, vectigal indictum nimium queruntur, Deique opem implorant. Deinde vero circumforaneorum et exterorum hominum ex infima plebe turba, commotis animis, in facinora erumpunt. Primo in publico balneo omnia susdeque ponunt: hinc Præfecti domum adeunt, cancellos januasque invadunt; vixque coerciti, alio furorem convertunt, depictasque Imperatorum tabellas lapidibus impetunt, fœdant et labefactant: ipsosque Augustos maledictis et conviciis onerant: demum Imperatoris Theodosii Flaccillæque ejus uxoris jam defunctæ statuas dejiciunt, et per vicus urbis raptant. Jamque plura inferre damna cœperant, cum immissa a Præfecto sagittariorum manu, depulsi sunt. Sic extincta seditione, furori timor successit; atque imminentiæ pœnæ expectatio onerosi impositi vectigalis oblivionem induxit. Quid hinc sit consequutum, infra narrabitur in recensione homiliarum; jam de anno seditionis, quo hæc sunt habitæ homiliæ, aliquid dicendum.

Missa Theodoretæ et Sozomeni narratione, ex qua post bellum contra Maximum seditio istæ et conciones a Chrysostomo habitæ locandæ essent, ex notis temporis longe certioribus ante bellum contra Maximum hæc accidisse jam probarunt viri docti, et pluribus asseruit Tillemontius in nota 27 ad Vitam Theodosii Imperatoris. Validissimum porro adversus illam priorem sententiam eruitur argumentum ex ipsis Chrysostomi verbis: nam Homilia XVI, num. 2, testificatur hunc annum secundum esse, ex quo concionari cœperat. Cœpit autem cum presbyter ordinatus fuit, anno incunte 386: quamobrem in annum 387 hæc conferendæ sunt. Baronius tamen, Petavius et Henricus Valesius in annum 388 hæc conjiciunt: ideoque hunc calculum ponunt, quia illo anno incipiebat decimus imperii Theodosii, ad ejus celebritatem inductum fuit tributum supra memoratum. Quod autem ex Libanio affertur ad illam tuendam sententiam, intricatum omnino est, et ad utranvis opinionem potest detorqueri. Certiorem porro his omnibus notam eruimus ex eo, quod Theodosius Imperator certissime Constantinopoli degeret per hincem et Quadragesimam anni 387: quæ etiam anno seditionem contigisse oportet: nam tempore seditionis Constantinopoli erat; anno autem sequeati hac ipsa tempestate Thessalonice versabatur Theodosius. Quod objicitur vero ex celebratione anni decimi Theodosii, qui anno 388 incipiebat; illud, inquam nihil est, cum certum sit ex fastis Idatii et Marcellini, ipsum anni decimi imperii sui celebritatem uno anno prævertisse, ut cum filio suo Arcadio, qui annum quintum imperii anno 387 inibat, una decimum suum celebraret, quemadmodum et Maximianus Herculeus, cum annum decimum octavum tantum imperii sui ageret, una cum Diocletiano, qui vigesimum agebat, vigesimum et ipse celebrarat. Nihil itaque hinc potest contra calculum nostrum inferri, ut optime probat Tillemontius.

Longe gravior difficultas opponi posset ex calculo Paschali istius anni 387, quo secundum tabulas Paschales Pascha incidebat in diem 25 Aprilis; et tamen Pascha Judæorum hoc anno celebrabatur, teste Chrysostomo, aliquot diebus post Pascha Christianorum. Quod vero Judæi post vigesimam quintam Aprilis Pascha celebrarint, id utique numquam contingere potuit. Quamobrem, ut pluribus supra diximus, varietatem in calculo Paschali Antiochiæ anno 387 fuisse putandum est: quæ varietates tam frequenter acciderunt, ut ibidem dicimus, ut hic etiam accidisse mirum non sit.

Tillemontius tamen qui difficultatem hujusmodi in notis ad Vitam Chrysostomi, ubi agitur de Homiliis contra Judæos, animadvertit et excussit, nullam ejus mentionem fecit in notis ad Vitam Theodosii Imperatoris: ubi homilias hæc Chrysostomi ad populum Antiochenum ita ordinat, ac si Pascha, ut ferunt Paschales tabulæ, incidit in vigesimam quintam Aprilis. Primam igitur homiliam paulo ante seditionem locat: seditionem vero vigesima sexta Fu-

bruarii, decem diebus ante Quadragesimam, quæ Antiochiæ incipiebat feria secunda Quinquagesimæ nostræ, illo anno in 8 Martii cadente. Secundam homiliam vel feria quinta vel sabbato ante Quadragesimam 6 Martii, octavo post seditionem die. Tertiam Dominica sequente 7 Martii vel circiter. Quartam feria secunda sequenti 8 Martii. Quintam feria tertia 9 Martii. Sextam feria quarta circiter, seu 10 Martii. Septimam feria quinta 11 Martii. Octavam feria sexta 12 Martii. Nonam feria secunda hebdomadæ secundæ Quadragesimæ 15 Martii. Decimam paucis elapsis postea diebus. Undecimam utpote transpositam, feria secunda quartæ hebdomadis Quadragesimæ 29 Martii. Duodecimam feria tertia sequente 30 Martii. Decimam tertiam feria quarta sequente 31 Martii. Decimam quartam paulo post eam quæ decima octava numeratur, quæque habita fuit Dominica quinta Quadragesimæ 5 Aprilis. Decimam quintam sabbato secundæ hebdomadis Quadragesimæ, seu 20 Martii. Decimam sextam Dominica tertia Quadragesimæ 21 Martii. Decimam septimam circa finem quartæ hebdomadis Quadragesimæ. Decimam octavam Dominica quinta Quadragesimæ 5 Aprilis vel circiter. Decimam nonam post decimam quartam 11 circiter Aprilis. Vigessimam die Paschatis 25 Aprilis. Vigessimam primam eodem circiter tempore quo vigessimam secundam sequentem, quæ habita est feria sexta post Dominicam Passionis 16 Aprilis. Sic perturbatum harumque homiliarum ordinem summa accuratone restituere conatur Tillemontius, cui, ut in multis adstipulamur, in aliis repugnare cogimur. Ordinem porro homiliarum qualem ille statuit, hic uno conspectu representamus.

Tillem.	Fronto Duc.	Tillem.	Fronto Duc.
1	Prima	12	Decima sexta
2	Secunda	13	Undecima
3	Tertia	14	Duodecima
4	Quarta	15	Decima tertia
5	Quinta	16	Decima septima
6	Sexta	17	Decima octava
7	Septima	18	Decima quarta
8	Octava	19	Decima nona
9	Nona	20	Vigesima secun.
10	Decima	21	Vigesima prima
11	Decima quinta	22	Vigesima

Antequam vero de singulis homiliis disseramus, ac de cujusque tum ordine tum argumento pauca dicamus, e re fuerit annotare, ex titulo homiliæ, quæ olim vigesima secunda, jam vero vigesima numeratur, qui titulus in Notis Frontonis et in Mss. nostris docet, hanc homiliam pronuntiatam fuisse decem diebus ante Pascha: itemque ex his verbis ante finem homiliæ, *jam quadraginta dies præterierunt*, probe Tillemontium inferre, Quadragesimam apud Antiochenos ex consuetudine cœpisse feria secunda post Quinquagesimam; septemque hebdomadibus apud illos totam Quadragesimam persolvi consuevisse: jureque Tillemontius hanc homiliam in seriam sextam hebdomadis ultimam Quadragesimæ hebdomadem præcurrentis confert: erat quippe illa dies et quadragesima ab inchoato jejuniis et decima ante Pascha. Hinc pro asserto habe-

mus Quadragesimam, quæ aliquot in Ecclesiis limitibus variis circumscripta erat, per septem hebdomadas Antiochiæ observatam fuisse.

Cum porro memoratis supra de causis, Paschales tabulas hodiernas, quæ Pascha anni 387 in vigesimam quintam conferunt, non servatas saltem hoc anno Antiochiæ fuisse pro certo habeamus; cumque nobis exploratum non sit qua die anno 387 Antiocheni Pascha celebraverint, a die mensis in recensione homiliarum commemorando abstinemus; sed indicabimus tantum, quando id licebit, qua die hebdomadis homiliæ dictæ fuerint.

Homiliæ de Statuis. — Prima itaque homilia habita est paucis ante seditionem Antiochenam diebus (Anno 387), ut ex his secundæ homiliæ num. 3 verbis eruitur: *Longam nuper apud caritatem vestram orationem extendi, ... et laborum mercedem accipi... Quæ vero merces erat? Civitatis blasphematores punire, et castigare Deum contumelia afficientes, et furiosos cohibere.* Hæc procul dubio spectant ad primam homiliam, eamque longissimam, de sanctorum ærumnis, deque Dei providentia erga electos suos, qui in hac vita cruciantur, et adversus eos qui blasphemata dicta in Deum proferebant: ubi demum hæc observata certe digna profert: *Sed postquam de blasphemia nobis verba facta nunc sunt, unam a vobis omnibus petere volo retributionem pro concione hac atque sermone, ut in civitate blasphemantes mihi castigetis. Si quemquam in bivio et foro in Deum blasphemantem audieris, accede, increpa, et si verbera infligere oporteat, ne recuses; ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica.* Qui sane corrigendi modus non esset ad usum hodiernum accommodatus.

Secundam homiliam confert Tillemontius vel in seriam quintam vel in sabbatum ante Quadragesimam: intus vero dicatur his circiter diebus habitam fuisse, septem exactis, ut ipse Chrysostomus ait, a seditione diebus, quibus se tacuisse dicit, quod ingenti calamitate, et periculi magnitudine consternati Antiocheni, non essent audiendis concionibus idonei. Ob neglectam porro fratrum blasphemantium emendationem hæc mala divinitus dicit immissa. Quorum postquam imaginem eleganter descripsit, de divitiis, de divitiarum usu, deque eleemosyna et de paupertate pluribus concionatus, orationem claudit.

Tertia homilia secundam e vestigio sequitur: illam vero habitam putamus cum Tillemontio Dominica Quinquagesimæ, ut hodierno more loquamur. Agitur de profectione Flaviani Antiocheni episcopi Constantinopolin ad Imperatorem placandum: et rei bene gerendæ spe populum consolatur Chrysostomus. Pluribus deinde commonstrat jejunii, nisi a vitio abstinetur, utilitatem esse nullam. Postquam vero de detractatione vitanda pauca dixerat, calamitatem præsentem deplorat, et intolerantius sævitum esse narrat: *Illi quidem ferro, inquit, illi igne, quidam bestiis traditi perierunt, non viri tantum, sed et pueri. Nec a vitio immaturitas, nec populi tumultus, nec quod furore diabolico perciti quidam hæc fecerint, nec quod vectigalis*

exactio intolerabilis esset, non paupertas, non quod commune peccatum fuerit, non quod promiserint nunquam se amplius talia ausuros, non aliud quidpiam ipsos eripuit; sed absque venia ad barathrum adducebantur, militibus utrimque ipsos urgentibus, et observantibus ne quis eos eriperet. Et sequebantur matres, procul quidem filios conspicientes abstractos, sed de calamitate conqueri non audentes: affectum enim vinebat formido, et naturam superabat metus. Hæc omnia illata sunt Antiochenis mala a Præfectis, seu magistratibus, antequam Theodosius de seditione quidquam audisset, ut ait ibidem Chrysostomus. Orationem porro claudit monens ut a detractioe, ab inimicitiiis et a juramentis abstineant.

Homilia quarta, quæ feria secunda post Quinquagesimam, ut videtur, habita fuit, quæ dies erat prima Quadragesimæ; illa inquam concio, bona ex calamitate parta describit, mutatos dicit et a pristinis pravis moribus reductos Antiochenos. In fine vero ea ipsa monita, quæ in præcedenti se dedisse commemorat, iterum repetit, nimirum de vitandis detractioibus, inimicitiiis et juramentis: ac se per hanc hebdomadam de juramentis dicturum esse prænuntiat.

Homilia quinta die sequenti, ut ipse ait, pronuntiata fuit, nempe feria tertia. In illa ærunnosos Antiochenos pro more consolatur Chrysostomus et ad mortis ipsius contemptum cohortatur. In fine autem de juramentis vitandis agit num. 7, ac præcedentium sequentiumque homiliarum aliquei inducit ordinem his verbis: *Primum igitur auditori persuadeamus, ut a juramentorum fuga mutationem incipiat: etsi enim nudius tertius hæc de re vobis loquutus sum, neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perendie, eadem monere.*

Homilia sexta, feria quarta primæ hebdomadis habita, consolationem afflictis impertit, bonam rerum mutationem sperare jubet: moras nuntiis, qui seditionem Antiochenam Imperatori narraturi erant, a Deo inmissas dicit, atque inde spem bonam auditoribus affert, et de venia a Flaviano episcopo impetranda fiduciam habere jubet. Postquam vero de morte non timenda disseruit, adversus juramenta pro more loquitur.

Homilia septima die sequenti, ut multis ex locis et notis liquidum est, habita: *Etenim quintam diem,* inquit Chrysostomus, *agimus vestram consolantes caritatem.* Quinta porro dies hæc numeratur incipiendo a Dominica, ita ut de quinta hebdomadis die loquatur. Agitur hic de primis Genescos verbis: *In principio fecit Deus cælum et terram;* diciturque Deum, non modo cum benefacit, sed etiam cum castigat, bonum esse, et juramenta vitanda esse pro more dicit.

Homiliam octavam putat Tillemontius die septimam homiliam sequente, id est, feria sexta dictam fuisse. Verum reclamatur Chrysostomus, qui testificatur initio se *nuper*, non autem *heri*, in illud, *In principio fecit Deus cælum et terram,* verba fecisse, quod haud dubie ad homiliam septimam pertinet. Est igitur in sabbatum conferenda; quod etiam nobis suadent hæc verba statim post initium, *ad finem nobis venit hebdomas.*

Argumentum homiliæ mutuatur ab his verbis: *Deambulabat Deus in paradiso in meridie,* dicitque impios semper pavidos et formidolosos esse, pios autem fiducia plenos. Demum pro consuetudine de juramentis vitandis agit, sextumque jam diem esse ait, quo de servanda hujusmodi lege admoncat.

Homiliam nonam in feriam secundam secundæ hebdomadis Quadragesimæ probabiliter conjicit Tillemontius. Hac de re vero nulla comparet nota, qua vel certum vel verisimile quidpiam statuamus. Habita certe fuit hæc concio post silentium vel unius vel plurium dierum, ut initio diserte ait Chrysostomus, contra quam opinatur Tillemontius, qui cum octavam in feriam sextam conjiciat, et nonam in feriam secundam hebdomadis sequentis, ait in Vita Chrysostomi art. 45, interpositas sabbati et Dominicæ dies fuisse haud dubie Chrysostomi concionibus insignitas, quæ conciones jam amissæ fuerint. Populum autem Antiochenum laudat initio, quod monitis suis obtemperantes auditores de abigenda juramentorum consuetudine curarent. In hac item verba, *Cæli enarrant gloriam Dei,* multa dicit, ac Dei providentiam in rerum naturalium ordine atque concentu prædicat: denuaque monet ut a juramentis abstineatur.

Homilia decima non die nonam insequente habita fuit, licet idem prosequatur argumentum ut voce *nuper*, indicatur. Auditoribus autem gratulatur Chrysostomus, quod monitis suis obtemperaverint. Longe melius esse ait verbum audire, quam jejunare. Probat deinde mundum sine Dei providentia stare non posse: desinitque demum cohortando ut juramenta vitentur.

Homiliam undecimam putat Tillemontius habitam fuisse post eam, quæ decima quinta inscribitur infra, necnon post sequentem decimam sextam. Hoc autem ratiocinio nititur ille: In ea, inquit, homilia de periculis et ærunnis, quibus jam functa civitas Antiochena erat, agitur, quæ post adventum Hellebichi et Cæsarii accidisse videntur. Ille autem adventus Hellebichi et Cæsarii in decimæ septimæ homiliæ titulo, longe post undecimam, de qua nunc agimus, memoratur. Hoc fultus argumento Tillemontius non modo decimam quintam, sed etiam decimam sextam ante undecimam locandam esse putat. At præterquam quod omnes prorsus Manuscripti eundem quem Editi ordinem servant: ea omnia quæ tunc temporis acciderunt, bonam interdum spem, pericula, timores, minas, quæ bene multa in pari casu semper contingere solent, non sat accurate novimus, ut ex hujusmodi ratiocinio aliquid in ordine mutandum ea de causa censeamus. Multa dixit Chrysostomus, forteque longe plura tacuit. Quamobrem donec quid certius emergat, prisco ordini standum putamus. In hac igitur homilia primo gratias agit Chrysostomus, quod civitas ab immisso terrore respiraverit; ex injectis quippe suspicionibus perterriti quamplurimi aufugerant: hoc calamitatis et terroris tempore, aliquot diebus tacuit Chrysostomus, ut ipse ait. Hanc vero homiliam conjicit Tillemontius in feriam secundam quartæ hebdomadis Quadragesimæ, et quidem optime, ut ad homiliam decimam ter-

tiam dicemus. Agitur præcipue in hac homilia de Dei sapientia in hominis constitutione, et in fine de vitando juramento.

Duodecimam item et decimam tertiam, post decimam quintam et decimam sextam, eadem qua supra de causa rejicit Tillemontius. At nescio quo pacto intelligat illud in hac homilia duodecima num. 1 : *Tribus igitur præteritis diebus unum cognitionis Dei modum quærebamus, ipsamque in finem deduximus, interpretantes quomodo Cæli enarrant gloriam Dei; et quale sit Pauli dictum, Invisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: et demonstravimus quomodo a creatura mundi, et quomodo per cælum et terram et mare Creator glorificetur. Hodie vero, etc.* Hic seriem trium homiliarum, quo ordine habitæ fuerant ante duodecimam affert Chrysostomus, nempe nonæ, decimæ et undecimæ. In nona num. 2 argumentum orationis ponit hoc Pauli dictum, *Invisibilia ipsius, etc.*; illudque Psalmorum, *Cæli enarrant gloriam Dei*. In decima item num. 2 se hoc ipsum argumentum persequi declarat: in undecima quoque num. 2 se eidem argumento insistere testificatur. Annon Chrysostomi dictis vim infert Tillemontius, cum decimam inter et undecimam vult interseri decimam quintam et decimam sextam? Id autem ille subdubitando tantum proponit in nota 29 ad Vitam Theodosii Imperatoris, n. 10, 11 et seqq., fateturque eum quem nos statuimus ordinem clare a Chrysostomo indicari: sed nescio quo pacto ab eodem ipso ordine postea discedat. Cæterum cum dicit Chrysostomus, *tribus præteritis diebus*, non intelligitur de tribus postremis diebus in quibus scilicet concionatus erat. In hac item homilia duodecima, quæ habita est feria tertia quartæ hebdomadis Quadragesimæ, eidem insistit hypothese de sapientia Dei in mundi opificio: postea agit de jure naturali, cujus cognitionem Deus homini indidit, deque juramento vitando.

Decimam tertiam homiliam dixit postridie duodecimam. Principio gratias agit Deo de mutata rerum facie, deque sublato motu, qui tantus fuerat, *ut civitatis, inquit, major pars præ timore et comminatione illa, ad deserta et fauces montium, et occulta locorum transmigraverit*. Hinc de multis ad tribunal adductis, de horribili habita verberum et flagellorum quæstione, de aliis ad supplicium raptatis, de matre et sorore cujusdam, de quo intus judicabatur, ad vestibulum in pulvere volutatis. Hæc pathetice describit Chrysostomus, quæ paucis ante diebus, scilicet antequam undecimam concionem haberet, gesta fuerant. Hæc autem homilia habita fuisse omnino videtur feria quarta hebdomadis quartæ Quadragesimæ. Præmissis autem bene multis de calamitate Antiochena, ad pristinum de hominis opificio argumentum descendit, et cohortando de more ad juramenta vitanda orationem claudit.

Decimam quartam Tillemontius locandam putat post decimam octavam, hac permotus ratione: Initio ait Chrysostomus, *Non parum civitatem nobis heri turbavit, sed et Deus nos iterum non parum*

consolatus est. Hæc verba, inquit ille, adventum Hellebichi, et nuntium jam Constantinopoli adesse significant. Verum hæc hariolando dicuntur. Quot suspensiones et terrores immissos putas Antiochenis, dum animi penderent, et quorsum tam infausta res evasura esset ignorarent? De iis vero terroribus rumoribusque ratiocinari quomodo possumus, qui eorum haud dubie maximam partem ignoramus; et si qua novimus, ita plerumque intelligimus, ut vix inde quampiam notam expiscari possimus? Hæc homilia ferme tota est de vitando juramento.

Decimam quintam homiliam vult Tillemontius habitam fuisse inter decimam et undecimam, tum ob causas supra ad undecimam memoratas, tum quia Chrysostomus sic habet initio: *Oportebat et hodie et superiore sabbato de jejuniis movere sermonem*. Ubi illud, *superiore*, quasi esset primo de primo sabbato Quadragesimæ, subdubitando tamen, intelligit; sed nos, ut et Bernardus Brixianus, de superiore sive de præcedente intelligimus, atque ita intelligendum esse exemplis comprobatur: nullamque aliam interponi posse homiliam inter decimam et undecimam jam superius probavimus. Occasione metus quo affecti Antiocheni erant, multa dicit de bono timoris: et in fine contra jurandi, ab aliisque juramentum exigendi consuetudinem concionatur.

Decima sexta tunc habita fuit, cum sparso quodam falso futuræ populationis rumore, de fuga capessenda omnes deliberabant. Hanc etiam loco movere conatur Tillemontius, et inter decimam et undecimam locare; quod tamen, ut ad duodecimam diximus, admitti nequit. His porro nititur Chrysostomi verbis Tillemontius: ait S. doctor n. 6, *Secundam jejunii septimanam præterivimus*. Duas ergo tantum hebdomadas præterisse dicit, quod admitti non posse videatur, si locum et numerum suum illa teneat: ideo Tillemontius illam loco movendam esse putat et inter decimam et undecimam. Non posse illam inter decimam et undecimam reponi, jam superius probatum est. Non posse etiam hoc in loco et numero consistere omnino videtur: nam si post secundam jejunii septimanam habita fuit, decimam tertiam et sequentes præcessit. Hæc certe salebris sunt plena: quapropter rem dubiam relinquere visum est. Quid si dixerimus errorem fortasse in hunc locum invectum esse a scriba, qui literam numeralem γ pro tertia positam in ϵ , id est in secundam, mutaverit? In hac concione præmissis quibusdam de timiditate Antiochenorum, deque juramento vitando, argumentum homiliæ mutuatur Chrysostomus ex his Pauli verbis: *Paulus vincit Jesu Christi et Timotheus frater*, Paulumque gloriosorem ex vinculis demonstrat, quam ex virtute miraculorum.

Decima septima habita est postquam Hellebichus Magister militum et Cæsarius Magister ab Imperatore missi perquisitum de seditione, Antiochiam adveniant. Hellebichus hic, Magister equitum peditumque, alibi memoratus occurrit, et justitiæ clementiæque laude celebris erat: Cæsarius etiam, Magister officiorum alibi dictus, pari gaudebat probitatis fama. Pro-

nuntiata autem fuit hæc homilia cum Antiocheni pene a metu liberi essent. *Innumera*, ait ille num. 2, *expectavimus mala; omnium facultates direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, civitatem de medio tollendam orbe, et ipsius reliquias omnes perituras, aratrum ipsius terram sulcaturum esse. Sed ecce hæc omnia intra expectationem tantum steterunt, et in opus non processerunt.* Sub hæc narrat quomodo monachi ex montibus Antiochiam descenderint, ut iudices placarent, dum interim philosophi omnes Græci urbem desererent: quo pacto etiam sacerdotes in gratiam populi strenue rem gesserint: pœnas ab Imperatore demum irrogatas, leves tolerabilesque esse, neque dolendum si *orchestram et balnea* occluserit, ac metropoleos dignitatem ab urbe Antiochiæ sustulerit. Veram Antiochiæ dignitatem esse, quod in ea discipuli Christi primum Christiani sint vocati, et quod Antiocheni sanctis Jerosolymitanis fame laborantibus opem tulerint: non magnitudinem, sed pietatem urbes exornare. In fine autem dicit, alios adhuc in carcere degere, alios in exsilium mittendos esse. Hanc homiliam Tillemontius confert in hebdomadem quartam Quadragesimæ post feriam quartam, sed ex conjectura tantum. Metropoleos vero dignitas translata fuit Antiochia Laodiceam, referente Theodorocto l. 5, c. 19.

Decima octava homilia post dimidium jejunii dicta fuit, ut ait initio Chrysostomus. Putat vero Tillemontius illam in Dominicam quintam Quadragesimæ probabiliter conjici posse. Agitur porro de vera jejunandi ratione, de divitiarum contemptu, de tristitia secundum Deum, etc.

Hactenus in homiliarum numero et ordine Savilii et Frontonis Ducæi Editiones sequutus sum; imo etiam decimam nonam continenter posui, Tillemontii opinioni adstipulatus, qui inter Quadragesimales decimam nonam et ipse putavit accensendam. Verum postea secundis curis comperi illam diu post Pascha, Dominica nempe ante Ascensionem Domini habitam fuisse, ut etiam in titulo fertur, nempe Dominica τῆς ἑπομιζουμένης, quæ Dominicam quintam post Pascha, sive Dominicam ante Ascensionem significat, ut ait Leo Allatius. Sed ea de re infra pluribus. Cum itaque illa inter Homilias de Statuis, vel Quadragesimales recenseri non debeat, decima nona erit illa, quam nos vigesimam posueramus, quæque in Editione Frontonis Ducæi vigesima secunda numeratur, habitaque fuit, teste Chrysostomo, decem diebus ante Pascha. Illa vero, quam Fronto Ducæus vigesimam numeraverat, et nos vigesimam primam posuimus, jam vigesima erit, dempta nempe illa habita in Dominica τῆς ἑπομιζουμένης, de qua suo loco ægetur. Hæc porro vigesima est ultima de Statuis. Itaque jam viginti solum Homilias de Statuis recensere oportet, quia illa, quam nos decimam nonam posuimus, alio transferenda est, et homilia, quam vigesimam primam Fronto Ducæus posuerat, est catechesis extra seriem Homiliarum de Statuis ponenda, ut loco suo dicemus.

In vigesima homilia, quam nos jam decimam nonam numeramus, in titulo hæc adduntur in Manuscri-

ptis quibusdam: *Dicta est decem diebus ante sanctam et vivificam Domini nostri J. C. Resurrectionem ex mortuis: quod optime quadrat ad dictum illud Chrysostomi paulo ante finem homiliæ: Quadraginta dies præterierunt.* Habita ergo fuerit hæc concio feria sexta post Dominicam, quam Passionis vocamus. Hæc quippe dies erat quadragesima, incipiendo a feria secunda post Quinquagesimam, quæ erat initium Quadragesimæ: erat item decima ante Pascha, ipsum Paschatis diem annumerando. Est autem hæc homilia ferme tota contra similitudinem et injuriarum memoriam, et in fine pro more solito contra juramenta.

Vigesima prima homilia, quam nos vigesimam numerandam putamus, est ultima de Statuis. Ipso Resurrectionis die habita probatur ex iis quæ sub initium dicuntur, et post reditum Flaviani episcopi. Primo laudat Flavianum, quod sorore morbo laborante, de extremis periclitante, et fratrem ne se desereret rogante, omnia tamen ille posthabuerit, ut periclitanti gregi prospiceret. Narrat quomodo Imperatorem adierit et in conspectum ejus adductus, statim lacrymis, luctu et silentio vim doloris expresserit: deindeque leniter hortante Imperatore orationem habuerit, quam Chrysostomus ad verbum refert apte compositam ad Theodosium placandum: Theodosius vero ad misericordiam commotus, hæc Christiano Principe digna protulit verba: *Quid magnum erit, si hominibus, qui nos contumeliis affecerunt, iram remittimus, cum nos ipsi homines simus; quando mundi Dominus in terram descendens, ac propter nos homo factus, et a beneficio affectus crucifixus, pro crucifigentibus se Patrem oravit dicens: Ignosce illis; non enim sciunt quid faciunt.* Cum autem Flavianus Pascha cum Imperatore celebrare vellet, reponit Theodosius: *Novi Antiochenorum animos conturbatos, et multas superesse calamitatis reliquias. Abi et consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscuntur tempestatis, sed ipsam tristium memoriam delebunt.* Hæc ubi Antiochenis nuntiata fuere, gaudio perfusi forum coronarunt, lucernas accenderunt, et ante officinas lectisternia posuere. Hic tandem fuit Antiochenæ seditionis exitus.

Jam ad sequentia veniamus, quæ post diem Paschatis subsequuta sunt: in quæ ex diuturna tractatione non pauca sunt, quæ pridem secundum Tillemontii sententiam statueramus, quæque jam mutanda nobis sunt. Eorum, quæ post diem Paschatis hujus anni 387 subsequuta sunt, ordo probe percipitur ex iis quæ Sermone primo de Anna narrat Chrysostomus. *Vos enim fortasse, inquit, eorum oblitii estis, eo quod multos interea sermones, et de aliis rebus nos habuerimus. Nam reverso a longinqua peregrinatione Patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in Comitatu acciderant: ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui, deserto gentilibus errore, sese ad nos contulerant, pro vtrius confirmarem, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam veritatis lucem accurrissent. Post illa rursum multis diebus martyrum festivitate potiti sumus:*

neque tempori conveniens fuisset eos, qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum quæ martyribus debentur exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis exhortatio. Cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo a nobis instructos viatico censuimus dimittendos.

Homiliæ post Pascha dictæ. — Reverso, inquit, ex longinqua peregrinatione Patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in Comitatu acciderant. Illic haud dubie notat Homiliam vigesimam primam ad Populum Antiochenum T. 2, c. 211 : quam vigesimam numerandam esse modo dicebamus, in qua agitur de reditu Flaviani episcopi, deque reconciliata Theodosii Imperatoris cum Antiochenis gratia, quæ concio in die Paschatis habita fuerat. Pergit Chrysostomus: *Ac deinde cum gentilibus disputare oportuit, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui, deserto gentilium errore, sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, quantis tenebris liberati ad tantam lucem veritatis accurrissent.* Nempe diebus post Paschalem solemnitatem sequentibus gentiles illos confirmare studuit, qui ex calamitate Antiochenis tam gentilibus quam Christianis ob eversas statuas illata, ad meliorem frugem revocati, ad Christianam fidem accesserant : an autem una, an pluribus concionibus id egerit, incertum est ; sed sive unam sive plures habuerit, omnia amisimus. Verum hanc jacturam utcumque sarcit Chrysostomus, qui ea quæ ad gentiles dixerat in hac homilia nec paucis verbis repetit. Subjungit vero S. doctor isthæc : *Post illa rursum multis diebus sanctorum festivitate potiti sumus, neque tempori conveniens fuisset eos, qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum quæ martyribus debentur exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio : cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo a nobis instructos viatico censuimus dimittendos.*

Eadem porro ipsa, quæ de martyrum festivitibus homilia prima de Anna refert, in Homilia quoque in Dominica τῆς ἐπισημομένης recenset, etsi paulum diverso narrandi modo, martyrum nempe solemnitates multis diebus celebratas, et rusticorum adventum, quibus ille concionatus est. Verum hic ait ille se, dum martyrum festa celebrarentur, infirmitate detentum domi mansisse, neque martyrum festivitibus interfuisse. Unde infert Tillemontius duas fuisse martyrum festivitates : et utramque longa serie duosque rusticorum adventus ; atque sermone primo de Anna, de iis martyrum festivitibus, deque rusticorum adventu, quæ in hebdomadibus post Pascha acciderunt : in homilia autem habita in Dominica τῆς ἐπισημομένης de martyrum festis et de rusticorum adventu agi, qui in Quadragesima contigerunt. Non animadvertens Chrysostomum dicere in eadem homilia, ducem omnium scilicet Flavianum, in hisce per urbem actus martyrum celebritatibus, populum circumduxisse : atqui quomodo potuit tempore Quadragesimæ populum Antiochenum multis diebus circumducere, qui

per totum Quadragesimæ tempus Constantinopoli versatus sit? Miror hæc non animadvertisse Tillemontium, neque alia multa absona quæ ex duplici illa festorum serie, duplici item rusticorum adventu sequebantur percepisse. Neque diffiteor aliquid superesse difficultatis ; sed quia iis omnibus quæ objici poterant, in fine Præfationis ad quartum Tomum ab eodem satisfecimus, eo lectorem mittimus, ut susceptam historiam persequamur.

Post Pascha igitur gentiles illos, qui dum Theodosius in Antiochenos, qui statuas suas dejecerant, sæviret, majorque calamitas expectaretur, ad Christianam fidem accesserant, Chrysostomus in suscepta vera religione confirmare studuit : deinde vero solemnitates martyrum per multos dies in variis urbis partibus celebratæ sunt, Flaviano episcopo pópulum circumducente, dum interim Chrysostomus morbo detentus domi consisteret, sed mente et animo cum plebe ad officia martyribus reddenda accurreret ; demumque adventantibus rusticis e vicina circum regione Dominica ante Ascensionem, quæ ἐπισημομένης inscribitur, concionem habuit, ubi postquam de rusticis qui præsentibus erant, non pauca dixerat, contra juramenta pro more suo loquutus est. Inter rusticos autem illos presbyteri quidam erant, qui terram arabant et cætera rusticæ vitæ munia præstabant, atque apostolorum more victum sibi parabant ex quotidiano labore.

Homiliæ de Anna. — Paucis diebus post hanc homiliam elapsis, de Anna matre Samuelis concionari cœpit (T. 4. c. 631). Primam vero homiliam orditur dicens, memoriam Quadragesimæ cum affectu et futuri jejunii desiderio semper esse servandam. Hinc quanta bona ex jejunio oriantur enarrat. Ita porro de jejunio Quadragesimæ loquitur, ut crederes statim illud vel hesterno vel proximis diebus desiisse. Sed postea, cum loquitur de iis quæ post Quadragesimam evenerant, facile advertitur non parum spatii intercessisse, et plurima præacta fuisse : nempe *disputationes* seu colloquia cum gentilibus, quæ Chrysostomus habuit, ut illos calamitatis tempore ad Christianam religionem conversos, in fide confirmaret : deinde festa martyrum quæ multis diebus in Antiochena urbe celebrata fuerunt : demumque rusticorum adventus et cohortatio illis facta in Dominica τῆς ἐπισημομένης.

Deinde neque tam brevi compendio refert concionem illam, quam cum Græcis seu gentibus illis ad fidem conversis habuerat. In ea concionis habitæ serie hæc effatur, quæ, si non semper, plerumque saltem vera esse comperimus, quod nempe liberi arbitrii major vis sit, quam naturæ. Demum ait mulieribus maxime competere educationem liberorum, idque probat exemplo Annæ matris Samuelis, sicque demum ad scopum venit et ad concionis argumentum. Annæ virtutem et laudes prædicat, seriem ex sacra Scriptura mutuatus. Hanc porro concionem habuit vel ante Ascensionem hujus anni post Dominicam quintam, vel aliquot diebus ante Pentecosten.

Secundum sermonem in Annam paucis post pri-

num diebus pronuntiavit, et quidem, ut credere est, ante Pentecosten. Primo autem probat Annam et patrem simul et matrem Samuelis dici posse, ejusque duplicem virtutem celebrat, nempe in precibus assiduitatem, et animi vigilantiam, quibus deinde tertiam addit, nempe conviciorum tolerantiam et mansuetudinem, carpitimque dicit precandum esse antequam ad mensam accedatur.

Tertium, quem ante Pentecosten dixit, orditur a lacrymis Annæ; atque lacrymarum imbrem irrigare plantam precatationis; ita ut fructus et celerior et major proveniat. Annam in exemplum proponit, quo pacto liberi sint educandi. Cum autem illa Samuelem aræ sacræ cultui addiderit, ejus sacrificium sacerdotum oblati hostiis comparatur. Demum disciplina cœlesti imbuendos juvenes esse dicit.

Quartus, quem de Anna habuit, sermo intercidit, ut colligitur ex iis quæ in quinto sermone, qui jam quartus illo amisso inscribitur, dicuntur num. 3: nempe in præcedenti sermone explicata fuisse hæc verba cantici Annæ: *Confirmatum est cor meum in Domino*, etc.: quorum interpretatio non habetur in eo qui tertius est.

Quintus, qui nunc quartus in titulo fertur, ab auditorum paucitate incipit, et quia circi spectacula solitam frequentiam abstulerant, contra ludos equestres, eosque qui illo properandi causa ecclesiam desererent, multa pro more suo profundit. De precatatione demum agit, atque orationem cum affectu conjunctam esse debere, omnemque locum esse ad orandum opportunum. Quartus et quintus ante Pentecosten dicti fuere.

Sextus, qui nunc quintus inscribitur, post festum Pentecostes habitus fuit, ut post initium dicitur. Principio adversus eos loquitur, qui in diebus festis et solemnitatibus tantum ecclesiam frequentabant: deinde explicat quid sit dies festus, ac de Anna pro more loquitur. Item agit adversus eos, qui incusant divinam providentiam, eo quod in hac vita quidam sint divites, quidam pauperes. Denique ait paupertatem utilissimam esse, ac plus voluptatis atque securitatis habere, quam divitiæ habeant, demonstrat.

Homiliæ aliæ.—Homiliam Debitoris decem millium talentorum hoc anno se habuisse commemorat Chrysostomus (T. 3. c. 17), cum ait num. 1: *Nos autem unam chordam pulsavimus per totam Quadragesimam, dum legem vobis de juramento recitavimus; et Dei gratia effectum est, ut pleraque a nobis ora in hac legis melodia ita instituta sint, ut depulsa prava consuetudine, pro eo quod ante Deum jurabant, jam nihil nisi Est, et Non est, et Crede mihi, in lingua sua circumferant, idque in omni colloquio*, etc. Itaque certo certius est ipsum hanc concionem habuisse eodem anno quo Homilias in Statuas habuerat; neque minus exploratum est ipsum hanc primam habuisse concionem postquam ex morbo convaluerat, ut ex primis concionis verbis arguitur. *Quasi ex longinqua peregrinatione, inquit, ad vos reversus essem, ita me hodie affectum sentio; cum enim nullum amicorum consortium*

esse potest, nihil incommodi offert eorum præsentia. Quamobrem nos qui domi versabamur, peregre versantibus nihil hac in parte feliciores fuimus: nimirum qui superiore tempore nulla vobiscum colloquia habere potuimus: sed danda est venia, cum illud non inertia, sed infirmitatis silentium fuerit. Certum itaque est hanc primam homiliam habuisse Chrysostomum postquam ab ægritudine convaluerat. Jam quaeritur quænam ægritudo: num illa qua laborabat dum martyrum solemnitates per urbem celebrarentur, de qua superius. Si de illa intelligatur, hanc certe concionem habuerit antequam Homiliam in Dominica τῆς ἐπισκοποῦνης et Homilias de Anna prædicaret. Verum adeo frequenter Chrysostomus infirmitatibus corporeis detinebatur, ut non possimus id quasi certum statuere: quare in incerto res maneat oportet. In hac vero homilia id præcipue probare nititur, omni peccato deteriorem esse injuriarum recordationem.

Hanc continenter, ut videtur, sequutæ sunt tres Homiliæ de Davide et Saûle (T. 4. c. 675). Argumentum enim quod in Homilia de Debitore decem millium talentorum cœperat, nempe de injuriarum recordatione depellenda, in hisce tribus homiliis una serie, exemplo Davidis usus, strenue persequitur, et quidem adeo *patheticæ* ut auditorum lacrymas excuserit, atque ut videre est, Antiochenos ad præceptum illud, *Diligite inimicos vestros*, implendum adduxerit; ut in Quadragesima præterita eodem a juramentis, quibus admodum assueti erant, avocarat.

In mentem mihi subito venit verisimile nullo modo esse posse Chrysostomum Homiliam de Debitore et tres sequentes habuisse post ægritudinem illam qua post Pascha anni 387 detentus fuit, dum festa martyrum multis diebus per urbem Antiochiam celebrarentur: 1° quia post illam Paschali tempore infirmitatem prima concio fuit illa, quam in Dominica ἐπισκοποῦνης videre est, ut ibidem initio dicitur, et concio de Debitore prima quoque est, sed post ægritudinem haud dubie aliam. 2° Quia si homiliæ de Debitore et tres sequentes tempore Paschali habitæ fuissent ante Homiliam τῆς ἐπισκοποῦνης et de Anna, in his haud dubie memoratæ fuissent, ut aliæ a tempore Paschatis dictæ memoratæ sunt. Alioquin autem verisimile non est homilias illas quatuor vel continenter ante Pentecosten vel alternis vicibus cum homiliis de Anna habitas fuisse. Quapropter puto Chrysostomum, qui frequentissime morbo laborabat, post Pentecosten ignoto nobis mense ægritudine captum fuisse, et ubi convaluit, primam homiliam illam habuisse de debitore decem millium talentorum, ubi contra injuriarum recordationem concionatus est.

In prima de Davide homilia de tolerantia agit, et quod oporteat inimicis parcere, nec de quopiam male loqui.

In secunda probat non modo virtutem exercere, sed etiam virtute præditos laudare, non parum utilitatis afferre: quodque David magnificentius tropæum erexerit parcendo Saûli, quam prostrato Goliath, magisque sibi profuerit quam Saûli.

In tertia, ubi vidit multos ex iis adesse, qui nuper ut theatralia spectacula adirent concioni non interfuerant, dixit ex hujusmodi spectatores multos adulteros fieri, hincque bellum et contentiones nasci. Adit vero Davidem cum Saule omne patientiae genus superasse: clauditque dicens rapinam patienter ferre, non minorem virtutem esse, quam eleemosynam erogare.

Mense autem Septembri anni 387 jam initam contra Judæos concertationem (*T. 1. c. 871*), quam anno proximo 386 mense circiter Septembri cœperat, eadem tempestate resumpsit. Id ille initio quartæ, quæ harum posteriorum prima est, sic enuntiat: *Rursus illi infelices mortaliumque omnium miserrimi Judæi jejunaturi sunt: rursus Christi gregem muniamus necesse est*; ideoque se decem diebus antequam Judæi jejunarent hæc monita dedisse ait, quia multi ex grege suo, quadam superstitione moti, cum Judæis jejunabant. Atque primo Judæorum illud jejunium quod contra voluntatem Dei fieret, impium et sceleratam esse: ideoque illos ab hoc Judaico suscepto jejunio avertit, et in concionis fine alios qui ab hujusmodi Judaico jejunio abstinerent hortatur, ut fratres suos avocent ab hujusmodi jejuniis, quæ theatralibus etiam spectaculis longe pejora essent.

Quintam homiliam orditur ab auditorum frequentia, quam solito majorem esse gaudet, et pristinum argumentum ardentius suscipit, ac Judaica omnia prorsus abrogata esse pronuntiat. Templum vero Jerosolymitanum numquam esse restaurandum probat, non ex Christi modo, sed ex prophetarum etiam prædictionibus. Leges Christianorum solummodo in perpetuum servandas esse, cæteras omnes obsolevisse. De Judæorum postea pernicie pluribus agit, ultionemque Dei de illis sumptam fuisse persequitur. Danielis vero prophetias minutatim explicat, peculiaremque sermonem de hebdomadibus Danielis instituit. Judæorum ut templum restituerent conatus commemorat, sub Hadriano Imperatore, sub Constantino, demumque sub Juliano Apostata, qui ipsis favebat; et tamen omnia illis frustra cessere. Demum postquam dixerat Malachiam prophetam Christianum cultum præsignificavisse, claudit concionem, cæteris homiliis duplo saltem longiorem; ita ut etiam ex orandi ardore atque prolixitate raucitatem contraheret.

Neque tamen ille sic destitit a concionando, sed postridie raucus oratoris munus suscepit, et sextam homiliam dixit præsentem Flaviano episcopo et magna populi frequentia. Atque de templi destructione sub Vespasiano primum loquitur, et oratoris magis quam *annalium scriptoris* munus exercens, dicit jam quingentesimum annum agi ex quo templum Jerosolymitanum destructum fuerat; licet non plus quam trecenti decem et octo anni ab excidio illo elapsi essent. Verum solet Chrysostomus in concionibus suis has temporum rationes et supputationes parum curare, ut alibi observamus. Hinc vero scopum persequens S. doctor, dicit et probat necem Christi malorum causam Judæis fuisse, atque Deum indignius tulisse

Christi necem, quam vituli adorationem. Ex prophetis denuo probat futuram Judæorum reprobationem. Deinde quanta sit sacerdotii dignitas demonstrat, et nunc abrogatum esse apud Judæos sacerdotium evincit, observatque libros sanctos non sanctam effiere synagogam, nihilque non agit ut auditores suos avertat a synagogæ et aditu et imitatione.

Idipsum argumentum persequitur in septima concione probatque Judaicos ritus abrogatos esse, sacerdotes apud Judæos esse non posse, unicumque sacrificium esse per corpus Christi; ac legem sublatam fuisse, non ob peccata Judæorum, sed quod imperfecta esset. Demum ad Melchisedecum venit, cujus sacerdotii dignitatem celebrat, et ex propheta probat sacerdotium illud extremum esse, exque Pauli dictis Christum esse verum illum sacerdotem ex ordine Melchisedeci. Hac vero in re diutius immoratur, demumque claudit, auditores cohortans ut fratres suos a Judaicis observationibus avertant, et ad veram reducant viam. *Propter hoc enim, inquit, nos tantum laborem suscipimus, neque ut plausum strepitumque referamus, sed ut avulsos ad viam veritatis reducamus.*

Octavam habuit postquam jejunium Judæorum transierat, quod jejunium ebrietatem esse dicit. Rursumque auditores hortatur, ut fratrum emendationi et saluti consulant et advigilent: nec modo ante peccatum, sed etiam post peccatum manus illis porrigendas esse dicit, ut Deus fecit Adamo. Peccata vero fratrum corrigenda, non evulganda esse. Quoniam autem Judæi se medicos esse dicebant, atque incantationibus ac ligaminibus ad curandos morbos utebantur, contra eos qui ad tales medicos confugerent insurgit Chrysostomus, atque mala potius patienter ferenda, quam tales adhibendas curationes, atque ad Deum et ad sanctos martyres esse confugiendum, ac signo crucis utendum.

Aliæ conciones. — Hoc tempore habita fuit concio illa in Psalmum 41 (*T. 5. c. 155*), *Quemadmodum desiderat cervus, etc.*, ut ipse Chrysostomus nec obscure indicat initio his verbis: *Vos quidem, inquit, nos nuper admirabamini, quando verba fecimus de Melchisedeco, propter eorum quæ dicta sunt longitudinem: ego autem vos admirabar propter vestram in audiendo attentionem et sapientiam, et quod cum prolixior se obtulisset oratio, nos ad finem usque consequuti estis.* Et quibusdam interpositis: *Quemadmodum ergo tunc dicebam, quod dum lupi gregem invadunt, relicta fistula, fundam in manum sumunt pastores: ita nunc, dum festa Judæorum præterierunt, qui sunt quibusve lupis immaniores, relicta rursus funda, redeamus ad fistulam.* Hinc vides hanc in Psalmum 41 homiliam tunc habitam fuisse, cum nuper de Melchisedeco multa dixisset, et homilias contra Judæos absolvisset. Multa autem de Melchisedeco dixit in homilia contra Judæos septima, quæ est penultima illius argumenti. Quod vero de pastore dicit, adveniente lupo fundam sumente, in quarta habetur, ubi initio secundi contra Judæos belli sic classicum canere videtur Chrysostomus: *Rursus infelices illi mortaliumque omnium mi-*

sermimi Judæi jejunaturi sunt: rursus Christi gregem muniamus necesse est. Quandoquidem et pastores, quamdiu noxia bestia molesta non est, sub illicem aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oves libere pro suo arbitratu pascere: verum simul atque senserint alicula luporum incursionem imminere, mox abjecta fistula fundam arripiunt, et emissio calamo, fustibus et saxis obarmant sese, proque ovili consistentes, magno clamore ingentique ululatu vociferantes, frequenter ipso clamore feram, priusquam irrumpat, abigunt. Itaque post Septembrem anni 387, postquam homilias illas quinque contra Judæos dixerat, vel fortasse postquam ultimam dixerat, quæ etiam post jejunium Judæorum habita fuit, hanc homiliam dixit, quam tamen inter Expositiones in Psalmos alio tempore concinnatas, eorum qui nos præcesserant exemplo reliquimus.

Primo autem narrat qua de causa Deus Psalmos in vitam nostram induxerit, ut nempe socordiores homines erigeret, animam recrearet, aliaque bona hominibus impertiret. Postea de modo psallendi multa dicit, et aliquas adhibet voces, ad eam rem usurpata, quas non intelligentes bene multi interpretes, perperam verterunt, et quarum usum et sensum multis aliorum Patrum et scriptorum exemplis explicavimus in Monito.

Catecheses ad illuminandos. — Binas Catecheses, quas ad illuminandos seu catechumenos Chrysostomus habuit post Homilias de Statuis edidimus (T. 2. c. 223). Illas vero, maximeque primam in Quadragesima anni 387 dictam fuisse probabiliter existimamus; Tillemontius vero in annum 388 utramque amandare mavult. Qua de re pluribus disseruimus in Monito ad easdem, ubi vide sis. In prima catechumenos instituit, et docet ea quæ scire par erat: neque enim omnia docebantur catechumeni; mysterium namque calicis ignorabant, donec initiati essent. Laudat illos quod juvenes baptismum essent accepturi, illorumque negligentiam improbat, qui baptismum differabant usque ad mortem. Baptismi nomina multa esse docet, nempe lavacrum regenerationis, illuminatio, baptismus, sepultura, crux et alia: multumque discrimen esse dicit inter baptismum Judæorum et Christianorum. Christiano linguam maxime cohibendam esse, ex qua lapsus multi proveniant. Claudit demum dicens a juramenti abstinendum esse, quod malum Antiochiæ maxime tunc temporis invaluerat, atque illo solum anno 387 per Quadragesimam totam contra juramenta concionari solebat, quod sententiam nostram firmare videtur.

In secunda catechesi illuminatorum seu baptizatorum officia explicat: verba refert in baptismo prolata, nempe, *Abrenuntio tibi, Satana, et pompæ tuæ et cultui tuo.* Unde occasionem sumit carpenti mulieres, quæ nimio ornatui studebant. Pompam vero satanicam esse dicit, theatra, circenses ludos, dierum observationes, præstigias et omina. Loquitur etiam de iis, qui carminibus et ligaturis utebantur, quique numismata Alexandri Macedonis aurea capiti et pedibus circumligabant, atque in regis idololatricæ ima-

gine spem habebant: at in cruce Christi tantum spem habendam esse dicit. In hujusmodi insanas superstitiones multa profert, et eos qui incantamenta adhiberent vehementissime coarguit, atque hoc baptismi dicto catechesin claudit, *Abrenuntio tibi, Satana, et pompæ tuæ et cultui tuo, et conjungor tibi, Christi.*

Homiliæ de Prophetiarum obscuritate. — Homiliæ duæ de Prophetiarum obscuritate ad annum 388 consignantur a cl. viro Tillemontio, sed ex conjectura tantum (T. 6. c. 163); atque ex iis quæ in Monito diximus incertum prorsus videtur, quo anno emissæ fuerint. In prima docet quomodo tractanda sit Scriptura sacra, de Melchisedeco quædam habet, ac paucis Anomæos carpit, et contra hæreticos probat generationem Christi æternam esse, generationem vero ejus corporalem, etsi certam, intelligi et explicari non posse: Vetus Testamentum obscurum esse dicit et consulto ex divina providentia factum, ut obscurum et explicatu difficile esset: additque præscientiam Dei non esse peccatorum causam. Ideo autem prophetas obscure futura annuntiasse putat, ne ante tempus Judæi illa intelligent. Neque tamen omnia obscura fuisse; nam inutile fuisset sic futura omnia prænuntiare.

In secunda quoque, quæ inter longissimas Chrysostomi conciones computanda est, causas obscuritatis affert. Prima causa est, quia sicut velamen Moyses in monte habuit, qui Moyses legislator est: ita quoque legem velamen habuisse, nempe obscuritatem; sed neque legislatori vitio vertendum, neque legi crimini dandum fuisse velamen, sed auditorum infirmitati tribuendum. Secunda causa obscuritatis veteris Testamenti est, quia non scriptum fuit lingua Græca, sed Hebraica; cum autem ex Hebraica in Græcam linguam translatum fuerit, maximam habet difficultatem. Translatum autem fuit Græce, inquit, sub Ptolemæo rege, trecentis annis ante adventum Christi; adventus autem Christi quæ amiseramus auctiora nobis restituit. Dicit postea orationem multitudinis magnam vim habere. His addit diaconi dicta in Liturgia, queis plebem ad precandum hortatur. Ait deinde morum correctionem Scripturæ sacræ finem esse: et postquam contra Manichæos quædam dixerat, claudit dicens peccatorum recordationem esse peccanti remedium.

Aliæ conciones. — Secundam de Prophetiarum obscuritate homiliam in Dominica dixerat. Paucis vero postea diebus illam homiliam habuit (T. 2. c. 243), quæ inscribitur, *Adversus eos qui dicerent dæmonas gubernare res humanas.* In hujus enim principio illa omnia repetit, quæ in fine illius concionis se dixisse testificatur; nimirum de sanctis justisque viris, qui sua peccata, non autem aliena, cum dolore execrationisque significatione commemorabant: exempla enim eadem omnia eodemque ordine recenset. Orditur autem ab Antiochenorum assiduitate, atque timuisse se ne multiplicitate dictorum fastidium crearet; sed gaudere se quod magis desiderium et audiendi voluptatem auxerit; tum superius dicta repetit,

ut diximus, et postea sermonem orditur narrans unde originem duxerit divisio linguarum. Hinc narrat Adamum in portu naufragium fecisse; nempe cum bonis omnibus abundaret, suadente diabolo, e paradiso ejectus fuit; sed Deum effecisse ut lucrum damno majus esset, et naturam nostram ad thronum regium extulisse. Nam Deus non cum dat modo, sed etiam cum aufert bonus est. Evæ etiam profuisse quod a diabolo decepta fuisset; cum enim filium peperisset, dixit, *Possedi hominem per Deum*, experientia nempe sua edocta a Deo bona omnia promanare. Postea agit de variis malitiæ generibus, demumque de providentiâ Dei.

Secundam posuimus Homiliam de diabolo tentatore (T. 2. c. 257), quam an ante an post primam habuerit incertum. Exploratum certe omnino videtur illam, quam post initium hujus se biduo ante habuisse dicit, non esse eam quam primam posuimus, ut in Monito fusius probatur. Hujus porro secundæ titulus est: *Adversus eos qui obijciunt, cur e medio sublatus non sit diabolus; et quod hujus malitia nihil nos lædat, si attendamus; et de poenitentia*. Hæc probanda suscipit Chrysostomus, et primo Flavianum episcopum presentem laudat a caritate, a summa modestia. Dicitque postea non diabolum lædere hominem, sed summam hominis ignaviam, quæ et rectum membrorum usum corrumpit, et alia importat mala. Claudit vero sermonem dicens quinque esse poenitentiae vias; primam nempe, damnationem peccatorum; secundam, si acceptarum a proximo injuriarum non recordemur; tertiam, orationem ferventem et accuratam; quartam, eleemosynam; quintam, modestiam et humilitatem.

Concionem sequentem de Ignavia biduo post secundam se habuisse initio testificatur, dum ex populo multi ad theatrales ludos se contulerant, quos vehementer insectatur. Postquam autem dixerat voluntatem esse dominam, et ex voluntate contingere ut mali cum bonis permixti sint, querit iterum cur diabolus in medio relinquatur, et respondet, quia iis qui vigilant et sibi attendunt, non modo nihil nocet, sed etiam utilis est, non ex voluntate sua, quæ mala est, sed ex ipsorum fortitudine, qui ejus malitia, ut par est, utuntur, ut Jobo contigit. Hominesque solos dicit auctores esse peccati: nam ex voluntatis proposito boni vel mali sumus. De Jobo postea multa dicit; ejusque patientiam in exemplum proponit, ut quæ omnibus consolationi esse possit: demumque claudit dicens, cum Spiritus gratia faciliora certamina omnia esse, maximeque post adventum Christi, cum gratia illa abundantior est.

Hactenus annum et plerumque diem, quo conciones dictæ fuerant, sequuti sumus, interdum non dubiis indicis, aliquando ex conjectura tantum: atque ad annum 388 sic pervenimus. Neque dubium annis 389, 390, 391, indefessum oratorem ad populum Antiochenum multas ex iis quæ supersunt habuisse conciones, quæ nullam vel anni vel diei notam præ se ferunt.

Aliæ conciones. — In annum vero 392 referimus nomiliam inscriptam de Cœmeterio et de Cruce, quam dicit viginti aut paulo minus diebus antequam de sanctis mulieribus Bernice, Prosdoce et Domnina concionaretur (T. 2. c. 395), ut non dubiis notis colligitur ex initio postremæ hujusce concionis, ubi se ante viginti fere dies concionatum, multa dixisse ait in hæc verba: *Contrivit portas aereas, et vectes ferreos confregit*; quæ optime conveniunt in hanc de Cœmeterio et Cruce homiliam. Hinc Græci putantes festum de Cruce, quod mense Septembri die 14 occurrit, a Chrysostomo memorari, festum sanctarum Domninæ et liliarum viginti postea diebus, quarta videlicet Octobris, celebrant; sed perperam. Non enim in festo sanctæ Crucis, quæ in Septembrem incidit, quæque nondum illo ævo celebrabatur, hanc dixit homiliam Chrysostomus; sed in die Parasceves, eadem nempe qua crucifixus est Dominus, ut ipse plurimis in locis declarat. Verum ea de re audiendus est Tillemontius p. 571: *Reliquum igitur est ut credamus festum S. Domninæ et sociarum Antiochiæ, non quarta Octobris, sed decima quarta Aprilis, qua die notatur in Martyrologio Hieronymi et aliorum, celebratum fuisse. Quod spectat autem ad annum quo hæc duæ homiliæ habitæ sunt; queritur Chrysostomus tunc magnum excitari tumultum, cum accederetur ad sacram communionem: eademque utitur querimonia in concione de die Natali anno 386, et in concione de Epiphania paucis post diebus habita anno 387: unde fortassis in alterius anni Parasceven hæc homilia conjicienda videatur. Verum anno 386 festum S. Domninæ, sive decima quarta dies Aprilis, undecimo post Parasceven, et anno 387 undecimo ante Parasceven die occurrebat. Probabilius ergo referatur in annum 392, quo Pascha celebrabatur vigesima octava Martii, et decima quarta Aprilis, octodecim diebus post sanctam Parasceven. Imo viginti diebus, si vigesimam sextam Martii, quæ Parasceves, et decimam sextam Aprilis, qua sanctæ Domninæ festum celebrabatur, connumeret.*

His adjicimus, nos ex admonitione circa tumultum in accedendo ad sacram communionem, non multum moveri, ut eam vel in annum 386, vel in annum 387 conjiciamus. Neque enim in homiliis tantum de Natali et de Epiphania admonitio hujusmodi occurrit, sed etiam in homilia præcedenti de Juda proditore, cujus annum assignare non potuimus. Quid enim incommodi accidat, si ponamus Chrysostomum multis variisque annis, quia par tumultus a populo concitabatur, eadem uti admonitione opus habuisse. Meliori igitur calculo in annum 392 referimus, etsi non omnis prorsus tollitur dubitandi causa. Nam ut diximus in Monito ad homilias et alibi, tabule Paschales, quæ sunt posterioribus sæculis concinnatæ, cum veteribus calculis non semper concordant, iisque non omnino fides est habenda.

Nondum elapsis viginti diebus a Parasceve Paschæ, in qua concionem de Cœmeterio et Cruce dixit (T. 2. c. 627), Homiliam habuit de SS. Bernice et Prosdoce virginibus et de S. Domnina earum matre, ut

ip̄e Chrysostomus perspicere dixit initio. Orditur autem ostendens ante Christi mortem, cum nondum ipse portas æreas et vectes ferreos crucifixus confregisset, homines admodum mortem metuisse; in exemplumque affert viros in veteri lege sanctissimos, Abrahamum nempe, Jacobum et Heliam, qui ingentem mortis timorem præ se tulerunt. Post mortem vero Christi, ii qui in ipsum credunt illiusque amore tenentur, mortem omnino contemnunt, imo illam appetunt; nec viri modo, sed etiam mulieres, puellæ et virgines. Hinc historiam texit Bernices, Prosdoces et Dominice earum matris, quæ ad mortem pro Christo quæsitas, divino afflante Spiritu, in flumen se coniecere.

Huic homiliæ aliam subjungimus (T. 2. c. 641), quæ licet non eodem, sed ignoto nobis anno dicta fuerit, hic tamen commemoranda est, quia quædam habet ad explicandam priorem opportuna. Antehac ignota primum a nobis edita fuit. Habita porro est paucis post Resurrectionem Domini diebus, et quidem, ut in fine concionis innuitur, in festo sanctarum Bernices, Prosdoces et Dominicæ matris. Hic autem illas nominatim non recenset Chrysostomus, sed adeo clare indicat, ut perinde certum sit de illis agi, atque si proprio nomine appellarentur. Agitur nimirum de matre et de filiabus, quæ servandæ fidei pudiciticæque causa, post relictam patriam sese in flumen præcipitarunt. Singulare quidpiam hic carptim dicit, quod in priore de SS. Bernice et Prosdoco homilia non comparet; nempe tyrannum quemdam cælibem virginitatem earum, nempe Dominicæ filiarum, tentare voluisse, sed inaccessas fuisse virgines: quod utique licet sileatur in priore, congruit tamen cum iis, quæ num. 7 dicuntur, nempe Dominicam sese cum filiabus in flumen præcipitasse, non quod tormenta metueret, sed quod timeret ne quis filiarum suarum virginitatem corrumpere: quo innuitur iudicem seu tyrannum Dominicæ filiabus cupiditatis oculis adjecisse. Huic de sanctis mulieribus sermoni præmittit Chrysostomus concionis præteritæ reliquias, ubi postquam quæsitus fuerat, cur Joannes solus evangelistarum de Lazaro quatuordecim loquutus esset; cum causam attulisset, de Lazaro non pauca solito stylo edisserit. Ex tempore autem pronuntiata fuisse videtur hæc concio, ut aliæ non paucæ, quæ paræ sunt brevitatis.

In hunc annum Tillemontius confert Homiliam de Ascensione (T. 2. c. 441), quia nempe post Homiliam de Cæmeterio et Cruce, quæ habita fuisse putatur anno 392, dicta fuit: nam in principio Homiliæ de Ascensione dicit: *Etiã cum crucis memoriam recolimus, extra urbem ejus solemnitate celebravimus*; indeque arguit eodem anno utramque habitam fuisse, non animadvertens Chrysostomum initio concionis de Cæmeterio et Cruce dicere, ex lege lata a majoribus statutum fuisse, ut solemnitas istæ extra civitatem in quodam assignato loco celebraretur. Ergo quotannis extra urbem in die Parasceves conventus habebantur: nec potest quidquam ex supra allatis verbis ad annum statuendum colligi. Ideo autem extra urbem celebrari hoc festum dicit, quia isto in loco mar-

tyres sepulti erant. Quoniam vero eodem in loco etiam hæretici quidam sepulti fuerant, nec sine scrupulo populus ad sepulcra martyrum preces fundebat, ob illam viciniam; ideo Flavianus episcopus vera martyrum ossa istinc auferri curaverat, et in ecclesiam Romanesiam dictam transportari, ubi populus precabatur, et conciones habebantur. Exhinc vero de angelis ubique et in ecclesiis maxime præsentibus loquitur: atque diaconum in Liturgia dicere, *Angelum pacis rogate*. Postea de Ascensione Domini agit, docetque quomodo Christus ad dexteram Patris sedens, mediator Dei et hominum sit. Quænam differentia sit inter Ascensionem Christi et ascensionem Eliæ explicat, ac cum summa modestia et humilitate concionem claudit.

Hoc item anno 392, vel circiter, putat Tillemontius Chrysostomum orationem habuisse in laudem Diodori Tarsensis (T. 3. c. 761): quam temporis notam nec impugnare, nec ut omnino certam defendere licet. Orationem jam habuerat Diodorus in qua Joannem Chrysostomum laudibus extulerat. Chrysostomus vero, laudum minime cupidus, suas ipsi laudes reddidit, et orationem texuit brevissimam, quia post illum eadem die concionaturus denuo erat Diodorus, ut clare ipse innuit in fine præconii. More quippe receptum vidimus Antiochiæ, ut eadem die in eademque ecclesia duo concionarentur. Diodorus vero episcopus Tarsensis, qui olim fuerat Joannis Chrysostomi magister, libenter ad id officii admittebatur; quia olim presbyter Antiochenus id muneris diu exercuerat, quo tempore Ariani, cum auctoritate plurimum valerent, Catholicos infestabant. Iis cum fortiter obsisteret Diodorus, ab Arianis sæpe pulsus est, sæpe in periculum capitis venit; ac si non re, saltem proposito martyr fuit, ut dicit ipse Chrysostomus, tum in ista oratione, tum in fragmento quodam ex Facundo Hermianensi excerpto, quod illi in hac editione subjungitur.

Innumeras certe homilias Antiochiæ habuit Chrysostomus, quarum magna pars ad nos usque pervenit. At earum omnium vix ac ne vix quidem potest annus assignari. Ex earum numero sunt Homiliæ in Genesim (T. 4. c. 21), numero 67, quas Constantinopoli habitas fuisse dicit Photius, subdubitans tamen, nec rem quasi certam referens. Verum Antiochiæ certissime dictas fuisse multis argumentis probat Tillemontius, nosque quamplurimis additis confirmavimus in Præfatione ad Homilias in Genesim quarto Tomo, et in Præfatione ad conciones in Principium Actorum tertio Tomo, et alibi.

Homilias vero in Oziam dixisse potuit ante Homilias in Genesim (T. 6. c. 97): id certum videtur secundam saltem habitam fuisse aliquanto tempore antequam de Nominibus, sive de Mutatione nominum homilias inciperet. Etenim in homilia secunda in Oziam, cum de nomine Abram in Abraham mutato ageret, dixit ille numero 5, *Verum de nominibus alio tempore disseram*, id est de mutatione nominum: illas enim de Mutatione nominum homilias interdum de Nominibus appellat. In illis vero de Mutatione nominum

homiliis de nomine Abram in Abraham mutato non semel agit. Primam cum Tillemontio diu post secundam ablegavi et in aliud tempus distuli, quartam quoque a reliquarum serie amovendam censui: secundam vero, tertiam, quintam et sextam continenter ponendas esse censeo. Sexta paucis diebus ante Quadragesimam habita fuit, ut ibidem narratur. Vide Monitum ad homilias hasce Tomo sexto c. 93.

In prima, quam loco mutandam putamus, gaudet de populi frequentia et concursu, dolet autem quod auditores, dum concio haberetur, incompositas voces emitterent, tumultuarentur ac lymphatis similes circumagerentur, de Seraphinis pauca dicit. Illos autem increpat, qui ad spectacula prodirent, quique sic mysteria divina cum dæmoniis miscerent.

In secunda, quam primam putamus, in illud, *Vidi Dominum sedentem*, etc., multa profert. Divinam naturam etiam angelis incomprehensibilem esse pronuntiat; ideoque carpit Anomæos, qui de natura illa impios proferrent sermones.

Homiliæ tertiæ argumentum sunt hæc verba, *Elatum est cor Oziaë*. Dicit autem ille superbiam, etiam ex bonæ conscientiaë testimonio oriri posse, et bonis operibus instructum magis oppugnari a diabolo: tantumque malum inferre animæ superbiam, quantum corpori tumores.

Quarta concio, quam loco movendum esse censemus, in argumentum habet hæc verba: *Factum est in anno in quo mortuus est rex Ozias*, etc. Dicit facilius esse solem exstingui, quam Dei Ecclesiam deleri. Occasione autem Oziaë regis affirmat et probat sacerdotum dignitatem majorem esse, quam regum.

Quinta et sexta, licet alio longe tempore pronuntiate, idem argumentum pertractant, et de Oziaë superbia agunt. Hinc de sacerdotum potestate agitur, docetque Chrysostomus, quo pacto debeat sacerdos peccantem principem corripere. In sexta vero de Seraphinorum dignitate loquitur. In fine docet quomodo ad sacram mensam sit accedendum.

De Homiliis in Genesim. — Jam vero quæritur quo anno conciones in Genesim habitæ fuerint (T. 4), quæ sane longe difficilior quæstio est. Circa tempus, quo scriptæ fuere, operose edisserit vir sagacissimus, omniumque longe accuratissimus Tillemontius, cujus verba Latine translata referre ne pigeat: *Quod spectat animum, quo hæc homiliae sunt habitæ, non nisi conjectura dicere possumus. Illas Chrysostomus habere cepit Dominica jejuniæ præcedente, quo per Quadragesimam illud argumentum, ut verisimile est, tractaret. Secunda enim die sequenti, feria scilicet secunda et prima diei jejunii, dicta fuit; tertia feria tertia, quarta die insequenti. Sicque reliquas omnes singulis diebus habitas fuisse credere est, licet id non significet Chrysostomus, nisi forte ex occasione quadam aliud argumentum tractandum occurreret. Certum quippe est populum quotidie in ecclesiam convenisse, Chrysostomumque singulis diebus concionatum esse. Eodem etiam in Genesim argumento pergebat sabbato et Dominica, licet iis diebus non jejunaretur: nam undecima homilia in horum alterutro die*

dicta fuit. Homilia quinta, sexta, septima, octava, nona, continenter, suis quaque diebus, habitæ fuerunt. Neque dicere possis eas ad quinque dies jejunii secundæ hebdomadis pertinere: nam decima in die jejunii dicta fuit, et in hebdomada quinque tantum jejunii dies erant: undecima vero sabbato illius secundæ hebdomadis pronuntiatæ est. Si ergo Homiliae in Genesim singulis diebus una serie habitæ fuerint, id quod circa sex saltem priores omnino verisimile est; sexta utique feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ pronuntiatæ fuerit.

In sexta homilia Chrysostomus queritur Antiochenos, nulla quotidianarum adhortationum, nulla Quadragesimalis pœnitentiæ ratione habita, circi ludis interfuisse. Hi haud dubie circenses ludi eadem ipsa die celebrati fuerant; nam in Quadragesima vespertino tempore conciones habebantur: unde consequi videtur hunc annum esse aut 395 aut 396. Kalendarium enim Romanum ludos nullos assignat initio mensis Martii. Ludi quippe Gothici, qui a quarta Februarii ad nonam habebantur, non hic a Chrysostomo commemorantur. Verum ludi adhuc assignantur undecima Februarii, quæ anno 395 concurrebat cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ, quia Pascha istius anni incidit in vigesimam septimam Martii. Annotantur etiam ludi ad ultimam Februarii, id quod ad annum 396 pertinere potest, quo, cum Pascha incidere in decimam tertiam Aprilis, vigesima nona Februarii concurrebat cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ. Ex istis vero duobus annis anteferendum ducimus annum 395, quia putamus Chrysostomum anno 396 Homilias de Pœnitentiâ habuisse. Quibus ita constitutis ludi circenses illi, de quibus queritur Chrysostomus homilia 41, quæ tribus post Pentecosten hebdomadibus habita est, id est, forte sabbato 4 Junii, si vere dicta sit anno 395; ludi, inquam, circenses, illi fortasse erant, qui ad primam istius mensis diem notantur. Verum hæc non ut rem exploratam et certum damus: cum maxime ignoremus utrum hoc Kalendarium tunc temporis Antiochiæ in usu esset, nec sciamus utrum ludi omnes circensium cursus exhiberent. Poterant item ludi celebrari non consueto ordine. Imo etiam ludi annotantur ad duodecimam diem Februarii, perinde atque ad undecimam; ita ut, cum Chrysostomus absterret eos qui circo adfuerant, videatur monere debuisse, sequenti die exploratum fore num monitis suis obtemperassent. Verum ii, qui duodecimo die celebrabantur, non erant forte circenses: nam ibi Kalendarium non notam habet Com. XXIII, id est, Commisuræ XXIV: quæ videtur mihi esse nota ludorum circensium. Illa quoque nota Cm. XXIII, et Cm. XII, occurrit ad nonam, vigesimam quintam et vigesimam septimam Februarii: verum hi dies ne per totum quidem tempus, quo presbyter fuit Chrysostomus, in feriam sextam primæ hebdomadis Quadragesimæ incidunt. Illa nota Cm. ad ultimam Februarii non ponitur, quo etiam excluditur annus 396.

Alio item argumento abducimus ne anni 396, quem assignamus, notas esse certas putemus: quod videlicet non omnino exploratum sit sextam homiliam feria sexta habitam fuisse. Cum enim undecima sabbato secundæ hebdomadis haud dubie dicta fuerit, ex tredecim prære-

dentibus diebus, incipiendo a Dominica ante Quadragesimam, in qua prima homilia habita fuit, tres certissime dies, aut concione vacui fuere, aut conciones habuere ad aliud argumentum pertinentes, vel si ejusdem argumenti fuerint, certe jam deperditas. Atqui tres illi dies non nisi ante quintam, vel decimam, vel undecimam statui possunt, quia aliae omnes continenter et una dierum serie dictae sunt. Ex hisce porro tribus unus saltem inter decimam et undecimam constituendus: qui enim pransi decimae adfuerant, non feriam sextam, ut credere est, delegerunt, ut jejuniū solverent.

Hactenus Tillemontius: ubi observes quanto labore ac studio uti solet, illas temporis notas sit persequutus quantaque prudentia a iudicio absolute ferendo absteineat. Contra illam vero sententiam, quam ille hærens et subdubitans amplectitur, alii et fortasse majores possunt scrupuli proferri. Kalendarium enim illud Romanum Constantini Magni anno 325, ut fertur in titulo, editum eī a Petavio publicatum in Uranologio p. 112, incertum est an idem manserit ad usque finem sæculi quarti: imo certum videtur in multis saltem mutatum fuisse: nam secundum profanæ plurium deorum religionis ritum concinnatum est totum: qui impii ritus demum sub Theodosio Magno sublatis sunt. Ad hæc certum videtur urbes illas orbis præcipuas, qualis erat Antiochia, suos aut aliquos saltem sibi proprios habuisse ritus, quantum ad ludos et alia in Kalendaris adscribi solita: quo posito quid possumus ex Kalendario Romano circa Antiochenos ritus statuere? Quod vero dicitur querimoniam Chrysostomi initio homiliæ sextæ non spectare ludos Gothicos, id certe divinando dici videtur. Quis enim scit an in ludis Gothicis, saltem in eorum quibusdam, cursus equorum adhiberetur? at contra hujusmodi cursus totus est Chrysostomus in homilia sexta. Demum tabulas Paschales, queis hæc omnes conjecturæ nituntur, aliquando fallaces esse supra probavimus. Nec tam perspicue scimus utrum circa celebrationem Paschæ, ritum Alexandrinum servarent Antiocheni. His omnibus itaque perpensis, fateamur necesse est, incertum prorsus esse quo anno hos in Genesim sermones Antiochiæ habuerit Chrysostomus. Id unum sine dubio scimus, magnam eorum partem in Quadragesima dictam fuisse, illamque Quadragesimam non esse anni 386, in qua octo ab his diversos habuit sermones; neque anni 387, quam pene totam in deploranda Antiochenorum ob eversas statuas calamitate absumpsit.

Certo constat etiam multas alias diversi argumenti habuisse homilias Chrysostomum intermisso concionum in Genesim cursu, ut in magna et sancta hebdomada de Juda proditore, in Paschate contra Ebriosos, post Pascha homilias quinque in Principium Actorum, et homilias quatuor de Mutatione nominum. Una vero serie homilias triginta duas in Quadragesima: si alterius argumenti homiliæ quæpiam hunc cursum interpellaverint, eæ jam non exstant. Operæ pretium autem fuerit illarum per Quadragesimam homiliarum ordinem, et quanto clapsu temporis spatio alia aliam

sequuta sit, hic paucis perscribere.

Prima concio dicta fuit Dominica die, quæ Quinquagesimæ penes nos vocatur, antequam quadragesimale jejuniū iniretur; secunda, die sequenti qua jejuniū incipiebatur; tertia et quarta in feriis tertia et quarta: hæc continenter singulis diebus dictæ sunt. Incertum vero est, utrum inter quartam et quintam homiliam aliqua dies intercesserit, aut concione vacua, aut ad aliud concionandi argumentum deputata. Ut ut est, quinta, sexta, septima, octava et nona homiliæ continenter singulis sibi succedentibus diebus dictæ sunt, partim in prima, partim in secunda Quadragesimæ hebdomade: decima etiam in secunda hebdomade aut feria quinta, aut sexta: undecima in sabbato secundæ hebdomadis: duodecima habita est post aliam vel alias, quæ ad diversum a Genesi argumentum spectabant. Inter duodecimam quoque et decimam tertiam vel unus vel plures dies intercesserunt. Decima quarta dicta est die decimam tertiam insequente: decima quinta similiter sequente die: decima sexta, die item sequente: decima septima uno vel pluribus post decimam sextam diebus: decimam septimam decima octava, nulla die interposita, sequuta est; decima nona an continenter habita sit ignoratur; similiterque vigesima, quam diebus sequentibus, nulla vacante die, exceperunt vigesima prima, vigesima secunda, vigesima tertia, vigesima quarta. Brevique interposito spatio, continuis diebus vigesima quinta, vigesima sexta, vigesima septima, vigesima octava. Vigesima nona an die post vigesimam octavam sequente habita sit, ignoratur. Trigesima cum magnam hebdomadem attigisset, ut ipse Chrysostomus ait: trigesima prima et trigesima secunda in hebdomadis sanctæ diebus, qui feriam quintam in cœna Domini præcedunt.

Hic longo temporis spatio Homilias in Genesim Chrysostomus interceptit, ac feria quinta in cœna Domini de Juda proditore loquutus est, et feria sexta homiliam de Cruce, atque in die sancto Paschæ concionem contra Ebriosos et de Resurrectione; post Pascha autem Homilias in Principium Actorum: ita ut intermissas in Genesim homilias post Pentecosten tantum resumpserit. In principio enim homiliæ trigesimæ tertiæ se a multo jam tempore cursum illum intermisisse dicit. Post trigesimam tertiam trigesima quarta insequenti die dicta fuit, et postridie trigesima quinta: hanc continenter subsequuta est trigesima sexta, quam exceperit trigesima septima. In triduo continenter 38, 39, et 40 habitæ sunt. Post aliquot interpositos dies quadragesimam primam habuisse videtur. Biduo autem sequenti quadragesimam secundam et quadragesimam tertiam. Postea vero concionem de Samaritana habuit, ac subinde quadragesimam quartam in Genesim pronuntiavit, et paulo post continenter 45, 46, 47 et 48, similiter 49 et 50; et aliquot postea diebus quinquagesimam primam: numerum auxere biduo sequenti 52 et 53.

Quinquagesimam quartam emisit postquam de Conversione sancti Matthæi concionem habuerat: quam

concionem sequutæ sunt 55, 56, 57 et 58. Seriem intercepti concio de Observationibus legalibus, postquam die sequenti quinquagesimam nonam dixit. Paulo post autem 60, 61, 62, pronuntiavit, quam postremam die sequenti sexagesima tertia, sequuta fuit, et paulo post sexagesima quarta, et postridie sexagesima quinta, paulo post sexagesima sexta, inter quam et sexagesimam septimam aliquid spatii intercessisse videtur. Sicque omnes in Genesim conciones complete fuerunt.

Stylus Chrysostomi in his homiliis nescio quid novi præ se fert. De his homiliis loquens Photius ait hic observari consuetam Chrysostomi claritatem, puritatem, splendorem et copiam dicendi, sententiarum frequentiam et aptissimarum similitudinum abundantiam; sed eas remissiore et humiliore dicendi genere scriptas, tantumque Homiliis seu Commentariis in Acta stylo inferiores esse, quantum illa in Acta Commentaria inferiora sunt Commentariis in Epistolas Pauli et in Psalterium. Ac revera hæc conciones, licet magnam ubertatem atque solitam Chrysostomi inventionis felicitatem præ se ferant, non tamen pari studio vel accurate concinnatæ videntur. Illic sæpe animadvertas longissimas texti periodos, quæ parentheses alias super alias tam frequenter exhibeant, ut principii oblitus orator, sententiam imperfectam relinquat, et aliquando verbum ad ordinem necessarium prætermittat. Neque vero id mirum tibi videatur, si perpendas, periodos illas aliquando ita extendi, vix ut in pagina una absolvantur. Hinc inferas oratorem nostrum hæc concionantem, non ita semper paratum meditatumque ad concionem venisse, sed multa ex tempore ut menti sese offerebant dixisse.

Si causam porro quæras, perpendas velim ipsum in hac Quadragesima ad usque hebdomadis sanctæ dimidium, non modo illas triginta duas priores homilias habuisse, sed etiam alias identidem memoratas, quæ suadente quapiam temporis occasione Homiliarum in Genesim cursum interpellabant, et fortasse alias quoque dixisse ab se non commemoratas, ita ut quotidie ferme, et quidem longissime concionatus sit. Id autem a viro præsertim qui per totum annum concionandi officium exsequatur, non posse sine extemporali declamatione identidem saltem repetita præstari, fateamur necesse est. In extemporali autem declamatione, ubi ingenium tanta pollens inventione, nova semper oratori suppeditat, quid mirum si nonnumquam contra præceptiones grammaticas peccetur, etsi minor *deperibat* in syntaxi occurrat.

Diximus Chrysostomum Homiliarum in Genesim cursum interceptisse (T. 2. c. 371), ut feria quinta in Cæna Domini de Juda proditore ageret. Homiliam vero de Juda proditore aliquot ante annos, ut credere est, jam habuerat, sed illam retractavit, initiumque mutavit, et quædam addidit, ut eam feria quinta in Cæna Domini diceret, quod etiam in aliis homiliis fecisseprehenditur. Occasione proditoris Judæ dicit, non necessitate hominem ad bonum pertrahit, ipsumque ex libero arbi-

trio vel bonum vel malum deligere et perpetrare. Quod in homilia de Juda proditore animadvertimus, id ipsum deprehendimus in concione de Cruce ac Latrone, quæ in die Parasceves habita fuit; nempe Chrysostomum, quam aliquot ante annos habuisse videtur, eandem secundis curis recognitam, et quibusdam in locis, in principio maxime mutatam, eodem recurrente die Parasceves iterum pronuntiasse. Non series modo eadem est, sed etiam verba plerumque; atque Scripturæ loca eodem ipso in utraque ordine locantur. Quæ prior, quæ posterior dicta fuerit, non ita facile est deprehendere. Verum ex iis, quæ num. 5 in utraque dicuntur, aliquid lucis ad rem excutiendam affertur: nam in priore, cujus initium est, *hodie Christus*, sic legitur: *Imitemur itaque et nos Dominum, et pro inimicis precemur: eandem enim cohortationem resumo. Jam quinto die vobis de eodem argumento dissero.* Quæ vero posterior locatur sic habet: *Imitemur et nos Dominum, et pro inimicis precemur. Quæ heri monui, eorundem et nunc commonefacio, sciens præclari facti magnitudinem.* Inde vero liquidum esse videtur, posteriorem eam esse, quæ post Homilias in Genesim in Quadragesima habitas die Parasceves dicta fuit: nam in Homiliis in Genesim 30, 31, 32, ne minime quidem de precibus pro inimicis dictum fuit, ideoque in postrema locum mutavit Chrysostomus, et de precibus pro inimicis in homilia præcedenti de Juda proditore tantum loquitur. Vide in Mœnito ad hæc homiliam T. 2, c. 397.

In die Resurrectionis Domini eodem anno dicta fuit Homilia contra Ebriosos et de Resurrectione (T. 2. c. 417). Hanc vero concionem sic memorat Chrysostomus homilia prima (6 Januarii) in Principium Actorum, quæ eodem ipso anno paulo post Pascha habita fuit, num. 2: *Non sunt igitur malum divitiarum, sed illegitimus earum usus est malum: et sicut nuper de ebrietate verba faciens, non vinum accusabam; quippe cum omnis creatura Dei bona sit, quæ cum gratiarum actione percipitur; sed malum usum, etc.* Quæ verba cum hac concione mire consonant, maxime vero cum hoc ejusdem loco: *Abstineamus ab ebrietate: non dico hoc, abstineamus a vino, sed ab ebrietate abstineamus. Non vinum efficit ebrietatem; est enim Dei creatura: Dei porro creatura nihil efficit mali; sed voluntas mala efficit ebrietatem, etc.* Postquam autem de vero jejunii usu et contra ebrietatem loquutus est, dicit nullam esse personarum distinctionem in participatione mysteriorum: aut etiam se septem dierum spatio quotidie concionaturum esse. In hac porro concione Manuscriptorum ope histum magnum sarsimus.

Homiliæ in Principium Actorum. — Hanc concionem sequutæ sunt aliæ, quarum fortasse quædam interciderunt, si quidem singulis diebus concionatus sit (T. 3. c. 63). Inter eas vero, quas paulo post Pascha dixit, numerantur Homiliæ in Principium Actorum, quæ in prius editis longo intervallo separatæ erant, quasque nos, ipso Chrysostomo duce, continenter posuimus, ut ipsa temporis et argumenti ratio postulabat; ita ut assignare in promptu fuerit, quæ sit prima, quæ

secunda, quæ tertia, etc. Id vero clare docet ipse Chrysostomus infra in ea, quam tertiam ordine ponimus: ibi enim num. 1 legitur: *Eo fit ut, cum ad quartum jam diem expositionem produxerimus, necdum tamen anam expositionem potuerimus præterire, sed adhuc circa illam versemur.* Et paulo post: *Itaque primo die non esse temere prætereundas inscriptiones dicebam, quo tempore titulum vobis Altaris legi, ac Pauli sapientiam ostendi..... In hoc desiit priori die tota doctrina: post illam secundo die, qui libri illius auctor esset quæsiuimus, et invenimus Dei gratia Lucam evangelistam: multisque vobis demonstrationibus rem in quæstione positam probavimus.* Demum clarius paucis interpositis: *Prima igitur die de inscriptione; secunda vero de eo qui librum scripsit; tertia die disseruimus apud eos, qui advenerant, de initio Scripturæ: et ostendimus quid sit actum, quid sit miraculum, et quid sit conversatio, quid signum et prodigium ac virtus.. Hodie reliquum inscriptionis operæ pretium est dicamus, et quid significet apostoli nomen ostendamus.*

In prima igitur concione postquam eos carperat, qui conventum ecclesiæ deseruerant, non temere prætereundas esse sacrorum librorum inscriptiones docet, et de inscriptione Altaris, nimirum *Ignoto Deo*, agit, demumque recens illuminatos alloquitur.

Secundam, ubi de auctore libri Actorum edissererat, et Lucam esse demonstrabat, reperimus quidem; sed, heu, misere deformatam, et cum spuris intermixtam. Est nempe homilia inscripta (*Vide Monitum, t. 3. c. 63*) de *Assumptione*, seu Ascensione Domini et Chrysostomo adscripta; ubi quæ prima feruntur, Chrysostomo nostro indigna videntur esse. Sub hæc adjiciuntur alia, quæ cum prioribus non coherere putantur; et licet melioris notæ sint, utrum Chrysostomo sint adscribenda, necne, non ausim affirmare. Sequitur postea pars illa, ubi quibusdam præmissis circa inscriptionem libri Actorum, quæ ad præsens institutum apprimè quadrant, de hujus auctore egregie disseritur, et Lucam esse probatur. Illic vero Chrysostomum agnosco; nec dubito quintam ea quæ de inscriptione Actorum, quam ea quæ de hujus libri auctore feruntur, ad eam homiliam pertineant, quam ut secundam ab se dictam hic memorat Chrysostomus. Illic quæritur in illa, quoties a resurrectione ad Ascensionem usque Dominus Christus apparuerit. Hanc quoque partem Chrysostomi esse puto; reliqua fere omnia quæ in hac longissima homilia habentur, aut inepta, aut Chrysostomo indigna sunt.

Tertia homilia, quam, altera ad calcem rejecta, secundam inscribimus, in Palæa seu veteri ecclesia Antiochena fuit, ea est in qua de inscriptione Actorum agitur, necnon de differentia inter miraculum et actum, additurque vitam cum virtute actam, utiliter esse signis et miraculis.

Quarta, quam supra memorata de causa tertiam inscribimus, de utilitate lectionis Scripturarum agit, et ut tituli *Actuum Apostolorum* postremam vocem explicet, perquirat quid significet apostoli nomen, dicit-

que apostolorum dignitatem multo majorem esse, quam magistratum, imo etiam regum et imperatorum.

Quintam subjungimus eam quæ quarta inscribitur; in qua quærit Chrysostomus cur Acta in Pentecoste legantur: ex ejus vero dictis arguitur, quatuor aliis esse subnectendam.

Homiliæ de Mutatione nominum. — Post quinque illas in Inscriptione Actorum homilias Chrysostomus conciones de Mutatione nominum variis sub titulis habuit. Id vero diserte narrat in prima hujus argumenti, cujus inscriptio sic habet: *Saulus adhuc spirans minarum, etc.*: ubi sic ait num. 3: *Totum igitur debitum inscriptionis vobis persolvimus, inscriptionis, inquam, Actuum Apostolicorum. Ut ergo initium libri attingeremus ordo exigebat, ac doceremus quid hoc sibi velit:* Primum quidem sermonem fecimus de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere ac docere. *Verumtamen non sinit Paulus ut hanc seriem ordinis sequar, sed ad se suaque recte facta linguam nostram invitat. Cupio namque videre illum introductum Damascum, non ferrea catena, sed Dominica voce rinctum.* Illic vides post Homilias in Principium Actorum institutam concionem: vides item ejus argumentum. Habitam item hanc, de qua nunc agimus, antequam tempus Paschale dilaberetur, aperte narrat num. 4: *Nam si, dum solemus vobis, ait, inscriptionem legimus et enarramus, dimidium solemnitatis consumpsimus; si ab exordio initio factum ipsum libri pelagus orationem immittere cœpissimus, quantum, quæso, temporis impendissimus, ut ad illas de Paulo narrationes perveniremus!* Et postea num. 5 non obscure significat illam homiliam, quæ nulla intermedia præcesserat, esse quintam in Principium Actorum, in qua quæritur cur Acta Apostolorum in Pentecoste legantur. Illic namque sanctus doctor talia fatur: *Nonne in priore vobis collecta dicebam ea miracula, quæ crucem sequuta sunt, iis majora, quæ ipsam præcesserant exstitisse? nonne id ostendi vobis et ex miraculis et ex discipulorum benevolentia; et quo pacto antea quidem Christus imperans mortuos suscitabat, postea vero servorum ejus umbra id ipsum præstabat?* etc. Quæ omnia diserte narratur in illa quinta homilia in Principium Actorum num. 7. Qui vero fuerint illi præsides, qui tum in hujus, tum in sequentis homiliæ fine memorantur, hic disquirendum. Præsules utique illòs, qui hisce concionibus aderant, non alios fuisse puto, quam episcopos vicinos Syriæ vel Phœnicæ, qui alibi quoque Chrysostomi concioni interfuisse memorantur, ut videbimus. Cum enim Antiochia metropolis esset, nihil dubium est quin episcoporum multi vicinæ regionis, sive negotiorum causa, sive desiderio audiendi Chrysostomi, cujus eloquentiæ fama volabat, in metropolim suam se conferrent.

Die insequente post habitam concionem in illud, *Paulus autem adhuc spirans minarum, etc.*, illam concionem habuit, quæ inscribitur, de *Nominum mutatione*. Quod argumentum ille in fine præcedentis homiliæ cœperat, hæc proposita quæstione, cur Paulo,

cur Petro, cur aliis in Veteri Testamento mutatum nomen fuerit. Id enim ipse narrat num. 2: *Neque enim, ait, de rebus trivialibus quæstionem habemus hodie, sed de re quæ cæpit quidem hesternis die proponi, non potuit autem solutio quæstionis afferri, propter eorum multitudinem quæ fuerant in medium prolata. Quid illud porro est? De nominum impositione quæstio erat, quæ Deus sanctis imposuit.* Et quibusdam interpositis: *Pauli facinora narrare cupiebamus, jamque historiæ attigeramus exordium, et his verbis conceptum narrationis initium invenimus: Saulus autem adhuc spirans minas et cædem in discipulos Domini, continuo turbavit nos mutatio nominis: et cætera de nominum mutatione, quæ pluribus ille prosequitur: ita ut hæc concio sit ceu complementum præcedentis.*

Hanc homiliam sequutus est sermo (T. 4. c. 619), qui post Homilias in Genesim nonus numeratur, ubi duæ illæ de quibus modo egimus homiliæ memorantur, et de Mutatione nominis Abrahamæ, deque aliorum nominum priorum, quæ in Veteri Testamento sunt, significatione tractatur. In hoc sermone, perinde atque in præcedentibus homiliis, longo præmio usus est Chrysostomus. Hinc querimoniam populi Antiocheni, ob nimiam præmiorum prolixitatem. Cuius querimoniam occasione, paucis elapsis diebus illam de ferendis Reprehensionibus homiliam habuit, quam nos in serie homiliarum de Nominum mutatione tertiam ponimus, quia ipsa licet in prius editis distracta et procul ab aliis posita, sese prodit hoc ordine ponendam esse num. 3 his verbis: *De Paulo autem sermo nobis nuper erat, quando de nominibus disserebamus, quærebatque cur aliquando Saulus, postea vero Paulus vocatus fuerit. Inde vero digressi sumus ad veterem historiam, omnes qui alia nomina habuerant examinavimus. Pergit etiam in hac concione, ac disquirat cur Paulo nomen mutatum sit, et cur non statim ab ejus conversione: sed non modico post illam tempore exceperit homilia in illud, Paulus vocatus, in cuius medio idem ipsum tangit argumentum, et tres priores homilias commemorat his verbis: Nam si recordamini, tres integros dies de solo hoc nomine disseruisse me scitis, cum causas afferrem, ob quas, cum Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus est, et quam ob rem non statim ad fidem conversus hanc appellationem accepit, sed ad multum tempus nomen retinuit, quod illi parentes imposuerant.* Quibus tres hæc priores de Nominum mutatione homilias ita diserte commemorat, ut nulla supersit adversum suspicandi causa. Hæc porro quatuor homiliæ in prius editis ita distractæ, et, ut ita dicam, dissipatæ erant, ut nonnisi cum ingenti labore posset earum series internosci, quemadmodum et præcedentes aliæ in Actorum inscriptionem. Quanto autem id lectorum dispendio acciderit, norunt ii, qui vel primoribus labris rem ecclesiasticam literariam attigerunt.

Homiliæ de Pœnitentia. — Homilias de Pœnitentia post annum 395 cum Tillemontio ex levi conjectura ponimus. Tanta autem est in eorum ordine pertur-

batio (T. 2. c. 277), ut difficile sit dicere quæ prima, quæ secunda, quæ tertia habita fuerit. Sed ad Monumentum in easdem mittimus, ubi hæc pro facultate discussimus. Homilia tamen quarta, cuius initium, *Pastores oves*, jure quartæ nomine insignitur: quandoquidem Chrysostomus initio dicit se jam quarta vice et die de pœnitentia agere. Sed cave putes perinde certum esse eam, tres illas quas priores posuimus, aut aliquam ex aliis sequutam esse. Planum est tres, ante hanc quartam, de pœnitentia homilias dictas fuisse, sed hasne tres, quas præmisimus, an alias, ignotum prorsus est. Antiochiæ autem pronuntiatam fuisse suadent hæc verba num. 2: *Quandoquidem nos cum exagitabamur, vexati fame, peste, grandine, siccitate, incendiis, hostium incursione, nonne quotidie ecclesia multitudine convenientium angustabatur?.... Postquam autem Deus iram deposuit, atque post tantos fluctus procellam abegit, ad pristinos iterum mores reversi sumus. Atqui in ipso tentationum tempore hæc prædicere et testificari non desistebam.* Illic longam calamitatum seriem memorat, quibus præsens ipse erat, et concionabatur: quæ omnia nonnisi ad tempus, quo Antiochiæ presbyter erat, quadrare possunt. Hostium vero ineursus putat Tillemontius esse invasionem illam Hunnorum, quæ anno 395 contigit: quod sat quidem verisimile videtur. Ut ut vero est, hanc in ultimos, quibus Antiochiæ concionatus est, annos opportune rejicimus.

Quinta, ejus initium, *Læta nobis hodie ac festiva celebritas*, est pulcherrima, quam de jejuniis, inscripsit Savilius. Et est quidem de jejuniis, sed præcipue de pœnitentia, quæ quo pacto cum aliis cohæreat deprehendi nullo modo potest. Antiochiæ vero habitam fuisse indicat Chrysostomus, cum monachorum in montibus proxime degentium exemplum considerandum offerat, ut solet in concionibus Antiochiæ habitis.

Sexta, cuius initium, *Quam jucundi spirituales*, de jejuniis maxime agit: an vero Antiochiæ, an Constantinopoli habita fuerit, nullo, ut videtur, modo deprehendi potest. Homilias illas duas in Psalmum quinquagesimum, quæ in quinto Tomo locum habent, putant quidam concionibus de Pœnitentia adjungendas esse: at, ut suo loco dicitur, cum illis cohærere posse non videntur.

Tres sequentes homiliæ, nempe septima, octava et nona, non pares Germanitatis notas præ se ferunt. Stylus a Chrysostomi elegantia non parum recedit. Quamobrem non sine aliquo scrupulo eas inter germana Chrysostomi opera relinquimus; nec tamen ab illis sejungendas esse duximus, quoniam ut jam alibi monuimus, in dicendi genere non semper sibi constat S. doctor. Alias insuper Chrysostomi de Pœnitentia homilias habemus, quas utpote spurias in Appendicem ablegavimus.

Innumeras Antiochiæ habuit conciones Chrysostomus, quarum magna pars edita fuit, et novæ interdum a tenebris eruuntur. Ex editis vero quarundam annuum quo dictæ fuerunt indicavimus vel ex

certis notis, vel ex conjectura tantum : cæterarum autem, quæ longe majori numero sunt, annum ne conjectura quidem assequi possumus. De his porro jam agendum nobis est.

Encomia Pauli Apostoli. — Et primo quidem de Pauli encomiis (T. 2. c. 469) seu sermonibus septem, quos omnino memorare videtur in Homilia in Kalendas, ubi sic habet paulo post initium. *Nuper igitur, cum beatum Paulum encomiis celebraremus (T. 1. c. 953. l. 20), sic exsultavistis, ac si ipsum præsentem vidissetis.... Volebam autem in idem argumentum hodie descendere; sed ad alia quædam, quæ magis urgent, oratio nostra provehitur; in quibus a tota hodie civitate peccatur. Eos enim, qui encomia Pauli audire cupiunt, prius virtutis Pauli æmulos esse oportet, et hujusmodi concione dignos.* Hic vides conciones in Paulum tum jam habitas, tum post habendas memorari, quarum argumentum erant encomia Pauli. Et tamen Hermantius opinatus est, illud Pauli encomium in Homilia de Kalendis memoratum, haberi in Homilia de Petitione filiorum Zebedæi num. 3, ubi obiter Pauli laudes attingit Chrysostomus. Tillemontius vero, rejecta Hermantii opinione, putat homiliam in concione de Kalendis memoratam eam esse, cujus titulus, *Quales ducendæ sint uxores*, ubi Paulus identidem laudatur. Verum, ut ex superius allatis verbis liquidum est, non agitur ibi de laudibus Pauli, quas concionibus suis, cujuslibet tandem argumenti sint, passim obiterque interserit Chrysostomus, quod sæpissime sane contingit; sed de concionibus plurimis, quarum argumentum erant encomia Pauli: *Ad eandem*, inquit, *rursus hypothesim descendere volebam*; id est, rursus de Pauli laudibus concionari volebam: quo quid aliud, quæso, indicari possit, quam sermones de Paulo apostolo, de quibus nunc agimus?

Ut certum est has conciones Antiochiæ dictas fuisse (nam id aperte indicat Chrysostomus homilia quarta de Pauli laudibus, ubi de templo Apollinis in suburbio Daphnes a fulmine tacto verba facit): ita de anno, quo hæc concionatus est, nihil vel certum vel admodum probabile statui potest. Eodem autem, quo Homiliæ in Kalendas, anno hæc conciones habitæ sunt, atque ut Chrysostomus ait, Homiliæ in Kalendas Januarii, Encomia seu sermones in Paulum interceperunt: ita ut ex sermonibus in Paulum, quidam Januarium mensem præcesserint, quidam in mense Januario habiti fuerint. Hos autem in Paulum sermones Anianus Pelagianus Latine convertit, putans illos hæresi suæ favere. qua de re pluribus egimus in Monito c. 471. In his porro homiliis septem sive orationibus Paulum, quem in toto operum suorum decursu quavis data occasione celebrat, confertim laudibus extollit: illum cum sanctis Veteris et Novi Testamenti confert, nullum dicit fuisse tot arcanorum consortem. Uno verbo, hæc Pauli encomia eorum omnium compendium esse jure dixeris, quæ Commentariis in Acta et in Epistolas Pauli de tanti apostoli præstantia et virtute prædicat.

Intercepta igitur Homiliarum in Paulum serie (T. 1.

c. 951), Chrysostomus Homiliam in Kalendas habuit. Hic vero Kalendæ Januarii memorantur, qua die annus incipiebatur apud Romanos, et *Ætrea*, seu munuscula, amicis cognatisque offerebantur. Mos tunc erat convivia celebrare, aliaque publicæ lætitiæ signa dare, ubi plerumque dissolutæ plebis gesta, supersticiosas observationes, aliaque id genus videre erat. Qua de re auditores suos carpit Chrysostomus. Libanius porro opusculum edidit in Kalendas inscriptum, ubi quo ritu Kalendæ fierent minutatim describit, atque unam eandemque celebritatem per totum Romanum imperium illa die agi. Itaque de die et mense nulla videtur quæstio moveri posse; secus autem de anno, quem ne conjecturis quidem probabiliter assignari posse putamus.

Homiliæ de Lazaro (T. 1. c. 963) qua anni tempestate habuerit Chrysostomus ipse declarat; imo etiam qua die primam dixerit enuntiat in ipso primæ concionis titulo: *Homilia postridie Kalendas Antiochiæ habita, de iis qui inebriantur, deque iis qui commeant ad cauponas, quique choreas ducunt per civitatem, quod non oporteat præceptorem desperare de discipulis, etiamsi in præsens non obtemperent: postremo de Lazaro mendico ac de divite*; tum etiam in concionis principio ipsam diem assignat: *Hæsterna die, cum esset festum Satanæ, fecistis festum Spiritus*. Unde inferas primam illam de Lazaro concionem dictam fuisse secundo Januarii die, post festum Saturnalium, quod vere festum Satanæ erat, ubi temulentia, tripudiis, saltationibus, comessionibus, aliisque ex Bacchico furore consequentibus operam dabat pars maxima civitatis; videturque eodem anno habitæ quo homilia superior in Kalendas, quando ut dissolutos mores compeceret, strenue contra *satanicam* hanc consuetudinem concionatus est. De anno autem, quo hæc homiliæ habitæ fuere, ne probabili quidem ratione quidquam statuere possumus.

Has vero conciones continenter habuit, paucis interpositis inter singulas diebus, quibus fortasse diebus eas quæ de S. Paulo supererant absolvit. In secunda, quam paucis post primam diebus habuit, statim dicit, primum virtutis gradum esse alterius virtuti applaudere. Hinc malam quorundam opinionem de medio tollere satagit: erant enim quidam qui putarent animas violenta morte decedentium fieri dæmonas. Postea de Lazaro et de divite verba facit, atque raptorem computandum esse divitem, qui partem bonorum non impertit.

In tertia hortatur ad lectionem Scripturæ sacræ, atque ex frequentî ejusmodi lectione mentem aperiri ad majorem ejus intelligentiam. Scripturæ vero sacræ ignorantiam hæreses peperisse, ac postquam de adversis patienter serendis multa dixit, orationem claudit.

Homilia de S. Babyla. — Post hæc aliquanto tempore sermones de Lazaro intermisit, primum ut S. Babylæ episcopi Antiocheni et martyris; deinde vero ut sanctorum Juventini et Maximini martyrum encomia celebraret. Qua in re ipso Chrysostomo duco loquimur: ait enim ille sub initium homiliæ quartæ

de Lazaro : *Verum non existimavimus esse tutum S. Babylæ et bigæ SS. martyrum*, qui post illam homiliam occurrerunt, *præclara gesta præterire*. Quibus consonat concionis in S. Babylam exordium : *Volebam equidem hodierno die debitum reddere, quod nuper vobis, cum hic essem, promisi : sed quid faciam ? B. Babylas interveniens apparuit, et ad seipsum nos vocavit*. Bigæ autem martyrum, qui post sanctum Babylam Homilias de Lazaro intercepte, sunt sanctus Juveninus et S. Maximinus, qui Antiochiæ passi fuerant, et quorum homilia sic incipit : *Nuper B. Babylas cum tribus pueris nos hic congregabat : hodie par SS. militum in acie exercitum Christi constituit. Nuper quadriga martyrum, hodie biga*. Concionem itaque, post tertiam de Lazaro homiliam habuit, de S. Babyla, qui episcopus Antiochenus cum esset, martyrium pro Christo passus est. Ejus historiam refert Chrysostomus ; maxime vero in libro illo, quem de Martyre Babyla contra Julianum Apostatam scripsit, ubi multum differt ab Eusebio Cæsariensi, ut supra diximus : ex rumore namque vulgi loquens concionator, quædam refert a rei veritate aliena : sed longe accuratius, cum de Reliquiarum ejus translatione sermonem habet.

Nuper, inquit, non autem, *heri*, ut ab interprete deceptus Tillemontius posuit. Sed negotium facessere videtur id, quod in postremo exordio dicit : *Nuper B. Babylas cum tribus pueris nos hic congregabat* : in hac enim concione ne minime quidem de tribus pueris legitur. Verum, ut initio homiliæ dicitur, non Chrysostomus solus, sed cum alii seniores, tum episcopus ipse Flavianus eodem die concionati sunt. *Hæc et alia*, inquit, *senioribus commemoranda doctoribus, et communi patri nostro relinquemus : res enim antiquiores præclare vobis a senibus possunt narrari : quæ vero non ita pridem ac nostra ætate sunt gesta, vobis juvenis ego narrabo, quæ nimirum post obitum, post exsequias martyris, ac dum in suburbio moraretur, acciderunt*. Hæc de S. Babyla sibi enarranda proposuit Chrysostomus, cætera communi patri et senioribus commemoranda reliquit. Nam ut cæteris locum et tempus daret, concionem de sancto Babyla breviorē habuit, quam solebat : verisimileque est aliquem ex iis, qui post illum concionati sunt, de tribus pueris verba fecisse. Eodem igitur anno habita est hæc concio, quo Homiliæ in Lazarum ; et quidem mense Januario, scilicet vigesima quarta ejusdem mensis, ut videtur, qua die Martyrologiæ omnia festum S. Babylæ indicant. Qui vero fuerit annus ille, non ita facile est deprehendere. Tillemontius annum assignat 387. Ejus calculum excussimus, levissimisque conjecturis fultum esse probavimus in Monito ad Homiliam in Kalendas, quæ Homiliam primam de Lazaro uno die præcessit. Ibi vide sis, necnon in Monito ad Homilias de Lazaro.

Homilia in SS. Juveninum et Maximinum. — Hanc paucis interpositis diebus, ut supra probatum est, sequuta est Homilia in sanctos Juveninum et Maximinum martyres Antiochenos, qui cum sub Juliano Apostata comprehensi et in carcerem

trusi, diis sacrificia offerre nollent, ejus jussu capite truncati sunt. Ex hujus porro concionis verbis, ubi dicitur *nuper*, concionem de S. Babyla dictam fuisse, quia vetus interpret Latinus illud verbo *heri*, male verterat, ii qui Martyrologiis operam dederunt in vigesimam quintam Februarii horum martyrum diem festum conferunt, licet bis in hac homilia se *nuper*, non autem hesternæ die de S. Babyla se verba fecisse dicat : cujus festum incidit in 24 Januarii. Inde mos obtinuit, ut die festum S. Babylæ insequente, SS. Juvenini et Maximini memoriam enuntient : non ex Græcorum Menæis id mutuati, siquidem, ut notat optime Bollandus, nulla in Menæis, Menologiis aliisque fastis Græcorum, SS. Juvenini et Maximini exstat memoria ; sed, ut diximus, ex veteris interpretis lapsu in Martyrologiis erratum est.

Post hæc encomia ejusdem parabolæ argumentum resumpsit, et quartam de Lazaro concionem habuit : dicit autem sub initium ex hac parabola magnos percipi posse fructus. Deinde vero probat animæ immortalitatem, atque conscientiæ nostræ tribunal esse incorruptum, atque ex ærumnis et calamitatibus illustrari mentem, et consueta morali adhortatione claudit concionem.

Homiliam in illud, *De dormientibus nolo vos ignorare*, post quatuor illas de Lazaro homilias habita fuit, ut ipse initio dicit, et in hac etiam de Lazaro identidem agit. Quapropter post homilias de Lazaro et temporis et argumenti causa in hac editione posita fuit.

Postquam terræ motus Antiochiam subagitaverat, aliam habuit homiliam Chrysostomus, quæ in Terræ motum et Divitem et Lazarum inscribitur, ideoque illam inter Homilias de Lazaro sextam consignamus. Hanc concionem Hermantius in annum 387 conferendam putavit, quoniam illo anno terræ motus Antiochiæ fuit. Verum adeo frequentes Antiochiæ terræ motus erant, ut in Monito ad hanc concionem probavimus, ut hinc annum quo habita homilia fuit consignare non liceat.

Homiliam de Viduis (*T. 3. c. 321*) paucis diebus post Homiliam de dormientibus pronuntiatam fuisse, ipse Chrysostomus in principio refert, cum ait, eam multam habere cognitionem cum præcedenti « Hoc enim illud est, » inquit, « quod nuper dicebatur, *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres* ; et de resurrectione multa tum a nobis sunt dicta. » Ita ut certum videatur hanc dictam fuisse paucis post illam quam de Resurrectione et de Lazaro quintam inscripsimus ; imo fortassis ante sextam de Resurrectione et de Lazaro. Hanc cum illis de Lazaro et aliis ejusdem temporis, quæ undecim numero sunt, confert Tillemontius in anni 386 initium : contra quam temporis notam non pauca diximus, aliud autem argumentum prioribus adjicimus. Certum est Chrysostomum anno ineunte 387 non paucos habuisse sermones de *consubstantia* et contra Anomæos ; nec minus certum solere Chrysostomum præteritarum concionum meminisse, cujus rei exempla passim vidimus an

vero contingere potuit, ut vigente illa contra Anomæos disceptatione, in nulla harumce novem homiliarum, quæ sine dubio, si eodem anno et mense habitæ fuerint, inter Homilias contra Anomæos intermixtæ fuerunt, vel minquam haberi hujus controversiæ mentionem? Hac mihi nova suborta dubitandi causa animi pendeo, donec quid certius emergat.

Septimam de Lazaro ponimus homiliam quæ inscribitur, *Adversus eos, qui ad circensæ ludos pergunt, et in illum Evangelii locum: Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam: et versus finem, in Divitem et in Lazarum.* Hanc vero concionem in serie homiliarum de Lazaro esse ponendam docet ipse Chrysostomus num. 3: *Unum igitur ex iis, qui per angustam et arctam viam incesserunt, vobis in medium præferentes, eorum quæ a Domino dicta sunt veritatem ostendamus, et eadem rursus Domini parabola utamur.* Et paucis interpositis, eos eadem parabola jam imbutos declarans, sic pergit: *Ac scio equidem vos, homines perspicaces, jam quod dicturus sum intelligere; nihilominus tamen a vobis dici necesse est.* Et postea de divite et Lazaro pluribus agit. Demum num. 5, postquam Lazari mortem cum divitis obitu contulerat: *Lubenter enim, ait, hanc rem sæpe verso, ut nemo ex illis, qui egestate vel morbis et fame premuntur, se contemnat, et seipsum miserum arbitretur, sed patienter, etc.* Ex quibus perspicuum est hanc paulo post homilias illas quatuor de Lazaro pronuntiatam fuisse. Quamobrem in nonnullis Codicibus Mss. inter Homilias de Lazaro ponitur, et in Colbertino 364 post quatuor illas priores de Lazaro locatur, et inscribitur Quinta de Lazaro, atque Homilia in illud, *Nolo vos ignorare de dormientibus*, inscribitur Sexta de Lazaro. Verum hanc postremam de Ludis circensibus, illa de Dormientibus præcessit, ut ipsa homiliæ illius prima verba indicant: *Dies quatuor in explicanda vobis Lazari parabola consumpsimus, etc.* Igitur Antiochiæ continenter post conciones de Lazaro hanc habuit homiliam, ubi primum contra illos agit, qui circensæ ludos frequentabant, et postea ad consuetam de Lazaro et divite parabolam deflectit.

Hactenus tempus quo conciones singulas Antiochiæ habuit Chrysostomus assignavimus, modo certis, modo dubiis Indiciis. Cæteras vero quas edidimus, quasque Antiochiæ, sine ulla probabili anni nota, habuisse putamus, hic continenter apponemus, illo ordine quo in hac editione feruntur.

Homiliæ in Pentecosten. — Homiliam primam in Pentecosten ne conjectura quidem dicere possumus quo anno habitæ fuerit, ut in Monito ad eandem præhavimus (T. 2. c. 451). In ea vero non parvam nobis difficultatem affert in enumerandis majoribus festivitibus, quas sub initium primæ in Pentecosten homiliæ sic commemorat. Primam dicit Epiphaniam, secundam Pascha, tertiam Pentecosten. Queritur vero cur Natalem Christi diem omiserit, quem ipse 25 Decembris celebrari jam dixit, et in quo, ut supra

diximus, concionem habuit. Dici forte possit, quia festum Natalis Christi a paucissimis annis Antiochiæ celebrabatur die 25 Decembris, cum antea una Epiphaniæ solemnitas, die sexta Januarii et Natali Christi, et Magorum adorationi, et Christi baptismo deputata esset, hic secundum veterem solemnitates numerandi consuetudinem a Chrysostomo Epiphaniam memorari, diemque Natalem taceri. Ille nimirum receptus ab ævo recensendi mos fuisse videtur apud Antiochenos, ut tres insigniores solemnitates dicerent, Epiphaniam, Pascha et Pentecosten: Natalem vero Domini diem, quia nuper inductus fuerat, ut jam vidimus, in hoc numero nondum ponerent, quia antea cum Epiphania celebrabatur.

Secunda etiam de Pentecoste homilia nullam præ se fert temporis notam. In hac porro Pentecosten vocat Chrysostomus *metropolim festorum*, quia videlicet, ut ibidem adjicit, fructum illa Dominicæ promissionis affert. Non pauca contra Pneumatomachos disserit, qui Spiritus sancti majestatem ac divinitatem impetebant: ac postquam de fructibus Spiritus sancti multa protulit, finem dicendi facit.

Conciones aliæ. — Antiochiæ item incerto anno concionem habuit de S. Pelagia martyre Antiochena (T. 2. c. 579), quæ cum Christianæ fidei causa a militibus abducenda esset, ne virginitati suæ vis inferretur, sese præcipitem dedit, et sic mortem sibi conscivit. De qua sancta virgine multa memorantur in Monito ibidem, quæ non sunt præsentis instituti.

In sanctum quoque Ignatium *Desferum*, Antiochiæ episcopum et martyrem, concionem habuit Chrysostomus, paucis post concionem in S. Pelagiam diebus (T. 2. c. 587): de anno autem ne conjectura quidem statuere quidpiam possumus. Festum S. Ignatii celebratur apud nos prima Februarii, apud Græcos autem vigesima die Decembris; quia vero in Mss. etiam antiquissimis notatur ea ipsa dies vigesima Decembris, verisimile videtur illa die habitam fuisse hanc concionem, non autem 17 Decembris, qua die translatio ejus celebratur in Ecclesia Romana, ut recte notat Fronto Ducæus, qui tres ejus translationes commemorat; primam Roma Antiochiam, et putabant discipuli ejus, qui Acta scripserant, quando nempe reliquiæ ejus translatae sunt: nam Chrysostomo in hac homilia ac Hieronymo testibus, ossa ejus Antiochiæ quiescebant, et quidem extra portam Daphniticam in cœmeterio, inquit Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Secunda translatio imperante Theodosio II facta est, cum ejus jussu ex cœmeterio in templum Fortunæ ejus ossa translata sunt, et templum olim dæmonibus dicatum, martyri consecratum est, inquit Evagrius. Tertiam translationem Antiochia Romam memorat Martyrologium Romanum, cum in ecclesia S. Clementis recondita sunt. In hac vero concione Chrysostomus Ignatium ait feris obiectum quinque coronas meruisse; dicit insuper Antiochiæ ducenta hominum millia esse.

Aliquam concionum Antiochiæ habitaram seriem

nobis indicat (T. 6. c. 155) ipse Chrysostomus sermone primo de verbis Jeremiæ, cum ait n. 1 : *Propterea de Petro et Paulo nuper disseruimus. et de exorta inter ipsos Antiochiæ controversia, pugnanteque illum, quæ inter eos esse videbatur, pace quavis utiliore vobis ostendissimus, cumque ad præruptam et asperam vos illam viam deduxissimus, ad aliud argumentum vos traduximus, dum beati Eustathii præconia sermone complexi sumus, et post illum generosi martyris Romani laudes percurremus, cum illustrius nobis factum est theatrum, amplior applausus et major strepitus acclamantium.*

Conciones aliæ. — Quam primam hic memorat concionem, ea est, quam post lectionem Epistolæ ad Galatas (T. 5. c. 371) Antiochiæ habuit Chrysostomus in illud, *In faciem Petro restiti*. Veritus enim ne tantilla, quæ hic apparet inter Petrum et Paulum, Ecclesiæ columnas, dissensio piorum animos perturbaret, longa locum illum oratione explanare nititur. Statim explicat quanta hinc incommoda sequantur, si vere et objurgandi animo, plurimis presentibus, apostolorum coryphæum Paulus sit adortus. Hinc duas circa hunc locum sententias aperit statimque refutat : quarum prior est, Petrum, de quo hic agitur, non apostolorum principem, sed alium esse cognominem; altera statuit veram esse reprehensionem, nec simulato factam. Deinde vero suam ille profert opinionem : nempe apostolos Petrum et Paulum ad hanc piam simulationem paratos meditatoque venisse, exque pacto et convento inter ambos inito; tum se a gentibus segregasse Petrum, ne in Judæorum offensionem occurreret, tum Paulum ei in faciem restitisse, illo non reluctante, quia amborum ea mens erat, ut legis jugum gentibus non imponeretur. Cæterum Chrysostomi opinio, quæ ab Origene manasse creditur, ab Hieronymo primum propugnata, ab Augustino refutata est, asserente veram nec simulatam fuisse Pauli reprehensionem, ita ut ejus argumentis cederet ipse Hieronymus. Non desunt tamen qui primam sententiam, quæ Petrum ab apostolo alium asserit, nec qui secundam a Chrysostomo oppugnatam hodieque defendant.

Hanc concionem excepit Homilia (T. 2. c. 595) in S. Eustathium Antiochenum episcopum, qui ab Ariani, quæis admodum infestus erat, abdicatus, et eorum opera in exilium amandatus fuerat. De loco exilii non una est sententia; Hieronymo, qui dicit ipsum Trajanopolim in Thracia ablegatum fuisse, favet Chrysostomus, qui ait ejus corpus in Thracia esse. Alia plurima de Eustathio diximus in Monito ad hanc concionem, ubi vide sis. In ejus autem abdicatione tota pene seditione conflagravit Antiochia. Armatis enim utrimque partibus, adscitisque militibus, omnia erant ad pugnam et horrendam cladem parata; venturumque fuisset ad gladios, nisi supervenientes Imperatoris literæ plebem compescuissent. Tamenque Ariani sæcæ sectæ hominem episcopum constituerunt. Deindeque Catholici in duas et ipsi partes divisi sunt: quæ omnia jam diximus supra et in eodem Monito.

Post Homiliam in S. Eustathium (T. 2. c. 605) Chrysostomus Encomium in S. Romanum Antiochenum Martyrem protulit, de quo nonnulla sunt in dubium vocata, quæ in Monito expenduntur. Romanus ille est, qui postquam lingua amputata ipsi fuit, ut antea loquebatur. Altera in S. Romanum homilia ibidem sequitur, cujus stylus Chrysostomi dicendi generi tam absimilis videtur, ut vix credi possit esse S. doctoris opus : omnia tropis exclamationibusque redundant, et nescio quid peregrinum olent. Quare crederem potius esse cujusdam presbyteri Antiocheni, qui sub Flaviano alternas cum Chrysostomo concionandi partes ageret, id quod frequentissime accidebat illo tempore; ita ut duæ tresve conciones eodem die continenter dicerentur.

Chrysostomo duce, ut supra dictum est, post Homiliam in S. Romanum martyrem, ponimus concionem in illud Jeremiæ (T. 6. c. 153) : *Domine, non est in homine via ejus, neque homo ibit, et dirigit gressum suum* (Jer. 10. 23). Quo loco et plerisque aliis in Scriptura sacra similibus abutebantur multi, qui dicebant non ex voluntate et arbitrio nostro pendere ut vel bonum vel malum agamus. Hos vehementer increpat Chrysostomus, affirmatque penes arbitrium nostrum esse vel bonum vel malum agere; non quod ad bonum agendum non egeamus gratia Dei; nam ut alibi sæpe dicit, volenti semper adest gratia Dei, nec qui peccat, gratiæ defectum potest unquam in excusationem ostendere.

Conciones de Maccabæis. — Has sequuntur tres de Maccabæis conciones, quæ nullam præ se ferunt anni notam (T. 2. c. 617). Prior matrem præsertim Maccabæorum a constantia animique robore plurimum commendat. Secunda, die insequenti habita, septimum junioremque ex Maccabæis laudibus exornat, matre quoque identidem in laudum partem vocata. Hanc breviorē Chrysostomus homiliam pronuntiavit; ut pluribus, inquit, illi laudibus a communi doctore cumularentur, nempe a Flaviano episcopo, qui post Chrysostomum concionaturus erat. Tertia omnium brevissima in Maccabæos homilia, a nonnullis in illegitimitatis suspicionem vocatur, nec injuria : nam olet certe peregrinum. Styli genus strigotum est; omnia quasi in transcurso dicuntur. Neque tamen eam loco movendam esse putavi : satis enim erit scrupulum indicasse, ne quis eam ut certum S. doctoris fetum habeat. Quid vero, si dicamus hanc homiliam, quæ sane brevissima est, illam esse quam Flavianum episcopum mox pronuntiaturum esse dicebat supra Chrysostomus? Certe nihil video, quod nos ab hac opinione dimovere possit.

Aliæ homiliæ. — Conciones in Maccabæos sequi debet Homilia de S. Martyribus Antiochiæ habita (T. 2. c. 645) : nam num. 1 innuit ille se hanc pronuntiasse paulo post Maccabæorum solemnitatem, quando Flavianus episcopus martyrum festum ruri celebraturus abscessit, atque Chrysostomo in ipsa urbe concionandi provinciam reliquit. In hac autem homilia de martyrum virtute egregie disserit S. doctor : multa eorum ossa plus ad salutem, ad compunctionem, ad

pœnitentiam conferre dicit, quam doctorum quorumlibet verba admonitionesque. Hinc transit ad eos qui mysteria indigne participant, edicitque illis non secus plectendos esse, quam eos qui Dominum crucifixerunt. Permulti vero post hanc habitam concionem dicti illius acerbitatem non ferentes, indignabantur et excaudescabant: *Avocas nos, inquebant, a sacra mensa, et a communione repellis.* Quare permotus Chrysostomus, pulcherrimam illam orationem habuit, quæ inscribitur, *Non esse ad gratiam concionandum* (T. 2. c. 653): qua probat rem esse periculi plenam in tum prædicanti, tum audientibus, si ad gratiam ille concionetur: plurimaque dicit alia ad concionatorum et ad auditorum officium spectantia. Etsi vero hæc homilia ad panegyricos sanctorum sermones non pertinet, non licuit eam a præcedenti concione disjungere, quia cœptam de indigne communicantibus hypothesis, ea quam diximus occasione ductus hic prosequitur. Quo anno utramque habuerit homiliam Chrysostomus, incertum omnino est: hoc unum ex secunda homilia, cui titulus, *Non esse ad gratiam concionandum*, expiscari posse videtur, nempe habitam utramque fuisse post Homilias de Lazaro. Dicit enim S. doctor num. 3 de Lazaro loquens: *Et quid opus est parabolas totam percurrere? quippe notis historiam omnem; crudelitatem divitis, quo pacto mendicum pariticipem mensæ non faceret; egestatem illius ac famem, cum qua perpetuo conflictabatur.* Quæ sane videntur post sermones de Lazaro dicta, licet id affirmare non ausim. Quo autem anno sermones de Lazaro dicti fuerint, pariter incertum est, ut vidimus supra.

Brevem aliam in sanctos Martyres habuit concionem (T. 2. c. 661), cujus annum assignare non possumus. Hæc autem in agro Antiocheno dicta fuit, quo confluebant ex civitate multi, sed postquam et cultum martyribus exhibuerant, et conciones audierant, ad popinas et comotationes divertebant. Qua de re acriter in eos invehitur sanctus Doctor. *Perpende, inquit, quam ridiculum sit, post ejusmodi conventum; post vigiliis, post sacrarum auditionem Scripturarum, post divinorum participationem mysteriorum, et post spiritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in popinis transigentem videri.*

Homiliam in S. Julianum martyrem Cilicem (T. 2. c. 665), qui pro Christo cervicem dederat, habuit Chrysostomus Antiochiæ, ut exploratum est, tum ex iis quæ de Daphnes suburbio, dequæ comessionibus atque tripudiis ibidem haberi solitis commemorat; tum etiam quia ejusdem sancti Reliquiæ Antiochiam translate fuerant: eratque eadem in urbe ecclesia, ejusdem sancti nomine consecrata, quæ in historia Ecclesiastica non infrequenter memoratur. De anno autem quo hanc dixit concionem, nihil expiscari potuimus.

Circa Homiliam in sanctum Barlaamum martyrem (T. 2. c. 675) notat Fronto Ducaeus in Menologio quendam Græcorum manuscripto ad diem 16 Novembris annuntiari festum S. Barlaami martyris, ut et in Martyrologio Romano. Alia vero Græcorum Menologia

hoc festum ad decimam nonam Novembris referunt. Sed longe alia anni tempestate ea solemnitas Chrysostomi tempore celebrabatur. Nam Homilia in illud Apostoli dictum (T. 5. c. 241), *Nolo vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt* (1. Cor. 10.1); etc.: quæ homilia die festum S. Barlaami insequente habita est, ut ibidem ait Chrysostomus: diserte dicit ille hiemem jam præterisse æstatemque advenisse: *Liberati, inquit, sumus hieme, et æstate perfruimur, blande afflante zephyro.* Hinc sane consequitur longe diverse anni tempore tunc celebratum fuisse S. Barlaami martyris festum: nam ea in urbe concio hæc habita est, in cujus agro, ut ibidem dicitur, frequentia martyrum sepulcra existebant, quo confluere solebant quotquot ex civibus eorumdem martyrum memoriam recolere, ipsorumque præsidii consortes esse volebant: quod sane Antiochiæ competere nemo negaverit. Ad hæc vero, sub sinem ejusdem supra memoratæ homiliæ, præsulum omnium preces postulat. At Constantinopoli præsulem nullum Chrysostomus noverat, ipse supremus omnium præsul: Antiochiæ vero præsules vicini Chrysostomi concionibus interdum aderant, ut vidimus. Annum vero, quo has habuit homilias, ne conjectura quidem possumus assequi.

In homilia vero sequenti die habita in illud Apostoli (T. 3. c. 241), *Nolo vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt*, Chrysostomi scopus est demonstrare, res in veteri lege actas, futuris rebus fidem facere, esseque illas rerum novi Testamenti typum et umbram. Marcionem, Manichæum et Paulum Samosatenum obiter perstringit, et postulatis in sine sanctorum precibus, homiliam claudit. Notes velim certum quidem esse hanc concionem habitam fuisse die festum S. Barlaami insequente, at non perinde exploratum esse an eo anno quo homiliam istam de S. Barlaamo habuit, an alio.

Concionem vero de sancta Droside martyre (T. 2. c. 685) in agro Antiocheno habuit Chrysostomus, cum arrepta serenæ diei occasione, populum Antiochenum eo deduxit Flavianus episcopus, ut narratur num. 2. Hujus porro sanctæ martyris pauca supersunt monumenta: vixque aliud quidpiam circa martyrium certaminaque ejus novimus, quam quod ait S. doctor, eam in rogum conjectam fuisse. Neque solum sanctam Drosidem, sed et alios etiam plurimos martyres, quorum ossa eodem loco deposita erant, laudibus commendat Chrysostomus, eorumque in demones et in morbos quoslibet potestatem deprædicat, ac quantum ex eorum aditu utilitatem decerpere liceat, pluribus exponit. De anno, quo hæc pronuntiata concio fuit, nihil prorsus habemus.

Homiliæ aliæ. — Homiliam in terræ motum etiam edidimus inter Conciones de Lazaro (T. 2. c. 711), ubi multis tum Chrysostomi, tum aliorum testimoniis probavimus Antiochiam frequentibus terræ motibus successam fuisse, maximeque Chrysostomi ævo. Et autem terræ motus, de quo nunc agitur, tunc accidit cum Chrysostomus reger in lecto decumberet: qui ut

ardens erat studio instituendæ plebis, mœstam illam cernens ob ingruentem calamitatem, nullo affectus morbi sensu, ad gregem advolavit : quod quidem ille innuit cum ait : *Verbi doctrina ægritudinem meam in bonam valetudinem mutavit.* Hæc porro concio extra urbem in aliqua ecclesiarum, quas populi Antiocheni pietate ducti frequentabant, habitam fuisse, suadent non pauca Chrysostomi verba, qui populum non semel laudat ob susceptum audiendi causa itineris laborem multum atque sudorem. In hunc vero terræ motum se etiam pridie concionatum esse testificatur Chrysostomus in eadem concione. Annum, quo hic terræ motus accidit, ne conjectura quidem assignare possumus : ex ægritudine namque Chrysostomi nullam calculi ponendi ansam arripere licet : nam valetudinis non sat firmæ vir, sæpe cum morbis conflictabatur.

Homiliam cui titulus est : *in illud (T. 3. c. 31)*, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu : *et contra Marcionistas et Manichæos, et quod ingerere se periculis non oporteat, sed omni voluntati, Dei voluntatem anteferre* : hanc, inquam, an inter Antiochenas, an inter Constantinopolitanas accensere oporteat, non ita facile est augurari ; aliquid tamen lucis ex iis, quæ post principium dicuntur, nos mutuari posse putamus. De proposita lectione agens Chrysostomus, nempe, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, ita loquitur : *Nam et multos quærere arbitror qua de causa hæc dicta sint a Christo, ac verisimile est eos, qui adsunt, hæreticos hæc verba accipere, multosque ex simplicioribus fratribus supplantare.* Unde liquet hæreticos illos, qui Filium Patre minore ipsique dissimilem dicebant, nempe Anomæos, Chrysostomi concionibus interfuisse. Illud autem frequenter Antiochiæ accidisse, ita ut præsentibus hæreticos Chrysostomus confutaret, ipso diserte ait Tomo primo de Incomprehensibili contra Anomæos c. 707 : idipsumque postea subindicat c. 779, et seqq., in hæc verba, queis Christus Petrum repulit, *Vade post me, Satana*, etc. Eadem pene ipsa, quæ hic, paulo post initium habes, iisdemque fere verbis commemorat. Quamobrem putavimus hanc homiliam Antiochiæ habitam fuisse, nec fortasse diu post illas contra Anomæos conciones : quod tamen ex conjectura tantum dicimus.

Conciones illas duas in hunc Pauli locum (T. 5. c. 185), *Salvate Priscillam (Rom. 16. 3)*, etc., ex verisimili conjectura Antiochiæ habitas fuisse putamus. Etenim illum adhuc in presbyteri ordine fuisse videtur ex iis, quæ de sacerdotibus istius, in qua degebat, urbis aliquot in locis ait, maxime vero in secunda num. 5 : ubi auditores carpens, quod quidam eorum sacerdotes probris et conviciis onerarent, alii vero hæc audientes, maledictos illos non compercerent, talia fatur : *Quid illis fuerit beatus, quid autem nobis miserus ? Quandoquidem illi sanguinem et animam pro præcepto-ribus profunderunt nos autem neque verbum pro com-*

munibus vobis emittere audemus, sed cum audiamus eis maledici, et conviciis eos dehonestari et a suis et ab alienis, maledictos neque comperimus, neque reprehendimus, neque prohibemus. Hæc certe non videntur esse dicta Chrysostomi jam episcopi : neque enim ille, si episcopus fuisset, sacerdotes, qui conviciis imprecabantur, communes patres appellasset. In hisce porro duabus homiliis id demonstrare nititur, quod et alibi frequenter, nimirum inscriptiones, nomina propria, salutationes, aliasque quantumvis minimas Scripturæ sacræ particulas, non supervacaneas, sed diligenter excutiendas esse. Cum vero inscriptiones et nomina propria commemorat initio secundæ dicens : *Num didicistis inscriptiones et nomina et simplices salutationes, diligenter in Scripturis excutiendas ?* cum, inquam, inscriptiones et nomina, id est nomina propria, commemorat, subindicare prorsus videtur homilias quas de inscriptione Actorum, deque aliis Scripturæ sacræ inscriptionibus, necnon quatuor alias, quas de nominibus vel de mutatione nominum Antiochiæ habuerat : unde etiam eruitur hasce homilias Antiochiæ habitas fuisse.

Jo. Chrysostomus (T. 3. c. 261), qui non semper extemporales habuit conciones, Homiliam de Eleemosyna dixit, occasione mendicorum et egenorum, quos liemis tempore jacentes, cum per forum et angiportus ad ecclesiam pergeret, repererat. Hunc ad concionandum apparatus, dum iter faceret, adornavit, et hanc de eleemosyna concionem *improvisator* orator pronuntiavit. Antiochiæ autem habitam fuisse indicat, non modo cum ait, se per forum et angiportus ecclesiam petiisse, sed etiam, et longe clarius, ubi ait num. 6, cum famis orbem invasura esset, istam civitatem, nempe Antiochiam, per Barnabam et Saulum pecunias Jerosolymam misisse. De anno autem habitæ concionis nihil dicendum suppetit.

Homilias tres numero habuit Chrysostomus in illud Apostoli (T. 3. c. 271) : *Habentes eundem spiritum (2. Cor. 4. 13)*, etc. Antiochiæ vero habitas fuisse, suadent ea quæ dicit de monachis verticem montium occupantibus, asperamque vitæ rationem agentibus, quos sane monachos in Antiochenis concionibus commemorare solet, secus in Constantinopolitanis. An Chrysostomi vere sint hæc homiliæ, ausus est quispian dubitare, cum tamen stylus, dictio, tropus Chrysostomum loquentem prodant. Dubitandi causæ viro alioquin docto hujusmodi fuere : quod nempe hic concionator hom. 1, n. 3, Semipelagianis favere videatur, cum dicit de initio fidei loquens : *Neque enim Deus, neque Spiritus gratia nostrum prævenit propositum ; sed etiamsi vocet, expectat tamen ut sponte et propria voluntate accedamus ; ac tum demum, cum accesserimus, nobis suum totum exhibet auxilium.* Sed animadvertendum est, quod cum ea, quæ ad gratiam spectabant, nondum in controversiam vocata fuissent, non erant ea certis vocum limitibus circumscripta : neque mirum, si extemporaneus orator, ad bona peragenda concitare volens, talia proferret, quæ non ad trutinam ante examinaverat. In his etiam concio-

nibus, in aliisque operibus non pauca dicit, quæ probatur ipsum censuisse ad initium fidei, auxilium Dei esse necessarium. Verum alius ad hæc pluribus tractanda nobis est constitutus locus. Aliam dubitanti causam effert is ipse, qui priorem protulit: sub iridium homiliæ tertiæ dicitur a Pauli tempore quingentos annos elapsos esse, quæ longe recentior Chrysostomo auctorem arguant. Hinc vero nullam afferri dubitandi causam statim advertet quisquis lectioni Chrysostomi assuetus perpetuam ejus in annorum calculis negligentiam observaverit. Sic non semel ille annos quingentos enumerat a postrema templi Jerusalemiani destructione, quæ aliquot annis mortem Pauli subsequuta est. Sic et alibi passim *anachronismi*, in scriptore nempe temporum rationem parum curante deprehenduntur.

Elegantissimam concionem (*T. 3. c. 347*), de *Futurorum delictis*, etc., habuit Chrysostomus Antiochiæ, ut arguitur ex iis, quæ sub initium dicuntur, nempe ad hunc martyrum locum populum ventitasse. Extra urbem nempe erat ecclesia propter martyrum Reliquias frequentata, quo pergebant populi pietatis causa, et ubi frequenter conciones habebantur, ut jam non semel vidimus. Quo autem anno dicta sit ex nulla nota assequi possumus.

Commentarium (*T. 5*) homiliasque in Psalmos Antiochiæ emisisse Chrysostomum certum videtur: opus egregium et inter præstantissima ejus opera computandum, ut cuius legenti palam erit. Opinatur Tillemontius, hos in Psalmos sermones scripsisse Chrysostomum, nec concionantem in cœtu populi protulisse. Id vero, ut est in judicio ferendo cautus, subdubitan tantum enuntiat. Mihi vero secus visum est. In his enim sermonibus passim populum alloquitur, taliaque enuntiat, quæ concionanti tantum competere possint, ut videas in Præfatione ad Tomum quintum. Ad morum disciplinam hi commentarii admodum opportuni sunt: nullum ethices præceptum hic non offendas. Occasione sumpta ex Psalmorum argumentis, omne virtutum genus hic commendatur, vitia omnia exagitantur: exemplis frequentibus, modo lugendum peccatum, modo amplectendam virtutem esse suadetur.

Antiochiæ dictam probabiliter putamus homiliam cui titulus (*T. 5. c. 519*): *Homilia habitata in magna Hebdomada, in qua docetur cur ea magna Hebdomada appelletur, et in illud, Lauda anima mea Dominum, ac de custode carceris in Aciis.*

Interpretationem in Isaiam (*T. 6. initio*), cœptam et usque ad dimidium capituli octavi deductam creditur. Chrysostomus adornavisse Antiochiæ, antequam presbyter esset: neque enim in conciones distributa est, ut Homiliæ in Genesim et in Psalmos. Circa tempus et locum, quæ hoc opus Chrysostomus aggressus est, cæteraque ad idipsum spectantia, Tillemontii sententiam libenter amplectimur (*Tillem. p. 90*). *Hoc opus*, inquit ille, *Chrysostomi esse nemo non existimet: idque elegantia specimina præ se fert non vulgaria. De imperio Romano quædam hic habentur p. 24* (quod vi-

delict summa pace tunc frueretur), ejus status tempora Chrysostomi congruentia, maxime vero, si spectes ea quæ annum 377 præcesserunt. Illud vero operis vel in solitudine, vel cum diaconus esset, fortasse emisit. Nam ex quo tempore presbyter fuit, non videtur sat otii et spatii habuisse, ut tanto edendo operi manum admoveat.

Elegantissimam homiliam (*T. 6. c. 247*) habuit Antiochiæ in magna ecclesia cum pauca præfatus esset episcopus Flavianus, in illud Evangelii, *Filius ex seipso nihil facit, nisi quod viderit Patrem facientem*. Hujus autem concionis, seu potius disceptationis (nam tota in genere polemico versatur) occasio fuit Anomœorum quædam objectio. Cum enim Chrysostomus in præcedenti concione hoc dicto evangelico in medium adducto, *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*, ostendisset Filii cum Patre æqualitatem, quam etiam, inquit, declarat evangelista his verbis, *Propterea magis persequantur eum, non solum quia solvemat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo*; ita sermonem clausit. Hæretici autem Anomœi huic argumento ex Joanne evangelista desumpto, alium opposuere Joannis locum, nempe illud Joannis 5, 19: *Nihil potest facere Filius, nisi viderit Patrem facientem*. Cuique talis esset objectio quæ posset auditores turbare atque percellere, opus erat hæc Anomœorum argutias confutare. Quamobrem Flavianus episcopus pauca præfatus, cum sciret populum audiendi ea de re Chrysostomi cupidum esse, cito finem dicendi fecit, et Chrysostomo hæreticos confutandi curam demandavit: noverat enim neminem posse tam fortiter lucifugas illos profligare, quam Joannes hic, cujus eloquentiam, acumen ingenii, atque *dialecticam*, experti sæpe fuerant. Chrysostomus vero, ut erat moderatus, initio queritur sibi delatum munus esse a doctore suo, qui vere solum doctrinæ esset, et hanc provinciam probe suscipere posset: deinde vero argumentum adversariorum tam probe depellit, ut nescias utrum magis mireris, eloquentiam, an dialecticæ vim. Hæc vero concio multis annis post conciones illas alias contra Anomœos emissa videtur, cum ex assiduo concionandi officio magnum sibi Antiochiæ nomen peperisset Chrysostomus. Hæc homilia ut et sequentes nuper ex tenebris erutæ fuerunt.

Eodem, ut putatur (*T. 6. c. 257*), circiter tempore Homiliam de Melchisedeco habuit. Est autem, quod spectat ejus partem non minimam, præcedenti non dissimilis. Licet enim de Melchisedeco, ut fert inscriptio, agatur, non minima tamen pars concionis contra Anomœos est. Deinde vero contra Melchisedecitas disputatur, qui dicebant Melchisedecum esse Christo Filio majorem: alii putabant esse Spiritum sanctum, ut docet etiam Epiphanius hæresi 46, al. 55. Ex iis quæ contra Anomœos dicuntur, conjectura ducitur habitam illam fuisse Antiochiæ.

Homilia in illud apostoli (*T. 6. c. 271*), *Hoc autem scitote, quod in novissimis diebus erunt tempora gravia*, a me in Vaticana Bibliotheca exscripta. In ea omnes

styli, dictionis inventionisque notæ concurrunt, ut eam Chrysostomo adscribamus. Ipsam habuit cum pernullos dies absens infirmitateque detentus fuisset, ac præ amore populi, adhuc manentibus morbi reliquiis ad ecclesiam concionaturus advolavit. Id quod ipse initio, maximeque in fine homiliæ dicit. Cum autem sæpe morbis afflictus fuerit, non ita facile est, in quod tempus hæc incidant, deprehendere : initio tamen suadere videtur hanc homiliam Antiochiæ dictam fuisse.

Homiliæ nonaginta (T. 7) in Matthæum Antiochiæ habitæ fuerunt, et Tomum septimum totum occupant. Morali ejusdemque generis disciplina refertæ, universam Christianæ vitæ et instituti summam præ se ferunt. Hic omnes virtutis adeundæ et exercendæ modi, universæ fugiendæ vitii rationes afferuntur et explanantur : nec quidquam prætermittitur quod possit aut ad sanctam aut ad improbam vitam pertinere, ut altera totis viribus declinetur. Nullus in orbe Christiano liber est tot tantaque referens Christianæ ethices præcepta : nusquam Chrysostomus tanta usus est inventione, facundia, sagacitate ad mores informandos, eliminanda vitia, Christianas familias recte componendas. Quapropter jure dicebat S. Thomas Aquinas, referente Papæ Massono lib. 6 de Romanis Pontificibus, in Joanne Papa XXI, nalle se uti Chrysostomi libris in Matthæum, quam possidere fruique Lutetia Parisiorum.

Non concionatorem modo, sed etiam interpretem agit Chrysostomus. Sicubi enim series verborum Evangelii, quam explanationi suæ præmittere solet, aliquam habere videtur difficultatem circa tempus vel occasionem rerum gestarum aut circa evangelistarum eadem ipsa narrantium, dicendi varietatem, ea ille omnia sagaciter excutere solet : temporum rationem observat et explorat, occasionem vel editi signi et miraculi, vel geste rei diligenter scrutatur : diversorum sententias circa res plerumque obscure significatas affert et examinat : si confutandæ sint, id mira exequitur dexteritate atque ingenii acrimonia ; si quæ vero inter evangelistas in narrando discrepantia esse statim videatur, id ille pro virili excutit, ostenditque illam, quæ verbo tenus esse videtur, dissonantiam nullam revera esse. Hinc autem miram Dei hæc in re providentiam declarari contendit : nam si quatuor evangeliste res easdem eodem prorsus modo recensuissent, id de industria et consulto factum esse visum fuisset. At nunc cum evangeliste, non res ut ab aliis jam descriptæ, sed ut vel ab se visæ fuerant, vel a fide dignis testibus acceperant, enarrant ; fidem omnino merentur. Siquidem quatuor sunt testes veraces, qui si a prioribus jam dicta referrent tantum, pro uno censi deberent.

Antiochiæ autem habitas fuisse has conciones exploratum est, ut diximus. De anno nihil habemus ; id autem certum esse videtur, non posse in annos 386, 387, 388, referri.

Neque silentio prætermittendum est, id quod in hoc Commentario oplando testificatur (T. 7. c. 291.

l. 25 et seqq.) nihiun finem mundi jam proximum esse. Id vero clarius enun'iat in sequenti Commentario in Joannem, ubi dicit (T. 8. c. 198. l. 17) : *Si tot annorum quadringentesimum esse finem dixerimus, non aberrabimus.* Opinio enim multorum Patrum fuerat mundum sex mille annis duraturum esse, ut ait Irenæus, quæ se id ab iis edidicisse testificatur, qui Joannem apostolum viderant : itemque Cyrianus, Lactantius et Hilarius, cujus postremi locus obscurior est. Hæc porro dicebat Chrysostomus octo circiter plus minus annis ante quadringentesimum a Christo noto annum. Si autem rem ita intellexerit ille, ut putavit, anno illo quadringentesimo completa fore illa sex annorum millia, non consonabit certe cum communi Græcorum calculo, qui putant Christum natum esse anno ab orbe condito 5508. At nescimus utrum ævo Chrysostomi ita supputarent Græci, et alioqui non tanto scrupulo ille notas temporum affert.

Homiliæ quoque in Joannem octoginta octo numero Antiochiæ habuit (T. 8), ubi novum prorsus concionandi ritum, insolitam deprehendimus dissecandi rationem. Stylum sane eundem cernimus, dictionem prorsus similem ; eundemque statim agnoscimus dicendi artificem Chrysostomum : in ordine autem et in argumenti ratione magna sese offert diversitas. In cæteris namque in Scripturam sacram Commentariis, maximeque in Homiliis in Matthæum, postquam singulorum versuum literam explanavit, occasione ex serie sumpta, ad morum disciplinam spectantia multa interserit : atque in fine longissimam adhortationem adjicit, qua et procerum et populorum pravos mores insectatur, atque ad virtutem adendam stimulos addit. In hisce autem in Joannem homiliis alio concionandi genere procedit. Passim namque postquam singulos versus attulit, illosque maxime quos Catholicis hæretici objeere solebant ; auditores suos adversus illorum argutias et sophismata munit roboratque, atque ut statim deprehenditur, iis qui contra hostes hujusmodi sæpe manus conferebant arma ministrat.

Hæc porro non in omnibus homiliis occurrunt ; sed in iis tantum, ubi ea Joannis loca explicantur, quæ vel ad æqualitatem consubstantialitatemque Patris et Filii probandam apta sunt, vel quæ ab hæreticis ad illam impugnantiam usurpabantur. Ubi vero de divinitate atque consubstantialitate Filii non agitur ; literam ille paucis explanat. Moralem quoque disciplinam inter concionandum rarius attingit, concionemque brevissima adhortatione morali claudit : ita ut hæc in Joannem conciones, dimidia fere sui parte minores ut plurimum sint Homiliis in Matthæum.

Quodque singulare est, hæc in Joannem conciones habebat Chrysostomus, summo mane et illucescentis aurora, ut testificatur ipse homilia trigesima prima c. 182. l. 5 : *Si verò mulier Samaritana, inquit, tantum adhibet studium ut quid utile ediscat, et Christo assidet, etiamsi illum non noscat, quam nos veniam consequimur, qui ipsum novimus, qui non secus putcum, non in deserto stamus, non in meridie, non adusti solaribus!*

radiis, sed sub aurora, sub hoc tecto umbra fruimus et suaviter agimus, neque patienter audimus quidpiam, sed desidia torpemus? Hasce vero conciones illucescente aurora, cum brevissima, præter morem, morali disciplina, pronuntiabat, ne aliarum concionum, quas per annum habebat, et quæ moralibus præceptis redundabant, cursum interpellaret. Has vero in Evangelium Joannis breviores conciones iis tantum dixisse videtur, qui cum hæreticis concertarent.

Elegantissimas etiam in Epistolam ad Romanos conciones Antiochiæ habuit (T. 9. c. 583), ut liquido constat ex iis, quæ in Prefatione diximus. His autem accuratius concinnandis operam dedit doctor noster, quia in hac epistola Paulus obscura humanumque ratiocinium exsuperantia multa admiscuerat, quæ ingenioso ac strenuo interprete opus habent. Explicandis arcanis illis mysteriis, quæ passim in hac epistola occurrunt, tantam Joannes noster adhibuit operam, ut vix parem in scriptis ejus deprehendas. Certe multa in illa habentur circa gratiam et prædestinationem, quæ peritissimorum ingenia exercent, quæque non sine errandi periculo tractari possunt, nisi magna cautio adhibeatur. Hanc concionum in Epistolam ad Romanos collectionem magni facit Isidorus Pelusiota, alique docti viri eandem proferunt sententiam. Omnes denique hic grandem ingenii subtilitatem, orandi vim et elegantiam præ se ferunt, atque nativam ejus eloquentiam, stylumque cæteris Chrysostomi operibus sic affinem, ut non sit ovum ovo similis.

Inter præstantissima Chrysostomi opera accensetur Homilia in Epistolam utramque Pauli ad Corinthios (T. 10), ac cum primis elegantia et gravitate concertare possunt; maxime vero Homilia in primam Epistolam, quas Homilia ad secundam multi putant esse anteferendas, si tropos et accurationem spectaveris. In prioribus namque diligenter omnia fusoreque stylo persequitur, salibusque frequenter utitur, ac minutiora quæque discutit; nunquam certe majore studio elaboratas conciones deprehendas; qua in re fortasse quidam hodierni lectores redundare illum, et ultra metas nonnumquam progredi dixerint. Verum ille, quod præcipuum est oratoris munus, auditorum ingenium et captum tam solerter exploraverat, ut sibi eorum animos conciliaret, gratam concionis admirumurationem plausisque frequentes, ut in orationum decursu videas. Ad hæc vero in Homiliis ad primam Epistolam plurima occurrunt; pugnae nempe et velitationes frequentes contra philosophos externos et falsorum deorum cultores, et contra hæreticos nonnullos; ac singularia quedam ad istus ævi morem et usum pertinentia, aliaque de quibus in Monito carptim agitur, nempe circa philosophos externos, circa hæreticos, Manichæos et Marcionistas, contra Christianorum Antiochenorum mores.

Homilia in secundam ad Corinthios Epistolam (T. 10. c. 582) non pari elegantia atque priores, de quibus jam actum est, scriptas fuisse quidam opinantur. Brevis re utique stylo hæc posteriores explanantur.

Et quia Chrysostomus in priore Epistola Paulum apostolum sequutus, qui Christianos illos, in ecclesia tumultus et dissidia moventes, vehementius insectabatur, cum acrimonia majore etiam ipse loquitur; in secunda autem cum apostolo pacatus agit, nec tropis tam frequentibus utitur: nec parem certe operam in ambabus adhibuisse videtur.

Ut in prioribus homiliis, in hisce etiam Marcionistas exagitat, qui dicebant rerum opificem justum esse, sed non bonum; Manichæos item insectatur, qui ore impio hunc rerum opificem diabolum esse pronuntiabant. Hæreticos illos aliquot in locis carpit, necnon et alios qui dicebant mundum ipsum esse deum, qui error etiam ævo nostro renovatus fuit. Alia quoque observata digna in his posterioribus homiliis occurrunt. Afirmat S. doctor Alexandrum a Senatu Romano tertium decimum deum declaratum fuisse, id quod nusquam memini me legere. Tertius autem decimus deus dictus fuit, quia duodecim deos Græci itemque Romani admittebant, his duobus verbis comprehensus:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Commentarium item in Epistolam ad Galatas Antiochiæ edidit (T. 10. c. 609), ut in Monito ibidem probavimus: cui adornando non solitam operam posuit Chrysostomus. In aliis quippe in Novum Testamentum explanationibus omnia in conciones seu homilia divisa et distributa sunt; ita ut concio quilibet ethica adhortatione claudatur, et moralia istæc posteriora præcepta magnam ut plurimum homiliae partem complectantur. In hoc autem Commentario omnia secus adornata sunt: nam continenter Chrysostomus ad finem usque epistolæ versus omnes explanat. Moralia nonnumquam, sicubi occasio offertur, admiscet; sed non ut pro more solito concionem claudat. Populum autem non raro alloquitur. Quapropter crediderim hæc illum ita concinnasse, vel ut præsentī populo sic legeret aut recitaret, vel ut diviso multis in partibus Commentario singulis postea partibus ethicum epilogum adjiceret, ut pro consueto more in homilia distributum opus populo pronuntiaret. Utro autem modo egerit, non nisi divinando assequi possumus.

In hoc certe Commentario Chrysostomus longe accuratius apostolis dicta explorat et explicat, quam in multis aliis homiliis et commentariis. Anomæcos non semel egregie refellit, necnon Marcionistas et Manichæos: contra Antiochenos multos declamat, qui Judæicos ritus sectabantur. Alios etiam exagitat, qui sibi virilia amputabant, quem morem innuere videtur a Manichæis invectum fuisse.

Inter selectiora doctoris nostri (T. 11, initio) Commentaria censeri debent Homilia in Epistolam ad Ephesios, tum quia in his res uberius expendit, tum quia multa et singularia passim indicat, quæ possunt vel ad beatam aut ad miseram vitam non parum afferre

momenti. Antiochiæ autem habitas fuisse in Præfatione probatum est.

Orditur autem ab Epheso urbe, quam ut Asiæ metropolin celebrat. Antiochenorum pravos mores insectatur, eos vero maxime, qui ab ethnicis et idololatriis promanarant, ut sortes et incantationes, fatum etiam et metempsychosin; dicebantque illi omnia culla geri providentiâ; alii vero deum esse corpus impune asserbant. De omnibus autem et præsignis multa profert omnino singularia. Hom. decima dicit *ἑτάλλματα* seu figuras vel imagines in ecclesia esse, neque plura adjicit in re, quam magis expensam fuisse vellem. Hæreticos passim exagitat, Marcionem, Manetem, Valentinum, Catharos seu Novatianos, Arium in omnibus pene concionibus, aliosque etiam hæreticos.

Homilias quoque in Epistolas duas (T. 11. c. 499) ad Timotheum putamus nos, laud levibus permoti rationibus, Antiochiæ habitas, ut videas in Monito. In his vero concionibus, licet aliquot in locis negligentius agere et nonnumquam vilia nec memoratu digna tractare videatur, passim tamen avaros, et eos qui facultatis augendæ studio cæterorum bona diripere satagebant, egregie carpit et insectatur, nusquam finem facit impetendi: neque alium ejus commentarium videas, ubi huic amovendo malo parem insumpsit operam. Unde inferas pestem illam manavisse in dies latius; multosque tunc fuisse, qui aliorum dispendio rem suam augere studerent, novosque insurrexisset quotidie, qui hac cupiditate capti, in aliorum opes involarent.

Eratque aliud morbi genus, magis periculosum, quod tunc latius grassabatur. Præstigiatorum nempe eorumque qui fato et genesi seu genethliologiæ omnia tribuebant, præstigiatorumque genera omnia inducebant, quarum nomina sic ille recenset in fine homiliæ decimæ: *Alia mitto grandi luctus digna, auguria, vaticinia, observationes, genesim, symbola, ligamina, divinationes, incantationes, magicam artem.* Hæc omnia isto tempore ita exercebantur, ut nusquam reperias illum tam frequenter morbum hujusmodi insectantem.

Aliam quoque rem aggreditur, quæ tunc serpebat in ecclesiæ damnum, quod nempe virgines Deo dicatæ vestium cultui nimis studerent, et ex incessu et ornatu viris placere cuperent. Quid inde damni emerisurum esset, cum ipse pluribus persequitur, tum etiam quivis statim deprehendere possit.

Homilias etiam in Epistolam ad Titum (T. 11. c. 651) Antiochiæ dictas fuisse probatur ex iis quæ Chrysostomus ait hom. 3, num. 2: *Quid enim de illis dixeris, inquit, qui cum Judæis jejunt, qui sobota servant? de iis qui ad consecrata illa loca pergunt; in Daphnen, inquam, atque in speluncam Matronæ dictam, in locum illum Ciliciæ Saturni appellatum? quomodo illi sani sunt? Ideo vehementiore plaga opus habent.* Hæc loca Daphnes et spelunca Matronæ in Antiochiæ suburbiis erant. Pergit postea Chrysostomus, et adversus eos, qui Judaicos ritus in pretio haberent ad finem usque concionis edisserit.

In hisce homiliis plus stadii et diligentia observet, quam in multis aliis, omnia ille fusius prosequitur. Initio tertie homiliae de Cretensium vitiis pluribus agit, et in quinta, ut in quanta scelera Græcorum celeberrimi olim proruperint commonstret, illorum historias tacitis nominibus breviter decerpit. In sexta homilia de duobus Christianis, qui pro Christo martyrium subiere, tacitis etiam nominibus agit: quæ historia nescio an uspiam alibi reperiatur.

Nectarius Episc. C. P. moritur. — Tantum dicendi artificem, qui non minus pietate atque vitæ sanctimonia, quam facundia, populum Antiochenum et auditores omnes sibi devinxerat, nuntia fama per Orientem totum notissimum fecerat. Accidit autem ut Nectarius, qui anno 381 Gregorio Nazianzeno successerat, episcopusque Constantinopolitanus adlectus fuerat, anno 397, die 17 Septembris, vita functus, sedem vacantem relinqueret (*Pallad. p. 42*). Tunc multi, qui tantæ occupandæ sedis cupiditate flagrabant, nihil non egerunt ut optatam assequerentur; alii magistratibus adulantes, alii donis ac muneribus adhibitis, alii populi gratiam captantes atque in genua procumbentes, *presbyteri*, inquit Palladius, *non sacerdotio tantum, sed etiam viri nomine indigni.* At Orthodoxorum pars sincerior Imperatorem obnixè rogabat, tali dignum gradu, et in rebus divinis peritum sibi præsulē constitueret. Eutropius vero eunuclus, Præpositus sacri cubiculi, qui summam rerum tenebat, Joannem nostrum Antiochenum sacerdotem cæteris anteferri peroptabat. Cum enim illum imperii negotia in interiorē Orientis partem evocassent, Joannem Antiochiæ viderat, ea virtute, iis dotibus præditum, quæ tanto capessendo muneri parem redderent.

Quoniam vero timendum omnino erat, ne Antiochenus populus, qui Joanni vere Chrysostomo admoldum addictus erat, illum sibi abripi ægre pateretur, neve in discessu ejus tumultus concitaretur; cum etiam non minus metuendum esset, ne Joannes ipse tanto se gradu indignum putans, subterfugeret; his prospiciens Eutropius Imperatori auctor fuit, ut ad Comitem Orientis scriberet, illumque juberet Antiochiā proficisci, ut arte quadam Joannem sine strepitu evocaret, ipsunque Constantinopolim mitteret. Comes statim, acceptis literis, Joannem hortatur ut extra civitatem ad martyria se conferat. Eo cum venisset nihil dubitans Joannes, militi cuidam ad eam rem misso traditur, et rhedæ publicæ impositus Constantinopolim adducitur.

Illo venerat ad Joannem ordinandum Theophilus Alexandrinus præsul, homo vaser et callidus, qui ex aspectu solo hominum consilia et ingenii dotes novebat. Is peraspecta Joannis loquendi libertate, constantia, virtute, ipsum votis suis non obtemperaturum esse prospiciens; imperandi enim cupidine tenebatur; ejus ordinationi obstabat. Ut vero sibi obsequentem in Constantinopolitana sede episcopum haberet (*Socr. l. 6. c. 2*), Isidorum Ecclesiæ suæ præbyterum, quem ille Nectarii successorem destinabat,

Constantinopolin misit, muneribus Imperatori offerendis binisque literis instructum. Verum Lector qui ipsum comitabatur, literas clam surripuit, quis totum Theophili propositum declarabatur. Ea re perterritus Isidorus, illico aufugit Alexandriam. Theophilus autem cum Constantinopolin venisset, a multis accusabatur, qui libellos varia crimina efferentes episcopis, qui tunc aderant, offerebant. Eutropius acceptos libellos Theophilo ostendit, eligere eum Jubens utrum mallet, Joannem ordinare, an de criminibus sibi objectis iudicium subire.

Jo. Chrysost. Episcopus C. P. ordinatur. — His perterrefactus Theophilus Joannem ordinavit quarto Kalendarum de Martii anno 398.

Conciones ejus. — Verbi divini concionator assiduus Chrysostomus, paulo post quam ordinatus fuerat hominiam habuit, quæ jam non comparet et fortassis injuria temporum interiit. Sed ejus argumentum in altera, quam Constantinopoli dixit, paulo post initium retulit (T. 1. c. 797). *In prima enim, inquit, de armis Davidis et Goliathi apud vos philosophabamur, ostendentes, hunc quidem omnigena gravique armatura undique munitum, illum autem armis nudum, sine munitissimum; hunc extrinsecus fulgidum thorace et scuto, illum intus spiritu et gratia radiantem, atque hunc ob causam a puero certamine victum juvenem, a nudo superatum armatum, a pastore prostratum militem, a pastoralis lapidis natura bellici æris naturam contritam et labefactatam.* Quia vero Constantinopoli, perinde atque Antiochiæ multi tunc erant Anomœi, se illos aggressurum esse pollicitus est in prima illa, quæ interiit, concione, non ratiociniis, sed ex Scripturarum auctoritate, quæ tela ratiociniis longe validiora sunt.

Paucis vero postea diebus, ut pollicitus erat, hominiam contra Anomœos habuit (T. 1. c. 795), quæ continenter et nulla interposita, secunda fuit. In illa primo dicit, se, jam semel concionatum, amorem erga Constantinopolitanos Christianos tantum concepissem, quantum si cum illis ab initio fuisset educatus; idque quoniam in illis adverterat igneum zelum, caritatem absque simulatione, benevolentiam in præceptores, concordiam inter se: *Quæ sane omnia, pergit ille, satis essent ut vel lapideum animum vobis conciliarent?* Deinde Constantinopolitanos cum Antiochenis comparans ita prosequitur: *Propterea non minus vos amamus, quam Ecclesiam illam in qua nati, educati et eruditi sumus. Soror enim illius hæc est, vosque cognationem illam opere declarastis. Quamvis autem illa tempore sit antiquior, hæc tamen fide ferventior est; et illic major conventus est, et celebrius theatrum, sed hic major patientia majorisque fortitudinis indicium. Nam video hic undique lupos obambulare.* Lupi autem illi erant Anomœi et vetustioris originis hæretici, ut Marcionistæ, Manichæi et Valentiniani, quibus annumerat etiam Judæorum cœtus: neque dubium est his etiam accensendos esse gentiles et idololatrias, qui non parvo numero Constantinopoli adhuc erant. Postea vero Anomœos fortiter aggre-

ditur, probat Christum Filium Dei Deum esse, Patris consiliarium, Patri æqualem; affirmat quoque contra Manichæos Vetus Testamentum cum Novo consonare, clauditque docens quantum fructus ex collectis proveniat. Duo Manuscripti titulo addunt hanc concionem habitam fuisse in nova ecclesia. Verum rem certam non esse in Monito probatur.

Paucis sub hæc diebus concionem alteram contra Anomœos habuit (T. 1. c. 801), cujus titulus est: *In Paralyticum, qui annos triginta octo decubuerat in infirmitate sua; et in illud, Pater meus usque modo operatur, et ego operor:* ubi statim Deo benedicit quod conventus quotidie accrescat, et divinum semen copiose germinet. Postquam autem de paralytico multa dixerat, contra Anomœos stylium convertit, probatque Filium et vere Deum et Patri æqualem esse.

Joannes in tanto dignitatis evehctis culmine, præcipuam curam habuit, ut sibi commissi gregis vitia mederetur, errantes ad rectam viam reduceret, pietatem sectantes foveret. *Rerum curam aggreditur, inquit Palladius (p. 45), per rationabilem fistulam oves probare exorsus. Raro autem adhibens etiam pedum increpationis, sermonemque dirigit adversus ementitum fratrum sororumque convictum, revera autem turpem improbumque, de subintroductis, ut vocant, agens, ostendensque si malorum daretur optio, meliores istis lenones esse. Illi namque procul a medicis habitantes apud se morbum habent, sed volentibus: hi autem in salutis officina habitantes, etiam sanos impellunt ad morbum. Inde pars Cleri minime religiosa, quæ morbo illo tenebatur, commota est.* Quæ ut clarius percipiantur, paucis explicanda sunt. Erant tunc Constantinopoli puellæ Christianæ, quæ virginitatem profitebantur: has domum inducebant viri, speciem quidem ut ceu fratres cum sororibus caste viverent, sed ex tali consortio et societate quanta parerentur mala haud difficile est augurari. Ad hæc vero virgines illæ cultui corporis et vestium admodum studebant, quæ signo erant omnia hanc virorum et virginum societatem pestem esse exitialem. Adversus hujusmodi societatem acerrime invehitur Chrysostomus, vel hinc abolendam talem consuetudinem esse dicens, quod multis offendiculo esset. Ex consortio virginum nasci necessario concupiscentiam affirmat. Aliam paucis interpositis diebus eadem de re habuit orationem (T. 1. c. 513), quam per exclamationem orditur, adversus virgines illas, quæ virginitatis speciem præ se ferentes, viros qui secum domi manerent inducebant. Atque virginem non decere cultum corporis vestemque pretiosam, nuptiasque hujusmodi virginitati antefendas esse: talesque virgines, dicit, etiamsi non male agerent, hoc ipso peccare quod aliis offendiculo essent. Veræ virginis mores postea describit, demumque concionem claudit.

Illic Clerum suum adortus est (Pallad. p. 45): nam plerique eodem morbo tenebantur. Quia vero ferventer pro more suo vitia insectabatur, in clericorum complurium offensionem incurrit, ut postea videbimus. In avaritiam, quam vocat Palladius malorum

omnium metropolin, sæpe vidimus Chrysostomum Antiochiæ concionantem, et quia malum hujusmodi non minus serpebat Constantinopoli quam Antiochiæ, frequentissime, dum episcopus erat, in avaros et rapaces invehabatur: in adultores similiter et parasitos, qui divitum mensas sectabantur, atque sic mul- torum in se odium concitavit.

Tantæ severitatis oratorem necessarium erat sua etiam accurate dispicere (*Pallad.* p. 46), ne quod in aliis reprehensione dignum prædicabat, sibi etiam obijci posset. Illic duo erant examinanda, Ecclesiæ et episcopi reditus. Primo autem Ecclesiæ œconomi tabulas scrutatur, impensasque inutiles abrogari jubet: hinc episcopi sumptus excutit, nimiam profusionem ostendit, jubetque inutiles illas expensas ad nosocomia trans- ferri. Necessitate autem id postulante, nosocomia plurima construxit, quibus presbyteros duos pietate instructos præposuit, medicos item et coquos, alios- que ad ministeria destinatos, nec conjugatos, qui advenientes hospites et ægros curarent ac foverent.

Sub hæc autem ad viduas conversus est (*Pallad.* p. 47), quæ tunc in Ecclesia aliquem gradum et ordi- nem obtinebant, ut earum et vitam et gesta per- quireret, et si quas inveniret carnis deliciis deditas, monebat ut jejunarent, abstinerent a balneis, et ab exquisitis vestibus, aut protinus ad secundas nuptias convolarent, ne lex Domini violaretur. hortabatur etiam populos, ut in nocturnis precibus assidui es- sent; uxores autem, ut domi manerent, et interdui preces funderent ipsæ, quia diurnis horis viri, nego- tiis et rei familiari operam dantes, precibus incum- bere non valebant.

Quæ de nocturnis precibus ille statuerat Constan- tinopolitanos clericos mordebat, qui negligentius res divinas tractantes, tota nocte somno dediti erant. Imo vero, quia jamdiu clericatus officia missa fece- rant, hæc omnia apud illos propter vetustatem obso- leverant. Divites autem maxime, uti solent etiam Antiochiæ, in concionibus frequenter ad officium revocabat, docens ne sublime saperent, et bonorum partem egenis impartirent. Hæc ab initio monita sæpe sæpius dabat ille. Ea vero, quæ primis episcopatus sui mensibus in concionibus dixit, speciatim et ordine recensita non comparent, vel in ejus scriptis, vel apud scriptores ecclesiasticos sui ævi. Ipsum semper assidue concionatum esse scimus. Imo multas habemus homilias episcopatus sui tempore habitas; sed quarum maxima pars nullam vel mensis vel anni notam præ se fert.

Novæ conciones ex Manuscriptis eruæ. — Verum res pridem erant longe pejore conditione. Magnam nobis in Chrysostomi episcopi historia lucem attulit nova illa et ampla homiliarum accessio, quæ laud ita pridem vel ex monte Atho, ut quidam, vel ex in- sula Pathmo, ut alii volunt, in Bibliothecam Vatica- nam allatæ, a sodalibus nostris, qui tum Romæ Con- gregationis sancti Mauri negotiis advigilabant, a Græco amanuensi descriptæ, transmissæ mihi fugere; nimirum a D. Petro Maloet, qui tum Procuratoris

generalis officio fungebatur et nunc in monasterio sancti Germani a Pratis Prior est, et a D. Josepho Avril ejus socio, jam in monasterio Corbeiensi Priore, qui ambo semper, dum Romæ essent, assiduum mihi præstitere operam.

Quodque prorsus novum insolitumque est (*T. 12. c. 469. et sq.*), atque utilitatis multum assert, hæc ho- milia descriptæ fuere a quodam qui S. doctoris lateri hæsisse videtur, quique in homiliarum titulis loca refert ubi conciones habitæ sunt, et sæpe cau- am cur concionatus sit indicat, ac non pauca præclara, ad historiam illius anni pertinentia, admiscet. Cer- tissimumque est illas Constantinopoli habitas fuisse annis 398 et 399. An vero continenter et illo quo dictæ fuere ordine hic referantur, de multis liquidum est, de omnibus affirmare non ausim; imo verisimile est alias, quæ jam non exstant, interjectas fuisse.

Prima vero dicta fuit cum nondum triginta dies effluxissent, ab ingenti illo terræ motu, qui totam urbem Constantinopolin concusserat (*a*). Certum autem esse videtur terræ motum illum ex numero eorum fuisse, quos Claudianus Constantinopoli accidisse memorat ante Consulatum Eutropii, anno videlicet 398. Omnes quippe homilias istas vel ante Consula- tum Eutropii, qui cœpit initio anni 399, vel ipso Con- sule, sed ante fugam eademque ejus, quæ mense circiter Augusti anni 399 accidit, habitas fuisse cer- tum est.

Concio post terræ motum. — Prima pronuntiata fuit, ut modo dicebamus, post ingentem illum terræ motum, cum nondum triginta dies effluxissent ab illo die, quo urbs tota vehementer concussa a terræ motu fuerat: videturque habita fuisse anno vertente 398 in mar- tyrio sive ecclesia martyrum, quæ erat in Veteri Petra, ut fertur in titulo. Hujus martyrii et Veteris Petræ nullam adhuc mentionem inveni apud scri- ptores rerum Constantinopolitanarum: neque mirum illud est; multa enim alia prætermisisse illos com- peri. In exordio autem invehitur in illos qui ob ph- vian et lutum in ecclesiam non convenerant, quia nempe de re gravi et ad multos absentium spectante agendum sibi erat. Cum enim ante triginta ferme dies urbs tota ingenti terræ motu quateretur, multum formidine correpti, domibus, agris, mancipiis, auræ et argento relictis, procul et in aliam regionem, aufugerant. Tunc vero plurimi ex iis qui domi man- serant in fugitivorum bona involarant, quos acer- rime, et jure quidem, insectatur Chrysostomus, et in tantam tam absurdam aliena invadendi cupidita- tem, quidquid exulcerato animo sese obtulit ex tem- pore in rapaces homines profudit; abscisso autem folio, quædam ex hujus concionis medio exciderunt. Claudii autem homiliam dicens, quantumcumque sit peccatum, si pœnitentia moti ii, qui talia ausi sunt, ad Ecclesiæ præfectos accedant, benigne admittendos. et veniam accepturos esse.

Celebritas magna in translatione Reliquiarum. — Jam ad celebritatem evocamur, omnium fortasse quæ nun- quam Constantinopoli fuere maximam, quam tum pronunti. tam fuisse hanc homiliam bene præbat Sultân-

(a) Non post terræ motum, sed post dejectum Eutropii tum n. 696-698, Edit.

titulus concionis, tum concio ipsa nobis minutatim describunt. Hæc porro paucis post habitam homiliam precedentem diebus acta sunt. Nimirum Eudoxia Imperatrix, pio permota studio, reliquias sanctorum martyrum quasdam, quorum vero martyrum essent non indicatur, transferre voluit a Magna ecclesia, quæ Constantinopoli erat, ad martyrium sive ecclesiam S. Thomæ, quæ novem signis, seu milliaribus, ab urbe distabat, et ad oram maris sita erat. Cur autem noctu talem fieri translationem voluerit, frustra quæras: utut res est, sic illa sollemnis exportatio facta fuit.

Media nocte Reliquiæ illæ martyrum, in theca vello operta positæ, ex Magna ecclesia, quæ in urbe Constantinopoli erat, exportantur, comitante ingenti multitudine, quam ita describit ipse Chrysostomus, qui cum Eudoxia Imperatrice tantæ celebritatis auctor erat. *Hic videre erat monachorum cœtus, virginum choros, sacerdotum ordines, sæcularium virorum multitudinem, servorum, liberorum, civium, peregrinorum, principum et subditorum, cum gaudio in tali comitatu properantium. Mulieres in thalamis versari solitæ et cera molliores, relictis ædibus cum robustissimis virorum alacritate certabant, cum tantum itineris noctu perficerent: non juvenes modo, sed etiam anus eo pergebant, neque naturæ infirmitas, neque celebritatis pompa, neque solitæ vitæ mollities impedimento fuere. Principes rursus et magistratus, relictis curribus, lictoribus et satellitibus, plebi sese admiscuere.*

Ecquid mulieres principesque memoremus, quando ipsa Eudoxia Imperatrix, quæ diadema gestabat et purpura induebatur, per totam viam ne tantillum quidem a reliquis separari voluit; sed ancillæ instar, inquit Chrysostomus, sanctos sequebatur, thecam et velum superpositum tangens, humanumque fastum omnem calcans, atque in tanti theatri medio, a populo videbatur illa, quam ne eunuchis quidem omnibus, qui in Imperatoria aluntur aula, conspici licet. Sed martyrum amor et caritatis flamma ipsi ut larvas illas omnes abjiceret suasit. Prope Eudoxiam incedebat Joannes Chrysostomus præsul. Sic tantus ille cœtus, theca SS. martyrum præeunte, per medium transivit forum, et ex portis urbis egressus ad Drypiam, sic dictum locum, iter instituit, in martyrium seu ecclesiam sancti Thomæ, novem signis, sive milliaribus, ab urbe distantem.

Pari autem alacritate ad oram maris pergentes; Drypia enim ad litus erat; facibus et lampadibus instructi omnes, ipsum mare splendore replebant. *Neque aberraverit, inquit Chrysostomus, qui hoc mare fluvium ignis vocaverit; ita nempe lampades, quæ noctu frequentes ac continuæ ad usque martyrium hoc ferebantur, fluvii ignei imaginem videntibus exhibebant.* Eudoxia vero cum honore magno, studio atque pietate martyres comitata est, plebi internixta, cum satellitum omne amovisset, et ferre omnem vitæ et conditionis inæqualitatem abjecisset. Ejus assiduitatem mirabantur et divites et pauperes, videntes illam sine intermissione per tantum viz spatium ossibus inhæ-

rentem, nec unquam defessam vel resilientem, sed arcæ semper adstantem.

Populi vero concursus tantus fuit semper ab urbe ad Drypiam usque, ut cum fluminis undis assidue manantibus ipsum comparet Chrysostomus. Etsi autem media nocte Reliquiæ cum cœtu toto profectæ fuerant, nonnisi illucescente die ad Drypiam perventum est; tum quia nonnisi lentissimo gradu pergere poterant qui thecam et Reliquias gestabant, tum quia identidem gradum sistere oneratos ac quiescere opus erat.

Post adventum ac depositionem Reliquiarum in ecclesia Sancti Thomæ in Drypia, concionem extemporalem habuit Chrysostomus gaudio perfusus et ex hujusmodi spectaculo attonitus. Quoniam vero hic concionandi modus longe discrepat a ceteris omnibus, quos hactenus vidimus, hujus exordium hic apponere visum est: *Quid dicam et quid loquar? exsultio et insanio, sed insaniam, quæ ipsa sapientia melior est. Volans et choreas agens sublimis feror: ebrius tandem sum ex hac voluptate spirituali. Quid dicam et quid loquar? martyrumne virtutem? an caritatis alacritatem? an Imperatricis zelum? an Principum concursum? an diaboli insaniam? an demonum cladem, Ecclesiæ nobilitatem crucis virtutem, Crucifixi miracula, Patris gloriam, Spiritus gratiam, populi totius voluptatem, civitatis exsultationes?* etc. Pergit autem, de Reliquiarum exportatione multa narrans, Eudoxiam Imperatricem laudibus ad cælum tollens, quam etiam interdum presentem alloquitur. Claudit demum postquam dixerat, Imperatorem insequenti die cum exercitu suo, sic ille, venturum esse, ut parem Reliquiis honorem præstaret.

Infra videbimus hujus extemporalis concionis exordium, *Quid dicam? exsultio et insanio*, inter criminationes in Synodo ad Quercum contra Chrysostomum oblatas, sextam nuncrari, in secundo criminatonum laterculo.

Hæc jam vertente anno 398 gesta et dicta fuisse certum videtur, et quidem mense circiter Septembri, cum adhuc commode possent martyrum Reliquiæ cum tanto apparatu procul et noctu transferri.

Imperator in ecclesiam Sancti Thomæ cum satellitio suo venit.—Insequente die (Anno 398) venit Imperator cum satellitio suo et magna militum manu, quam exercitum vocat Chrysostomus: ingres- usque in ecclesiam S. Thomæ apostoli, posito diademate debitum cultum et honorem martyrum Reliquiæ præstitit; similiterque satellites ejus ac milites, depositis clypeis et lanceis ad martyrum thecam precaturi accesserunt. Posteaque discessit cum comitatu suo Arcadius Imperator, nec concioni mox habendæ interfuit: Chrysostomus vero homiliam suam dixit. Postquam Arcadii et satellitii ejus pietatem et martyribus præstitum cultum descripserat, præsens sæculum cum futuro comparavit, hoc breve et laboriosum esse dicens, illud suave et infinitum, in quo immortalibus fruemur coronis. *Homini in statu innocentie dignitatem repræsentat; sed probat nos post*

peccatum Adami ad majora vocatos fuisse. Resurrectionem futuram in veteri lege obscure indicatam fuisse dicit; sed jam omnia plana et perspicua esse, multisque additis finem concionandi fecit.

Verisimile est inter has homilias duodecim quæ ab anno vertente 398 ultra Pentecosten anni 399 habitæ fuerunt, alias nec paucas intercessisse, quæ vel periere, vel inter editas positæ anni notam nullam præ se ferunt. Quæ sequitur autem in Vaticano Codice quarta numero, post Septembrem mensem, ut putamus, anni 398 habita fuit in templo S. Anastasiæ, ut in titulo fertur. Ibi postquam de paucitate auditorum conquestus fuerat, de patientia Jobi longam et elegantem habuit orationem.

Conciones aliæ.— Homilia quinta Vaticana, ut fertur in titulo, in templo Sanctæ Irenes dicta fuit. In ea Chrysostomus de absentibus conqueritur et de præsentibus gratulatur: de Psalmorum cantu agit, probatque muliebrem sexum impedimentum non esse ad virtutis exercitium.

Sexta autem concio habita est in ecclesia Sanctorum Apostolorum, in die Theodosii Imperatoris, ut ibidem fertur. Postquam duo alii episcopi, pro more illius ævi, concionati fuerant, Chrysostomus hæc contra Catharos sive Puros homiliam dixit: Cathari autem illi Novatiani erant. Primo ambos episcopos laudat; quorum alter junior, inquit, senis gravitatem; alter senex, junioris robur præ se ferebat. Deinde Theodosium Magnum laudibus effert, cujus dies tunc celebrabatur, nempe, ut verisimile est, mortis ejus, qui Januarii decimo septimo die contigit. Unde arguitur hanc homiliam mense Januario anni 399 dictam fuisse, Theodosius autem anno 395 obierat. Hunc Imperatorem celebrat ille a pietate et a victoriis, quas opitulante Deo retulit de tyrannis Maximo et Eugenio. Quas ille victorias tacito tyrannorum nomine ita refert, ut ab aliis scriptoribus narrantur. Homilia vero isthæc in medio magna sui parte mutila est, ita ut quamplurima eorum, quæ contra Catharos seu Novatianos dicebantur, exciderint ac perierint. Novatiani autem tunc Constantinopoli magno numero erant, episcopum suæ sectæ peculiarem habebant, ac sese *puros* appellabant: qua de causa illos acerrime perstringit Chrysostomus, ut in homiliæ fine videas.

Illic vero quædam animalvertenda sunt, nempe homiliam illam breviorē fuisse, quia post duas alias a duobus episcopis eodem die et in eadem sede dictas habita fuit: secundo post hanc homiliam multas haud dubie alias habitas fuisse a mense Januario ad Pascha anni 399, quo die dicta fuit concio sequens: quæ homiliæ vel perierunt, vel si adhuc inter editas supersint, nullam vel dei vel anni notam præ se ferunt.

Post homiliam igitur illam contra Catharos in Codice Vaticano sequitur homilia, cujus titulus, *Adversus eos, qui ad hippodromi et theatrorum spectacula se conferunt* (T. 6. c. 263): cujus initium est, *hæccine ferenda? hæccine toleranda? Vobis enim ipsis iudicibus contra res ativolo quam edidimus* (T. 6. c. 263): ideo-

que illam in serie aliarum Vaticanarum prætermittendam duximus.

Quia vero in homiliæ nonæ sequentis titulo et in ipsa homilia nona multa habentur, quæ ad historiam hanc clarius et certius, quam in Monito diximus, referendam juvant, hic rem totam sine lapsus periculo narrabimus.

Ingens pluvia Constantinopoli.— Anno 399, postquam unum jam annum in episcopatu emensus erat Chrysostomus, ordinatus nempe anno 39; 26 Februarii; feria quarta hebdomadæ, quæ anno 399 incidebat in sextam Aprilis, tam ingens pluvia decidit, ut metus esset ne agri devastarentur, messesque omnes in perniciem ruerent. Hinc preces, supplicationes, et processiones, episcopo duce et toto concurrente populo ad ecclesiam Apostolorum. Post hæc imbre cessante, necdum sublata formidine, trajecto navibus Bosphoro, ad ecclesiam SS. Petri et Pauli, in opposita maris ora sitam, cum episcopo totus cœtus occurrit. Hoc perfuncti periculo Constantinopolitani plerique, una tantum interposita die, nempe feria quinta in Cœna Domini, cum in Parasceve ludi equestres agerentur, nihil curantes diem illam sacram, ad hoc spectaculum accurrerunt, interim ingemiscente domique sedente Chrysostomo episcopo: imo die sequente, nempe sabbato sancto, ad theatrales ludos se contulerunt, ubi meretricia erant spectacula, quæ singulatim et egregie depingit Chrysostomus, in concione, quam die Paschatis habuit, ubi in prævaricatores hujusmodi gravissime invehitur: demumque in illos excommunicationis sententiam pronuntiat, sed comminando tantum, ut puto, et ut in eodem Monito pluribus dixi.

Circa diem, qua hæc concio dicta fuit, aliquid difficultatis mihi offerri videbatur. Dixit ille in concione, *ante tres dies imber ingens*. Imber ille feria quarta majoris hebdomadæ decidit: feria quinta nihil memoratur incidisse; feria sexta in Parasceve ad ludos circenses, sabbato ad theatrale spectaculum itum est: ita ut homilia istæ omnino dicta fuisse videatur Dominica Resurrectionis Domini. Verum tunc apud me dicebam: Cur, si dies Paschatis erat, ne verbum quidem de Paschate dicit? Verum postquam homilias hæc deteximus, nulla iam difficultas superest, cum in titulo homiliæ nonæ sequentis, et in homilia ipsa dicatur, diem illam in qua tam graviter illos circensium et theatralium ludorum spectatores insectatus est, Dominicam fuisse atque adeo diem Resurrectionis Domini, quam ideo non commemoravit Chrysostomus, quod contra spectatores illos graviter succensus, rem illam unice cogitaret.

Homilia septima in ecclesia Sanctæ Anastasiæ habita fuit, ubi modicus erat, inquit ille, auditorum numerus: neque tamen ideo conqueritur; sed exemplum Samaritanæ affert; quam licet unam tantum, quia tamen audiendi studio ferrebat, longo tempore allocutus est Christus. Deinde vero pluribus explicat quid sibi velit Paulus, cum ait, *de confirmatione Evangelii*, et in his orationem claudit.

Dicta fuisse videtur hæc homilia in hebdomada Paschatis : nam qui homilias hæc in ipso tempore colligebat, a Paschatis tempore, ut ex titulis concionum deprehenditur, illo quo dicebantur ordine eas descripsit. Ante Pascha enim, ut supra diximus, ex multis homiliis paucas collegisse videtur. Non conqueritur autem Chrysostomus in hac concione, quod pauci auditores adessent, quia non in majori ecclesia, ubi synaxes fieri solebant, sed in ecclesia S. Anastasiæ concionabatur.

Octava concio rem prorsus insolitam nobis exhibet atque inauditam. Tunc Gotthorum pars maxima, qui vel Constantinopoli, vel circum erant, Arianismum sectabantur. Erant tamen Catholici gentis ejusdem non pauci. Cum autem in ecclesia S. Pauli convenissent, jussit Chrysostomus Gotthos loca quædam Scripturarum, quæ in Gotthicam linguam conversæ fuerant, Gotthice legere, et postea Gotthum presbyterum Gotthice concionari. Cur autem ita jussisset, satis declarat in concione quam ipse continenter post Gotthum presbyterum eadem in ecclesia habuit; ut videlicet Græcos philosophos, eorumque religionis sequaces, et Judæos quoque pudore suffunderet; quod dum illi veritatis lucem respuebant, barbaræ per totum orbem nationes sole fulgidiorem Evangelii lucem amplecterentur. Addit etiam eum, qui in Veteri Testamento primus vocatus fuit, nempe Abrahamum, barbarum fuisse in medio barbarorum versantem. Barbaros etiam fuisse eos, qui Christi ortum primi annuntiarunt, nimirum Magos, qui ex Oriente venerant. Hæc autem concio habita fuit in ecclesia S. Pauli intra hebdomadam Paschatis festum subsequentem, et per octavam, ut ex sequentis homiliæ titulo, ab eo qui his concionibus aderat præmisso, liquidum est : etiamque confirmatur ex iis quæ initio sequentis homiliæ dicuntur.

Etenim cum Constantinopolitanos illos, qui concionibus suis adesse solebant, gravissime pupugisset, ipsisque molestiam creasset in illa concione, quam in Dominica Resurrectionis Christi habuerat, eo quod in die Parasceves ad circenses, et in sabbato sancto ad theatrales ludos se contulissent, imo excommunicationis sententiam saltem comminatoriam in illos protulisset; illi tamen postea, re secum serio perpensa, non sine causa se acriter impetitos fuisse videntes, et plura his de rebus audire cupientes, ad magnam ecclesiam, ut concioni interfuerent, ingenti numero se contulere. Verum accidit ut illo die, nempe Dominica post Pascha, quidam adesset ex Galatia episcopus, vir tum ex senectute, tum ex animi dotibus venerandus, cui concionandi vicem Chrysostomus cessit. Quod auditores illi ægerrime tulere : summo enim Chrysostomi se iterum carpentis, imo secantis, ut ipse ait ibidem, audiendi desiderio tenebantur.

Quapropter ille Dominica (T. 12. c. 517), ut credere est, sequenti, secunda videlicet post Pascha, in ecclesia Magna concionem hanc habuit, ubi statim auditoribus gratulatur, quod licet tam graviter exce-

pti in concione illa Dominicæ Resurrectionis, adeo ferventer et tanto numero iterum compareant. Tum sese excusat, quod Dominica præcedenti episcopo Galatiæ seniori concionandi locum dederit; iterumque contra circenses ludos, sed mitius moderatiusque loquitur; remque tangit omnino deplorandam quæ superiore die hesternæ, inquit, in hippodromo contigerat, quæque ab hujusmodi ludis alios avertere deberet. Quidam enim qui postridie uxorem ducturus erat, dum cum aliis cursoribus in stadio concertaret, interceptus, miserabili casu capite truncatus, et extremis membris abscissis, ibi manserat.

Deinde explicat illud Evangelii dictum, *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* : Arianosque et Anomæos, tacitis tamen nominibus, acerrime insectatur, probans Filium Patri æqualem, cum illo semel operari; quia vero operatio illa permanens est, putat Chrysostomus, hic providentiam, Patris et Filii operationem dici.

Iti more erat ut bini vel terni eodem die continenter verbum Dei prædicarent. Id ipsum videmus in homilia decima, quæ habita fuit in ecclesia Apostoli, postquam senex episcopus ante Chrysostomum concionatus fuerat : quodque observandum est, illum senem, et se juvenem vocat, etsi ex vulgata opinione annum ætatis 52 jam emensus erat. Argumentum concionis sumit ex hoc Evangelii dicto, *Messis quidem multa, operarii autem pauci*. Probat autem et senes et juvenes operarios Ecclesiæ admodum utiles esse. Messisque hujusmodi fructus eximios fuisse narrat, ut cum Paulus simplici verbo Proconsulem ceu sagena cepit, et cum Philippus eunuchum Candaciæ Æthiopiæ reginæ ad fidem convertit.

Homiliam quoque undecimam habuit postquam alius admodum senex oraverat. Ibi primum se audiendi cupido cœtui gratulatur, ac de Eleazaro et de Maccabæis agit, quorum festum in Ecclesia Constantinopolitana celebrabatur, et quos probat ille pro Christo passos esse. In fine concionis pauca desiderantur.

Hactenus vidimus (Anno 399) omnia placide et sponte fluentia, Eudoxiam Augustam piis operibus incumbentem, et a Chrysostomo laudibus celebratam : Constantinopolitanos ob circensia et theatralia spectacula gravissime increpatos, optantes, imo instantes apud Chrysostomum ut se talibus tam acerbis monitis ad rectam viam deduceret : Gotthos, jussu ejus Gotthice Scripturas legentes et Gotthice prædicantes. Jam vero ad tristia ducimur, quæ ut clarius exponamus, altius repetenda res est.

Eutropii eunuchi historia. — Eutropius eunuchus gratia apud Imperatorem Arcadium plurimum valebat, ejusque consilio et auctoritate quæque maxima Imperii negotia gerebantur (*Chrysost. in Eutropium* t. 3. c. 391). Is cum Joannis Chrysostomi in sedem Constantinopolitanam promovendi auctor fuisset, initio ejus monitis placitisque haud ægre morem gerebat. Subindeque accrescente potentia, cum altos spiritus assumpsisset, non desistebat Chrysostomus, sed dicebat illi fugitivas esse divitias fragilemque potentiam sæ-

cularem. Illo autem rem ægre ferente, addebat S. doctor, se qui argueret, vere amicum; cæterosque qui gesta ipsius laudarent, adulatores esse. Eutropius vero rem indigne tulit, ac deinde Chrysostomo ad-versabatur.

Inter alia vero, quæ præter Chrysostomi consilium et voluntatem designavit Eutropius, legem ferri curavit, ut asyli et immunitatis jus ecclesiis tolleretur. Verum id ille in capitis sui perniciem molitus est. Cum enim postea accresceret sibi apud Imperatorem gratia, Patricii nomen et consulatum anni undequadragesimi consequutus est. Quæ res multis displicuit. Tandem Tribigildus tribunus clam favente Gaina, evincta militum manu a formidoloso Principe Arcadio impetravit, ut gradu deiceretur Eutropius: qui cum Tribigildum aliosque ad necem sibi inferendam paratos cerneret, in ecclesiam, quod unicum sibi perflugium supererat, se recepit. Tribigildus autem (T. 3. c. 391) et milites jussa imperatoris Arcadii præ se ferentes, ut sibi Eutropius traderetur insistebant, et strictis gladiis in ecclesiam irrupere volebant. Verum intrepide obstitit Chrysostomus, fugitivo ecclesiæ asylum tutum esse debere dicens.

Licet autem id apud scriptorem nullum feratur, verisimile est ipsum vel Imperatorem adiisse, vel ad ipsum quempiam misisse rogantem ut militum furorem compesceret. Nam, ut ipse Chrysostomus in hac concione dicit, Imperator, qui statim mandata dederat ut Eutropius traderetur, mutata sententia (T. 3. c. 395); *Postquam cognovit eum ad asylum ecclesiæ se recepisse, affluente exercitu et concitato ob ejus crimina, deponenteque hominem ad supplicium, longam habuit orationem, qua militarem indignationem compesceret, postulans ut non culparum modo, sed etiam recte factorum rationem haberent; nam pro illis gratiam ipsi habebat; si quid vero sccus fecisset, tanquam homini ipsi ignoscebat. Cum autem illi de integro urgerent ad vindictam læsi Imperatoris, clamantes, exsilienses, ad ultionem deponentes, hastas vibrantes: tum vero fontes lacrymarum clementissimis suis oculis effundens, et sacrosanctæ mensæ, ad quam confugerat, religionem illis inculcans, ægre tandem iram eorum sedavit.*

Eo in statu res erant, cum Chrysostomus, paucis postquam Eutropius in ecclesiam confugerat diebus, in eadem ecclesia concionem habuit, præsentem Eutropio et innumera populi multitudine, quæ ad tam singulare spectaculum confluerat. Inter eos multi erant, qui Eutropium aversabantur, ipsumque militibus tradi debere censebant. Hic oratori nostro extemporanea oratione opus fuit; quæ tamen inter elegantissimas computanda est. Non semel Eutropium compellat, et monita ab se ipsi data in mentem revocat; hinc ad populum convertitur, quem ut ad commiserationem compellat, Eutropii fortunam præteritam, præsentis vero deplorandum casum tam aptis verbis repræsentat, ut vel ferocioribus lacrymas excuteret.

Elapsis post hanc habitam concionem aliquot diebus, Eutropius ut inimicorum excubias falleret sese-

que proriperet, ab ecclesia aufugit. Verum captus, atque in Cyprum relegatus; deindeque haud ita multo elapso tempore Chalcedonem adductus et damnatus, capite plexus est.

Vix elapsis duobus (T. 3. c. 395) post Eutropii fugam diebus concionem aliam habuit Chrysostomus, ubi præmissis quibusdam de utilitate lectionis divinarum Scripturarum, obsessam paucis ante diebus ecclesiam narrat, neque tamen traditum inimicis Eutropium, qui, si ecclesiam non deseruisset, captus nunquam fuisset. Fluxam iterum humanarum facultatum divitiarumque conditionem ob oculos ponit: desertumque dicit ab amicis, a domesticis, a fortunis omnibus Eutropium. Multisque additis de vero legitimoque divitiarum usu, deque vita præsentem, quam peregrinationem esse commonstrat, ad Ecclesiæ laudes transit, ejusque nuptias cum Christo pluribus prosecquitur, hoc frequenter usus Psalmi quadragesimi quatri versiculo, *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato*, etc. De hac postrema homilia: parte sententiam nostram diximus in Monito.

Gainæ petulantia. — Gainas post impetratam partim vi, partim dolo Eutropii ruinam perniciemque (T. 3. c. 413), petulantior in dies evasit, atque eo impudentiæ processit, ut armis copiisque instructus, Saturnini et Aureliani, qui inter Imperii proceres eminebant, capita deposceret, nec nisi hac conditione se arma positurum esse munitaretur.

Saturninus et Aurelianus in exsilium puls. — Arcadius vero Imperator, qui ob incertiam metumque cuiusvis injuriæ opportunus erat, rem quantumvis indignam denegare non ausus, tantos viros ad necem traditurus erat, nisi Chrysostomus, utpote communis omnium pater, sic ille, Gainam adiisset, *obambulans*, inquit, *exhortans, obtestans, supplicans, ut a dominis ea calamitas depelleretur*; idque demum a barbaro impetrasset, ut satis haberet, si Saturninus et Aurelianus in exsilium mitterentur.

Id vero accidit anno incunte 400: quo posito capitulo ea quæ præcedunt et quæ subsequuntur constare, et locum tempusque suum occupare videntur. Ille autem peracto negotio concionem habuit Chrysostomus, ubi de Constantinopolitano tumultu, de vicissitudine humanarum rerum agit. *Omnia, inquit, turbarum ac tumultuum plena sunt, omnia scopuli ac precipitia, omnia rupes sub aquis latentes: omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores, et angores. Nemo cuiquam fedit, . . . non est amicus tutus, non frater firmus. Sublatum est caritatis bonum, civile bellum occupat omnia, civile, et non apertum, sed obumbratum. Innumera ubique larvæ, simulatæ facies: multa ovium vellera, innumeri ubique lupi sub his occultati: ut jam inter hostes aliquis tutius vixerit, quam inter eos qui videntur amici. Qui heri adulabantur, qui manus osculabantur, hodie repente comperti sunt hostes, abjectisque larvis, facti sunt omnibus accusatoribus acerbiores: pro quibus hesternæ die gratias agebant, hos nunc incusant et calumniantur.* Deinde vero de divitiarum vanitate eleganter pro more suo diserit:

paupertatis bona deprædicat, utpote quæ tantam præstet securitatem, quantum divitiarum periculum pariant. Demum exemplo Jobi ad calamitates fortiter ferendas hortatur.

Gainas Magister militiæ constitutus. — Postquam Saturninus et Aurelianus (*Soz. l. 8. c. 4*), pacato Gaina, in exilium acti fuerant (*Anno 400*), cum Arcadio Imperatore Gainas in ecclesia juxta Chalcedonem sita, ubi S. Euphemiæ martyris sepulcrum erat, colloquium habuit, cumque ex pacto convento arma deposuisset, et jurejurando adhibito fidem Imperatori dedisset, equestri pedestrisque militiæ Magister declaratur. Tanto autem inflatus honore, res novas moliri non distulit. Erat ille Arianus, perinde atque multi alii Gotthi, qui tunc episcopum Constantinopoli habebant: suadentibus autem ejusdem sectæ episcopis Imperatorem rogavit, unam ex ecclesiis urbis suæ sectæ traderet; indecorum esse dicens Magistrum Romanæ militiæ extra urbem orandi causa proficisci. Arcadius vero, qui Gainam metuebat, ut et aulici ejus omnes, ea de re deliberatum se dixit, operamque daturum ut ipsius desiderio fieret satis. Imperator autem Joannem nostrum advocat, Gainæ optatum docet, ejus potentiam commemorat, ipsum tyrannidem meditari non obscure indicat, hortaturque ut barbari animum id concedendo compescat (*Theodoret. l. 5. c. 52*). Respondit Joannes, Imperatori fas non esse talia polliceri, et sancta canibus dare: se vero neutiquam posse Catholicos ab ecclesia quavis ejicere, ut inducat Arianos, qui in Filium Dei blasphemia proferrent, neque metu barbari debere moveri: sed ambos advocare rogat, se nempe et Gainam, sperareque se illum eo adducturum esse, ut non ultra paria postularet. His auditis Imperator magno perere gavisus est, et postridie utrumque jussit acciri. Accessit Gainas (*Sozom. l. 8. c. 4*); adfuit etiam Chrysostomus cum episcopis qui tunc Constantinopoli erant (*Theodoret. l. 5. c. 52*).

Gainas a Chrysostomo repressus. — Tum Gainas promissa sibi dari flagitabat. Reclamabat Joannes, non licere Imperatori qui piam religionem profiteretur, adversus res divinas quidquam attentare. Respondit Gotthus, æquum esse ut ipse quoque adem sacram, in qua precaretur, haberet. Tum magnus ille Joannes: *Omnes tibi apertæ sunt ades sacræ, nec ullus aditum prohibebit, si precari volueris. At ego, inquit Gainas, alterius sum sectæ, et cum consortibus meis unam ecclesiam peto; idque jure mihi petere videor, qui multa pro Romanis bellorum discrimina pertulerim. Ad hæc Joannes: Sed habes, inquit, præmia laboribus tuis longe majora: nam et Magister militum creatus, et consulari veste ornatus es. Consideres oportet quid olim fueris et quid nunc sis; quanta fuerit prior egestas tua, quanta nunc rerum copia; quibus vestimentis usus sis priusquam Istrum trajiceres, quibus nunc induaris* (*Sozom. l. 8. c. 4*). In memoriam revocavit etiam, quomodo cum a patria a fugisset a Theodosio Imperatore et Arcadii patre servatus fuisset, jurassetque se Romanis amicum, ipsique ac liberis ejus ac legibus,

quas nunc abrogare conabatur, fidem perpetua mansurum esse. Tuncque legem a Theodosio latam protulit, quæ vetuerat ne hæretici intra urbis mœnia collectas celebrarent. Post hæc ad Imperatorem conversus suavitati ipsi ut legem, quæ adversus hæreses lata fuerat, ratam servaret: satius esse dicens imperio cedere, quam prodita Dei domo piaculum admittere (*Theodoret. l. 5. c. 52*). Hujusmodi sermonibus doctor ille orbis terrarum (*sic Theodoretus*), Gainæ os obturavit, et tacere eum compulit (*Sozom. l. 8. c. 4*).

Gainæ gesta et recessus. — Spe lapsus Gainas, et quasi in furorem actus, fidem violare et urbem deprædari jam meditabatur. Ejus autem insidias, inquit Sozomenus, prænuñtiavit comes, qui tunc supra civitatem maximus apparuit, usque ad terram fere pertingens, et qualis numquam antea visus fuisse memoratur. Ac primo quidem argentariorum officinas invadere tentabat, maximam se pecuniæ summam inde collecturum sperans. Cum autem rumore nuntio in notitiam venisset illum talia meditari, argentarii in latebris omnia posuere: ita omnis lucri inde percipiendi spes ipsi avolvit. Tum ceu rabie correptus Gainas, suis mandavit ut imperiale palatium incenderent. Hic vero rem prodigio similem narrat Sozomenus; nempe ingentem militum numerum ante palatium divinitus comparuisse, barbarosque et Gainam ipsum ne cæpta perficerent deterruisse, aliaque narrat quæ fabulam sapere videntur. Addit Sozomenus ex barbaris illis alios in urbe mansisse, alios cum Gaina egressos esse, et clanculum arma in vehiculis feminarum, et in dolis tela exportavisse. Sed cum deprehensi essent, portarum custodes, inquit ille, qui ne arma exportarent prohibebant, interfecerunt. Ingens tunc tumultus ac terror omnes invasit, quasi jamjam urbs capienda et expilanda esset. At Imperator Arcadius, optimo tunc usus consilio, Gainam hostem declaravit, barbaros, qui in urbe erant, occidi jussit: militesque impetu in illos facto maximam illorum partem trucidare; ecclesiam vero, quæ dicebatur Gotthorum, incendio consumperunt, in qua Gotthi multi flammis traditi perire. Postea vero Sozomenus Gainæ gesta recenset, et omnia paucis persequitur ad usque ejus cladem et necem. In his vero quæ narrat, quædam vera esse videntur, sed falsis intermixta.

Alia narrat Theodoretus (*Theodoret. l. 5. c. 52 et 53*). Cum Gainas sibi et suis ecclesiam postulans, ejus potiundæ spe lapsus esset, aliquando post tempore in apertam tyrannidem erupit, collectoque per Thraciam exercitu, vastare omnia et prædari cepit. Qua re nuntiata, metu omnes percussi sunt: tam optimates, quam populum terror invasit. Neque vilis erat qui prælio cum illo congredi vellet, nemo qui legationem ad illum obire tutum crederet, quod barbarum ejus animum omnes reformidarent. Cum ergo id negotii nemo suscipere auderet, ad intrepidum Chrysostomum itur, qui, etsi ipse præcipua irarum causa fuerat, in Thraciam iter suscepit, Gainamque adiit. Hic vero magis ac magis enituit, quantum va-

leat virtus, quantum sincera pietas, erga illos etiam quos impugmare cogitur. Gainas barbarus et tyrannus, ejus pristinam pro pietatis defensione constantiam memoria repetens, libenti animo in occursum ejus venit, ejusque dexteram oculis suis imposuit, et filios suos sacris illius genibus admovit: adeo virtus vel infestissimo cuique reverentiam ac terrorem injicere possit. Addit Georgius Alexandrinus Gainam tunc arma deposuisse: quod falsissimum est. Verum fabulator ille nihil sanum dicit, nisi ea quæ ex Socrate, Sozomeno, Theodoro et Palladio mutuatur, quæ etiam sæpe depravare solet, ut initio diximus. Gainas enim in cepto perstitit nec arma posuit, donec victus casusque fuit.

Asiaticum negotium. — Jam ad Asiaticum negotium veniamus, quod in Oriente tumultus discussionesque multas excitavit, demumque Chrysostomum in Asiam iter facere ibique moras trahere coegit: quod ipsi ærumnarum et calamitatum initium fuit. Historiamque texemus ex narratu Palladii Helenopolitani episcopi, qui plerumque rebus ipsis interfuit.

Indictione decima tertia (mense circiter Maio anni 400) Constantinopoli venerunt Asiani episcopi (*Palladius p. 126. sqq.*), aliosque episcopos qui tunc in urbe erant convenerunt, Palladium nempe Helenopolitanum, Theotimum ex Scythia, Ammonem Ægyptium ex Thracia, Arabianum ex Galatia et alios, qui omnes viginti duo erant, quibus præerat Joannes noster Constantinopolitanus episcopus. His vero in Synodo congregatis Eusebius Valentinopolitanus libellos tradidit, contra Antoninum Ephesi episcopum septem capita complectentes: primo quod conflatis sacris vasis argentum inde proveniens in usum filii sui convertisset: secundo, quod sublatum ex ingressu baptisterii marmor in balneum suum transtulisset: tertio, quod Ecclesiæ columnas, a multis annis jacentes, intra triclinium suum posuisset: quarto, quod puer ejus eadem patrasset, quem adhuc ille in ministerio retineret: quinto, quod prædia Ecclesiæ relicta a Basilina Juliani Imperatoris matre vendidisset, pretiumque sibi vindicasset: sexto, quod dimissa uxore sua, cum ea rursus congressus esset, filiosque procreasset: septimo, quod quasi lege sibi constitutum esset ut ordinationes episcoporum, secundum reditum rationem, venderet. Adesse autem eos, qui pretio ordinati fuere, seque rem aliunde probare possent. His auditis Chrysostomus, suspicatus hæc crimina ex odio vel inimicitia Eusebii proficisci, illum comescere conatus est, Paulumque Heraclææ episcopum, qui Antonino favere videbatur, hortatus est, ut pacem inter utrumque faceret. Postea vero Chrysostomus ad sacrificium offerendum sese appabat.

Tunc Eusebius ira succensus, Joannem adjuravit, horrendis adhibitis sacramentis, ut dictis suis atenderet: tuncque coram omni populo libellum obtulit. Chrysostomus tanta Eusebii instantia vehementiaque se permotum sentiens, noluit in tali animi statu sacrificium offerre; sed Pansophium Pisidiæ episcopum

rogavit, id muneris persolveret, libellumque recepit, et cum cæteris episcopis egressus est. Postquam vero dimissi populi fuere, cum cæteris episcopis in baptisterio consedit: Eusebioque dixit, secum perpenderet an dicta probare posset, idque antequam libellus legeretur; postquam enim lectus foret, non ultra posse illum dicta revocare. Cum autem ille in proposito perseveraret, lectus est libellus supra memoratus. Tunc seniores episcopi Joanni dixerunt, o re fore ultimum caput de venditis ordinationibus disquirere: quia, si illud probaretur, cætera, quæ minoræ erant, credibilia et probatu facilia fore. Tum Joannes Antonino tunc presenti, Quid ad hæc dicis? Negavit autem ille omnia. Interrogati sunt etiam ii, qui pro episcopatu pecuniam dedisse accusabantur: qui similiter negarunt. Sub hæc ventum est ad testes; sed nulli aderant: Joannes vero, ut res accuratius examinaretur, ad Asiaticum iter suscipiendum sese obtulit.

Antonini Ephesii gesta et obitus. — Antoninus autem, pecuniæ quam officii longe cupidior, qui Joannis et perspicaciam et integritatem metuebat, quemdam e proceribus, cujus prædia, quæ in Asia erant, curabat, adiit, ab eoque impetravit, ut impediret ne Joannes in Asiam concederet. Ille vero id effecit, ut ex palatio Joanni denuntiaretur, absurdum fore illum, cum tantus Constantinopoli tumultus esset, et adhuc Gainæ formido persisteret, in Asiam proficisci ad testes querendos, qui facile possent Constantinopolin adduci: quapropter a proposito destitit Joannes. Antoninus interim id lucratus est, ne testes venirent, quos etiam aut pecuniæ aut potentia sua se fugare posse sperabat. Hæc Joannes prospiciens, cum Synodo deliberat quosdam ex presentibus episcopis in Asiam mittere ad interrogandos testes. Ad eam rem tres electi sunt episcopi, Syncretius Trajanopolis, Hesy chius Parii et Palladius Helenopoleos, qui Hypæpis, quæ urbs Asiæ erat, rem examinerent, mandatumque prolatum est, ut qui intra duos menses in urbem illam, quæ vicina erat, causam dicturi non venissent, excommunicarentur.

Post hæc Smyrnam venerunt Syncretius et Palladius: Hesy chius, qui Antonini amicus erat, morbum simulavit. Duo autem reliqui per literas Eusebio et Antonino significarunt, ut Hypæpos, quo ipsi pergebant, se conferrent. Illi vero cum amicitiam contraxissent (nam Antoninus Eusebium vel auro, vel alio modo corruptum sibi conciliarat), et ad Hypæpinorum civitatem illi quoque venissent, iudices eludere conabantur, dicebantque testes negotiorum causa peregre profectos esse. Iudices Eusebium rogant, intra quot dies ille testes adducturus esset. Ille vero sperans in æstus vehementia iudices inde discessuros esse, erat quippe ætatis tempus, scripto promisit se intra quadraginta dies, aut testes producturum, aut pœnas secundum canones daturum esse. Dimissus ergo ille ad inquirendos testes, Constantinopolin venit, ibique delituit. Expectarunt iudices ad quadragesimum usque diem. Et cum Eusebius non compareret, excommunicationis sententiam in eum pro-

tulerunt, sive ut desertorem, sive ut calumniatorem. Postquam vero triginta dies alios Hypæpis manserant, nec compareret ille, ipsi quoque Constantinopolin redierunt. Cum autem ibi Eusebium offendissent, tantum illi facinus exprobrarunt. Eusebius vero infirmitatem corporis prætexens, testes se adducturum rursus pollicebatur. Interea per diuturnas illas moras, moritur Antoninus: sicque rerum facies mutatur.

Nec multo post literæ ad Chrysostomum venerunt partim Ephesini Cleri, partim episcoporum, iuramenta cum obsecratione continentes. Testabatur Clerus, antehac leges omnes Ephesi pessumdatas fuisse, jamdiu afflictam Ephesinam Ecclesiam esse partim ab Arianis, partim ab iis qui avaritiæ et dominandi libidine capti, se Catholicos esse gloriabantur, sic Antoninum defunctum perstringebant illi: rogabant illum festinanter veniret, quia lupi quidam erant qui pecunia episcopalem sedem rapere tentabant. Hæc causa Chrysostomo fuit suscipiendi Asiatici itineris, de quo mox dicetur.

Homiliæ Chrysostomi in Acta Apostolorum. l. 9. — Dum hæc agerentur, Homilias in Acta Apostolorum habuit Chrysostomus, quas cœpit post Quadragesimam, ut ipse dicit Hom. I, c. 25, atque ut putamus, diximusque in Monito, tempore Paschali anni 400, ita ut illas dixerit, cum Asiaticarum rerum negotia illum distinerent, et cum a gratia Eudoxiæ Augustæ, quæ initio episcopatus sui ipsum valde colebat, excidisset. Hinc fortassis accidit ut aliis distentis negotiis Chrysostomus, minus culto, jejuno et plerumque intricato stylo has conciones scripserit, maximeque initio homiliarum, ubi quædam videntur olere aut sonare peregrinum: nam in ethica adhortatione, quæ homilias claudit, hic semper sui similis est, imo etiam alias conciones superat. Hæc vero, quæ post Pascha anni 400 cœptæ fuere homiliæ, nonnisi anno 401 terminari potuisse videntur, et fortassis postquam ex Asia reversus fuit Chrysostomus: verum hæc nonnisi divinando dici possunt. Homilia autem quadragesima quarta, c. 312, l. 34, testificatur Chrysostomus se triennium habere in Pontificatu: quod si ad literam accipiatur, significare videtur illum jam triennium emensum fuisse, quando ad hanc homiliam pervenit. At præterquam quod non omnino constat hic exactum triennium notari, jam sæpe vidimus Chrysostomum non cum tanto scrupulo notas temporum consiguare; tamen omnibus accurate perpensis nihil absolum sequeretur, si Chrysostomus, qui Homilias in Acta anno 400 cœperat, quadragesimam quartam et postremas vel ante, vel post reditum suum ex Asia dixerit. In Homilia vero quadragesima prima c. 291, l. 10, ait Chrysostomus, anno superiore concussisse Deum universam civitatem C. P., qui terræ motus accidisse creditur anno 399, ut diximus supra. Nam illa vox *perusi* annum proxime superiorem indicat; sed non ita accipienda est ut annum integrum elapsedum Chrysostomus significare velit.

Ibidem autem et continenter l. 56, eadem voce *perusi* Chrysostomus utitur ad rem aliam carptim

indicandum: *Quæ circa Theodorum perusi, anno proximo, gesta sunt, quem non obstupescerunt? et tamen nihil amplius factum est.* Quis ille Theodorus esset, et quid illi acciderit, nullus quod sciam scriptor docuit.

Die septima Februarii anni 401 (*Bollandus 26 Feb. anno 401. p. 651. b. c.*) S. Porphyrius, Gazæ episcopus, Constantinopolin venit, cum Joanne Casariensi episcopo Metropolitano suo, ab Arcadio Imperatore petiturus ut idolorum templa, quæ Gazæ erant, non jam clauderentur, sed funditus everterentur. Rhodo autem transeuntes, anachoretam quemdam sanctum virum, Procopium nomine, adierant, qui monuerat ut sanctissimum episcopum Joannem inviserent, qui ipsis id consilii daturus erat, quod a Deo ipso edidicisset. Cum in urbem illi advenissent, postridie Joannem salutatum venerunt. Joannes vero ipsos honorifice admodum excepit. Cumque tanti suscepti itineris causam ipsi aperuissent; hortatus ille viros est, ut felicem exitum a Deo sperarent. Non poterat ille Imperatorem adire, quoniam Eudoxia, ea de causa, quam dicturi sumus, Joanni male affecta, Imperatoris animum adversus illum præoccupaverat: sed ad Amantium, Imperatoris Cambellanum, ipsos direxit, hominem vere Christianum: qui, nihil obstante exulcerato Augustæ erga Chrysostomum animo, adductus ipsi semper erat. Chrysostomus Joannes postridie ad se vocavit. Et cum episcopi ambo in Chrysostomi ædes venissent, Amantium invenerunt, qui rem, de qua tunc agebatur, ipsi aperuerat, idipsumque episcopi ambo confirmarunt. Posteaque cum sanctissimo Præsule de divinis sacrisque rebus verba miscuere, et postquam Joannes ipsis bona apprecatus fuerat, domum se recepere. Sic quotidie illum adiebant, ut ejus amœnis simul et sanctis colloquiis fruerentur. Amantius autem sibi commissum negotium apud Eudoxiam Augustam sollicitè urisit, demumque favente sibi Theodosii junioris et ortu et baptismo, qui diebus istis accideret, optata impetravit.

Theophanes et Cosmas Vestitor narrant Theodosium juniorem a Joanne Chrysostomo baptizatum fuisse; id vero clare dici videtur ab Eudoxia ipsa, quæ in homilia Chrysostomi post reditum ab exsilio suo, sic loquens inducitur, *Recordor per manus tuas filios meos baptizatos fuisse.* Certe inter filios comprehendi omnino videtur Theodosius junior. Atque ex iis, quæ in Vita S. Porphyrii dicuntur, Theodosius junior baptizatus fuisse deprehenditur 10 Aprilis anni 401. Tuncque Chrysostomus in Asia erat, siquidem cum Tillemontio iter ejus in Asiam in annum 401 consignamus, et quam tardissime profectionem ejus mense Febuario ejusdem anni statuere possumus, ut ex sequentibus palam erit.

Post Antonini Ephesini episcopi mortem (*Pallad. p. 133 et seqq.*), urgebant Chrysostomum episcopi vicini, urgebat Ephesinus Clerus ut prompte veniret, nec moras traheret, leges apud se pessumdatas dicens, Ecclesiam suam afflictam, temeratas res sacras, tum ab Arii assecclis, tum ab iis qui avaritiæ et dominandi cupidine capti se Catholicos esse gloriabantur.

ur : quibus dictis Antoninum episcopum nuper deunctum notabant, apud quem venalia prostabant sacra omnia. Addebant quoque multos instare luos, qui pecunia episcopalem sedem invadere tentabant.

Joann. Chrysost. iter in Asiam suscipit. — Joannes noster tunc gravi erat corporis infirmitate detentus, hiberna quoque tempestas a tanto itinere ægrum avertere posse videbatur, verum tanto ille religionis studio flagrabat, ut omnia posthaberet quo tot tantisque malis manum medicam afferre tentaret. Neque enim Ephesi tantum, sed etiam in aliis non paucis Asiæ civitatibus ipsi episcopi, pastorum nomine falso insigniti, Christiano gregi damna inferebant innumera. His accensus in navim ingreditur. Verum sæviante aquilone, cum metuerent nautæ ne in Proconnesum eicerentur, posito velo, Tritonis promontorium prætervehuntur, et ibi jactis anchoris manserunt, austrum expectantes ut Apameam appellerent. Cum ergo biduum jejuni perstitissent, in navicula agitati, tertia die Apameam appulere, ubi Joannem nostrum expectabant Paulus, Cyrinus et Palladius. Hos enim viæ comites assumpserat Chrysostomus, pedibusque confecto itinere Ephesum perveniunt. Et congregatis Lydiæ, Asiæ, atque Cariæ episcopis numero septuaginta, de ordinationibus faciendis statim actum est. Multi tunc advenerant, maximeque ex Phrygiis, uno audiendi Chrysostomi studio permoti, tum maxime ejus sapientia fruituri, cum afflictis rebus Asiaticis, et a multis qui zizania inseruerant in deteriorem statum reductis : nam profluentem pii doctoris eloquentiam tantis malis solatium afferentem excepturi erant.

Interea accessit Eusebius ille Valentinianopolitanus episcopus (*Pallad. p. 135. 136*), de quo plurima diximus supra, qui sex episcopos alios accusabat, ad communionem admitti rogans. Contra vero quidam episcopi non admittendum dicebant, utpote sycophantam. Pergit ille supplicans, quia jam biennio causa examinata, et non adventitious testibus longius extracta fuerat, ut testes producantur : etsi enim Antoninus, qui nummos acceperat ut ordinaret, jam mortuus erat, superesse tamen eos, qui pecunia data ordinati fuerant. Synodus vero rem perquirendam esse censuit. Primo lecta sunt acta ; ingressi sunt testes ; necnon sex illi, qui pecunia data ordinati fuerant. Et initio quidem negabant ; instantibus vero testibus, quorum quidam laici erant, et quidam presbyteri, quibus rem confidenter aperuisse videbantur, necnon mulieribus nonnullis, quæ et pignorum seu munerum speciem, et loca et tempora et quantitatem indicabant, reclamante item conscientia, ultro, nec majori necessitate compulsi, confessi sunt se munera solvisse, talem esse consuetudinem putantes, et nunc orare, si fas tamen esset, in Ecclesiæ ministerio servari ; sin minus, ut aurum, quod solverant, sibi redderetur : quidam enim ex illis uxorum suppellectilem dederant. Tum Joannes Chrysostomus e re fore sibi videri dixit, si juberet Synodus reddi illis aurum ab

hæredibus. Præcepit ergo Synodus, ut illi contra leges sacras ordinati aurum suum reciperent ab hæredibus Antonini, et communicarent intra altare : essent autem jam non sacerdotes, sed ex sacerdotibus : Ne si ista concederemus, mos fieret Judaicus aut Ægyptius, vendendi atque emendi sacerdotium. Dicebatur enim Judæorum patriarcham singulis annis, aut anno interjecto, a synagogæ principibus mutari, ad corrandam pecuniam.

Horum omnium exstabant acta et judicum nomina (*Pallad. p. 137*) : ac qui fuerant depositi, Synodi judicio acquieverunt, unusque ex illis factus est negotiorum publicorum defensor. In depositorum autem locum delecti sunt alii non conjugati, vita et doctrina ornati. Heraclidem vero in Antonini locum Synodus constituit, virum encyclicis disciplinis optime institutum, et in divinis Scripturis peritum, qui in eremo monasticam vitam egerat, et qui per tres annos diaconus fuerat. Palladius vero, qui huic Synodo interfuerat, dicit Joannem sex episcopos in hac scilicet provincia tantum deposuisse, non autem sexdecim, ut mentiebatur Theophilus, Chrysostomi accusator et inimicus.

Sozomenus vero dicit (*Sozom. l. 8. c. 6*) ipsum tredecim episcopos deposuisse partim in Lycia et Phrygia, partim in Asia, ita ut cum teste Palladio tunc præsentem sex in Asia deposuerit, septem etiam in Lycia et Phrygia ex sedibus moverit. Inter hos autem Gerontium Nicomediensem episcopum ex sede expulit. Hic autem cum Mediolani diaconus esset, a S. Ambrosio episcopo ut sacro ministerio indignus expulsus fuerat. Hinc cum Constantinopolin venisset, ut erat valer et astutus, quorumdam ope Nicomediensem episcopalem sedem adeptus est. Re compta Ambrosius Nectario episcopo Constantinopolitano scripsit, ut Gerontium ex episcopali gradu dejiceret. Nihil non egit Nectarius, ut Gerontium deponeret ; sed frustra cessere conatus : Gerontius enim Nicomediensibus admodum gratus erat, quoniam in medicina peritus, illam artem exercebat, ac dexteritate et sedulitate, inquit Sozomenus, erga omnes ex æquo, tam pauperes quam divites, utebatur. Joannes vero illum deposuit, et in locum ejus Pansophium ordinavit. Quæ res Nicomediensibus admodum displicuit, nec secus quam in calamitate, aut terræ motu, vel siccitate, per plateas civitatis suæ et Constantinopoli circumeuntes psallebant, Deoque supplicabant ut illum episcopum haberent. Hæc vero Gerontii depositio sub hæc Joanni Chrysostomo objecta fuit, quando illa tanta adversus ipsum tempestas orta est (*Socr. l. 6. c. 11. et 19*). Novatianis autem et Quartodecimianis aliisque hæreticis multas ecclesias ademit. Atque Ephesi cum esset, inquit Proclus, Midæ cultus arcanum omne detexit ; et cum in Phrygiam venisset, Matri Deum Cybelæ filios omnes abstulit, cum eorum templa destruxit.

Reversus Chrysostomus (*Jo. Chrys. t. 3. c. 579*) ex Asia quasi ex longa peregrinatione, in qua plus quam centum dies insumperat, postridie orationem hæ-

buit ad populum suum, quem summis laudibus extol-
lit quod cum tanto gaudio illum redeuntem excepe-
rint, quod civitatem totam in ecclesiam converterint,
quod cum hæreticis collectati sint. Nusquam vero tan-
tum gaudii exhibuit, quantum in hac concione, ubi
certe vel primo intuitu percipitur, non minore illum
desiderio ad plebem revertendi captum fuisse, quam
populus totus pastoris sui absentis recipiendi cupidine
tenebatur.

Regressus vero apprehendit Severianum Gabalo-
rum episcopum, cui in professione sua gregem suum
commendaverat, nihil non egisse ut populum, cui
sepe concionabatur, sibi conciliaret, et a Chrysostomo
averteret: atque, ut putabatur, ut illum a sua sede
deturbaret, seque in ejus locum substitueret, jamque
a Serapione diacono monitus Chrysostomus, dum
absens esset, post reditum rem accuratius examinavit;
ac veram esse cognovit. Erat autem Severianus genere
Syrus, eloquentiæ studens, cujus homilias quasdam
habemus, quarum stylus aliquid inventionis præ se fert,
sed strigosus et asper est; ita ut eloquentiam ejus fer-
ream vocet Savilius. Is itaque et alius episcopus Pto-
lemaïdis, Antiochus nomine, qui eloquentiæ etiam
studebat, inter primipilares Joannis Chrysostomi ini-
micos deinceps numerabuntur. Severianus non plebis
modo Constantinopolitanæ affectum et benevolentiam
sibi captare studebat, sed etiam in Imperatoria aula
sibi Eudoxiæ Augustæ gratiam conciliaverat, ambitio-
nis studio permotus. Cæca enim et temeraria domina-
trice animi cupiditate stimulatus nullum lapidem non
moverat.

Aliud de Severiano refert Socrates (*Socr. l. 6. c. 11. Sozom. l. 8. c. 10*), quod nempe Serapio; de quo su-
pra, cum sederet aliquando, transeunti Severiano hono-
ræm episcopo debitum non præstiterit, sed in sede
sua permanserit. Qua re permotus Severianus, coram
omnibus dixit: *Si Serapio moriatur Christianus, Chris-
tus homo non factus est. Hoc dictum certe impietatem
sapit*; Serapio autem maligne, demptis prioribus ver-
bis, affirmabat Severianum hæc protulisse verba, *Chris-
tus homo factus non est*, multosque suæ factionis tes-
tes producebat, qui hoc se a Severiano dictum audi-
visse affirmarent, Severianus vero, se non ita dixisse
asseverabat, sed totam sententiam, ut supra diximus:
quæ tamen et ipsa impia cum esset, Severianus a Chry-
sostomo ex urbe pulsus fuit, ut ait Socrates. Verum
ex Chrysostomi dictis patet Severianum a populo indi-
gnaute expulsus fuisse (*Chrys. t. 3. col. 426*).

Severianus fide cum Chrysostomo reconciliatur.—Sic
expulsus Severianus Chalcedonem commigravit. Ve-
rum Eudoxia Augusta, apud quam gratia valebat Severia-
nus, Chalcedone ipsum revocavit. Multi Chrysostomum
rogabant, Severianum ut prius in familiaritatem et
colloquium admitteret, neque id impetrare potuerunt.
Denique Eudoxia Augusta ipsum adiit, et Theodosium
tenellum filium genibus ejus admovit, per illius caput
obtestans, ut Severianum in amicitiam suam admit-
teret; idque demum, ægre tamen impetravit. Sic
ambo illi palam quidem reconciliati sunt; intus tamen

alter adversus alterum exulcerato animo permansit,
inquit Socrates. Id vero, quod postremo adjicit, de
Severiano quidem facile credatur; quod vero Chryso-
stomus post reconciliationem exulcerato animo per-
manserit, quis credere possit? nisi forte sic intelliga-
tur, Chrysostomum, nempe cum nosset Severianum
vafrum et ambitiosum animum, non putasse illum ex
sincero corde amicitiam suam expetisse, nec firmam
fore reconciliationem existimavisse. Nulla demum
potest Chrysostomo adscribi fictæ reconciliatæ gratiæ
suspicio. Restabat autem ut populi, qui Severianum
expulerat, iracundia sedaretur. Id autem Chrysostomo
dicto audientem populum habenti non difficile fuit.
Concionem habuit, ad pacem cum Severiano facien-
dam populum cohortans; utque a principio dictis suis
obsequentes auditores animadvertit, in laudem eorum
conversus, quod tantas irarum causas se hortante de-
posuissent, pacem perpetuam precando claudit brevis-
simam concionem. Post illum Severianus de pace
concionatur, quam postea pacem ipse perturbavit, nec
multo tempore a turbis movendis abstinuit.

Ex iis, quæ modo diximus, facile conicere possis
magnam tunc fuisse Constantinopoli et in vicinis civi-
tatibus morum corruptelam. Vidisti episcopos presby-
terosque, qui auri pretio et fere palam ad ecclesia-
sticas dignitates convolabant, aliisque vitii imo sce-
leribus obnoxii erant; et quidem magno numero:
inter sæculares vero multi erant divites, adulatorum
parasitorumque agmine obsessi, qui inopum egesta-
tem nihil curarent: alii auri cupidine ducti nullas non
ditescendi vias tentabant: ita ut, quod supra dice-
bamus, cum terræ motus ingens, multos Constantino-
politano terrorē correptos ad fugam capessendam
impulisset, ut in longinquis regionibus vitæ securita-
tem sibi pararent; cum postea meta cessante ad sua
revertissent, se rebus omnibus vacuos esse mirati
sunt: nam qui in urbe remanserant, bona omnium
absentium invaserant et prædia occupaverant. Vidi-
mus autem supra Chrysostomum anno 398 acriter
orantem in eos, qui tantum, tam Christianis indignum
facinus perpetrarant. Neque enim is erat Joannes no-
ster, qui frequens concionabatur, ut hæc et alia vitia
taceret; sed acriter insectabatur divitum avaritiam,
optimatum arrogantiam, feminarum illustrium luxum,
viduarum molliem vitamque lascivam, monachorum
indigna gesta, quæ non semel carpit in concionibus
in Epistolam ad Hæbræos. Clericosque et ecclesiasti-
cos maxime perstringebat, tunc omnibus deditos vitii
et voluptatibus. Plebem quoque acerrime increpabat,
quod circensibus et theatralibus ludis dedita, in ea
quæ ex his spectaculis oriebantur erumperet. At quod
mirum fortasse videatur, hæc infirma et numero ma-
jor pars auditorum, illum se oburgantem libentissime
audiebat, ut vidimus, post Pascha anni 389, et illi
semper addicta fuit; atque invalescentibus demum
Chrysostomi inimicis, nihil non egit, ut ne pastor
suus in exsilium pelleretur.

*Theophilus Alex. et alii dira moluntur in Chrysosto-
mum.*— Joannes ex Asiatico itinere reversus, post

quam pacem fecerat cum Severiano, tranquille vitam ducere posse videbatur. Verum nec multo post plurimi perniciem ejus machinati sunt. Primpilares erant Theophilus Alexandrinus, Acacius Berœæ, Antiochus Ptolomaidis, et Severianus Gabalorum, qui nuper simulate cum ipso pacem inierat. Theophilus autem Alexandrinus, qui sibi dicto audientes ubique episcopos esse cupiebat, jam ejus ordinationi obstiterat, et loco Joannis nostri Isidorum quemdam in Constantinopolitanum episcopum inducere tentaverat, ut supra vidimus, nec finem fecit postea occasiones captandi ut illum a sede deturbaret. Acacius autem qui diu Berœæ episcopatum cum laude gesserat, hanc sibi maculam inussit, et sanctorum hominum odium in se concitavit, cum ad tam sanctum Pontificem a sede dejiciendum nullam non machinam intendit. Antiochus vero Ptolemaidis, vir petulans et nova moliri cupiens, jamdiu contra Chrysostomum insurrexerat.

In Clero autem multi erant, qui Chrysostomi non minus vitam sanctam, arctam et inculpata, oderant, quam ejus dicendi libertatem, et monita Cleri sui vitiis emendandis opportuna volentibus, importuna obstinatis erant. Hi vero postremi longe majore numero fuere (*Pallad. p. 35*). Inter hos autem duo presbyteri, et quinque diaconi numerantur, qui vehementius in Joannem insurrexere (*Anno 402*), alii ex impuritate, alii ex obnoxio numero consociati. Hæc porro verba satis obscure hanc efferre sententiam videntur: illos nempe ex Clero, qui contra Joannem episcopum diramachinati sunt, partim ex eorum numero fuisse, qui impuram suam vitam ab illo concionante carpi et perstringi ferre non poterant; partim ex eorum, qui de tanto pastore malignam conceperant opinionem.

Ex Imperatoria aula duo vel tres tantum Theophilo præsto fuere (*Pallad. p. 35*), ac militaris præsidis opem ipsi tulere, cum ad Chrysostomum e gradu dejiciendum omnem lapidem moveret. Ex mulieribus vero, inquit Palladius, præter illas quæ vulgo notæ sunt, tres viduæ, quæ viri defuncti pecuniam grandem ex rapinis partam reliquerant, cum ipsæ iis in propriæ salutis perniciem opibus ad se non pertinentibus uterentur, nec ferrent pastorem suum contra usurarios, avaros et raptos declamantem, tumultus ac seditionis ipsæ quoque causæ fuerunt. Erant autem illæ Marsa Promoti uxor, Castricia Saturnini conjux, et Eugraphia quædam, quæ furiosæ instar agebat. Hi omnes, tum viri tum mulieres, una conspirarunt ut illum e gradu dejicerent, ejus disciplinam non ferentes. Neque mirum est, cum tam dissoluti mores essent, tam acrem censorem plurimis displicuisse.

Quæ vero contra illum jactitabant æmuli et inimici ejus hujusmodi erant, quod neminem ad mensam vocaret, sed semper solus ederet. Nimirum quia ex infirmitate stomachi, in morbos sæpe incidere solebat, ut passim jam vidimus; tenui mensa uti solebat, neque lauta sibi apponi fercula patiebatur, id postulante tum corporis habitu, tum pietate qua apostolos et Christi discipulos imitans, modico utebatur cibo. Quapropter statim atque ad Constantinopolitanam sedem

evectus est, amplios tanti episcopatus reditus in nosocomia et in pauperum sustentaculum inferri jussit, et nova quoque ipse nosocomia construxit; ita ut quæ laudem sancto viro parere meruissent, in vituperium ipsi ab inimicis verterentur.

Dicbant insuper ipsum esse durum et asperum, nec aditu facilem, quia nempe gregi pascendo, docendo, instituendo semper intentus, non facilem aditum præbebat inutilibus colloquiis; semper tamen paratus ad ea audienda atque curanda, quæ vel Ecclesiæ regimen vel pauperum et viduarum curam patrociniumque spectarent. Neque deerant qui ipsum petulantem, contumeliosum, iracundum et superbum dicerent; atque odiosis nominibus, ejus in prædicanda virtute constantiam, contra avaritiam, rapinas, adulteria cæteraque vitia declamationes detrectare conarentur.

Socrates vero (*Soc. l. 6. c. 3*), qui iis quæ de Joanne nostro ferebantur non absimilia audierat, hoc de illo profert judicium: « Fuit autem, ut ferunt, ob nimium temperantiæ studium acerbior, et sicut aiebat quidam, qui cum illo ab ineunte ætate familiariter vixerat, iræ magis deditus, quam verecundiæ. Et ob vitæ quidem sanctimoniam incautus adversus futura, ob simplicitatem vero apertus et facilis. Immodica etiam loquendi libertate erga omnes utebatur. Et in docendo quidem id præcipue spectabat, ut mores audientium emendaret: in congressibus autem arrogantior videbatur iis, qui mores ipsius ignorabant. » Ex his vero argui posse videtur, ex gestu et ex loquendi modo, ex vultus situ, et aliis quæ natura ipsa dederat, Chrysostomum aliquibus etiam ex iis, qui contra ipsum inimicitias non susceperant, asperitatis, imo arrogantiam quidpiam præ se tulisse. At etiamsi id specie tantum tenus fuisset, nihil hinc contra moderationem et humilitatem Chrysostomi concludi posset. Verum Socrates plerumque de Chrysostomo quædam similia refert, quæ tantisper alienatum ab illo animum subinducunt, ac cum cæteris scriptoribus non consentiunt.

Sozomenus vero (*Sozom. l. 8. c. 9*) illum prorsus ab his criminationibus vindicat, narratque illum Olympiadi monita dedisse, quæ etsi salubria erant, inimicis tamen ejus calumniandi ansam dedere. Erat enim Olympias matrona nobilissimo genere orta, piissima, quæ postquam in juvenili ætate vidua mansisset, a Nectario diaconissa ordinata fuerat, quæ facultates suas petentibus copiose largiebatur, omnibusque indiscriminatim: divinis enim addicta studiis, terrena bona ita parum curabat, ut ne cogitaret quidem an divitibus an pauperibus ea largiretur. Quæ de re monuit eam Chrysostomus dixitque illi, sic bona opulentis dare, periunde esse atque si in mare effunderentur; sed egenis solum eroganda, et sic pluribus illam beneficia præstituram esse. Consilium ejus sequuta est Olympias. Illi vero, quorum divitiarum donis Olympiadis cumulabantur, ejus mutatam sententiam videntes, contra Chrysostomum rei auctorem debacchati sunt.

Maximæ omnium autem in illum exasperata erat Eudoxia Augusta, referentibus Socrate (*Socr. l. 6. c. 5*), Sozomeno et Zosimo (*Sozom. l. 8. c. 16. Zos. p. 799*). Ambitiosa enim cum esset atque auri cupida, non poterat æquo animo ferre eum qui contra hujusmodi vitia perpetuo declamaret. Zosimus autem dicit illum in Joannem succensusse, quod eam publicis in conventibus perstringere, *mordere* consuevisset. In Vita autem S. Porphyrii (*Boll. 26 Febr. p. 652. f.*) narratur Joannem Eudoxiam reprehendisse, quod terram quamdam vi abstulisset sibi que propriam fecisset. Additque Palladius, inimicos Joannis Eudoxiam adversus illum concitavisse, falsa referendo de concionibus ipsius, ita ut dicerent quod ipse Eudoxiam Jezabelem appellasset. In crimen etiam vocabatur a nonnullis (*Socr. l. 6. c. 5*), quod Eutropium eunuchum, qui in ecclesiam perquisitus aufugerat, vehementer objurgavisset, quodque Gaiam tunc Magistrum militum contumeliose alloquutus fuisset: ita nempe solenne sycophantis est, optima quæque gesta, suo more repræsentata, vitio vertere iis, quorum perniciem moliantur.

Refert Palladius (*Pallad. p. 66.*) Severianum, Antiochum, et Acacium infensos fuisse Joanni propter modestas ejus admonitiones; neque hæc una fuit Acacio irarum causa; sed etiam quod cum Constantinopoli venisset, non bonum hospitium, aiebat ille, apud Chrysostomum nactus esset. Quapropter incensens intumescere quasi neglectus a Joanne, atque cum iram frenare non posset, præsentibus quibusdam Joannis clericis, dignam suo animo protulit sententiam dicens, *Ego illi ollam præparo*. Tunc autem sese adjunxit Severiano, Antiocho, et Isaaco Syro monachorum præposito, qui perpetuo solebat episcopos calumniis impetere.

Ii ergo quatuor contra Joannem conspirant (*Pallad. p. 49*). Mittuntque primum Antiochiam, qui de adolescentia ejus perquirerent: verum inutilis perquisitio fuit, nec quidquam reprehensione dignum inventum est. Deinde mittunt ad Theophilum Alexandrinum, qui *cothurnus* vocabatur. Quis esset Theophili animus erga Joannem jam vidimus, cum de ipsius Joannis ordinatione in episcopum Constantinopolitanum ageremus: vidimus illum invitum ordinavisse Joannem, cujus et animi firmitatem et loquendi libertatem metuebat, neque umquam destitisse putabatur a proposito illum a sede deturbandi, sicubi sese occasio offerret.

Accidit autem hoc circiter tempore Fratrum Longorum negotium, quod tumultus magnos in Orientali Ecclesia concitavit, et inde Theophilus ansam arripuit ut in Chrysostomum sæviret. Verum res est altius repetenda.

Narrat Palladius (*Pallad. p. 50 et sqq.*), Isidorum quemdam presbyterum octogenarium, a Theophilo Alexandrino præsule inique vexatum, ad monachos montis Nitriæ confugisse. Theophilum vero, quem ipse ut omnium vaferrimum et scelestissimum depingit, in monachos illos sævisse, jussisseque quosdam

et primariis ex interiore eremo depelli. Illi vero monachi cum Ammonio quodam, viro grandævio et venerabili, Theophilum adeunt, et qua de causa pellantur rogant; tum ille Ammonium plagis onerat, et monachos quasi Origenis erroribus infectos repellit. Illi vero ad Montes redeunt, et monasticam vitam ut prius exercent. Tunc Theophilus advocatis vicinis episcopis Synodum celebrat, monachos nec auditos damnat; tres vero ex præcipuis, quorum unus Ammonius erat, excommunicat. Mittit qui monachos pellant ex cellis et monasteriis suis. Illi vero in Palestinam primum profecti sunt.

Inde vero Constantinopoli venerunt, ubi quinquaginta numero ad Joannis episcopi genua provoluti rogant, se cum Theophilo episcopo reconciliet, ut montes et loca sua repetere possint: alioquin vero se Imperatorem adituros, ut prava illius in Ecclesiæ contumeliam facinora exponant. Tum Chrysostomus illos libenter excepit, seque Theophilo scripturum pollicitus est. De cætero monachos illos, qui Fratres Longi a statura vocantur, movuit ut rem silentio tegerent, donec quid in mente haberet Theophilus comperissent: hospitium autem illis assignavit in ecclesia, que Anastasia vocabatur. Ad victum autem necessaria ipsis suppeditabat mulieres quædam religiosæ; ipsi quoque nonnihil conferebant ex opere manuum. Erant tunc Constantinopoli quidam Theophili clerici, ejus negotia gerentes. His accitis Joannes percontatus est, an monachos istos nosset. Illi se probe illos novisse dixerunt, et violentiam magnam perpeccos esse fassi sunt. De cætero Joannem monuere, ut ne illos ad communionem admitteret, ne Theophilum exacerbaret; cum illis tamen benigne ageret, ut decebat episcopum.

Sic Joannes illos ad communionem non admisit; sed ad Theophilum scripsit, se filium et fratrem ipsius dicens, rogans illos demum admitteret et amplecteretur. Id negavit Theophilus; sed quosdam misit ad contentiosas verborum pugnas exercitatos, qui libellum precum Joanni darent, mendacis et calumniis adversus monachos plenissimum, ut monachi illi in Palatio quasi præstigiatores digito monstrarentur. Monachi vero, ut viderunt nullam sibi Theophili placandi viam superesse, se paratos esse dicentes ad omnem falsam doctrinam *anathematizandam*; supplices libellos Joanni offerunt, ubi Theophili tyrannidem multis exprimebant, aliaque adungebant, quæ referre pudeat. Tum Joannes et per se et per alios episcopos hortatur illos ut talia de Theophilo scribere desinant, quantum hinc mali consequuturum sit declarans: Theophiloque rescripsit narrans illi quænam monachi de ipso proferrent, testificansque se illos frustra hortatum esse ut Constantinopoli discederent; cæterum quæ sibi expedire viderentur indicaret.

Theophilus vero, qui Joanni tam moderato, quin et amico animo secum agenti, gratiam habere debuit, in furem actus, statim ab Ecclesia excludit Dioscorum episcopum, quem vocat Palladium, fratrem mo-

nachorum, qui in Ecclesia senuerat, et Joanni episcopo hæc scribit: *Arbitror equidem non ignorare te canonum Nicænorum decretum, quo sancitur, ne episcopus litem extra fines suos judicet: si autem ignoras, discere, et a libellis adversus me abstinere. Nam si judicari me oporteret, ab Ægyptiis episcopis judicandus sum, non a te, qui septuaginta quinque dierum itinere hinc abes.*

Ex his vero literis palam est verum esse id quod Socrates refert (*Socr. l. 6. c. 9*), nempe falsum rumorem ad aures Theophili perlatum fuisse, quod nempe Joannes illos ad sacra admisisset, et ad opem illis ferendum paratus esset. Quamobrem, pergit ille, Theophilus totus in hoc cœpit incumbere, ut non modo Dioscorum et Isidorum ulcisceretur, verum etiam Joannem ex episcopali sede dejiceret. Misitque epistolas ad singularum civitatum episcopos, consilium quidem suum occultans, palam vero in iis reprehendens libros Origenis, quorum tamen testimonio diu ante illum Athanasius contra Arianos usus fuerat. Hæc Socrates, idipsum fere Sozomenus habet (*Sozom. l. 8. c. 12 et 13*).

Joannes vero accepta lectaque Theophili epistola, eam penes se servavit. Et quia Theophilus monachos alios sibi addictos Constantinopolin miserat qui suas partes tuerentur, monachis utriusque partis suadere conatus est Chrysostomus ut pacem inter se inirent. Quibus auditis illi utrimque magis exasperati sunt, Fratres quidem Longi ut Theophili tyrannide oppressi; alii vero dicebant, se absque Theophili consensu et jussu facultatem non habere incundæ pacis. Tunc Joannes hujusce rei curam omnino deposuit.

Tum monachi, qui a Theophilo pulsi fuerant, libellos prolixos ediderunt, quos monachos adversæ partis tamquam calumniatores propulsabant; contra Theophilum multa dicebant, quæ omnibus nota erant. Libellos autem Augustis obtulerunt, Eudoxiamque Imperatricem adierunt, tunc in martyrio S. Joannis versantem: ipsamque precati sunt, ut monachorum adversæ partis libellus apud Præfectos examinaretur; Theophilus vero vel invitus adesset, deque illo coram Joanne judicaretur. Admissa postulatione, mandatum fuit, ut Theophilus volens nolens, exhibitus per Magistrum coram Joanne sisteretur, ut causam diceret; monachi vero adversæ partis vel probarent ea quæ adversus sanctos senes protulerant, vel calumniatorum pœnas subirent.

In monachos autem a Theophilo missos leges quidem instabant, illorumque causa examinanda mox erat: illi vero eventum veriti, rem differri rogant usque ad Theophili adventum, qui illos subornaverat et libellos dictaverat. Præfecti vero illos in carcere conjecerunt usque ad Theophili adventum, nolentes in tali causa vades accipere. Horum quidam in carcere, ab Theophili venientis tarditatem diu morati, mortui sunt; alii vero post adventum Theophili, in postrema interrogatione, tamquam calumniatores, Proconnesum a judicibus relegantur.

Theophilus libros Origenis damnat. — Interea Theophilus, qui dira moliebatur in Joannem, ad episcopos

ubique omnes scripsit, libros Origenis incusans, multosque ad sententiam suam pertraxit (*Sozom. l. 8. c. 14. Socr. l. 6. c. 10*). Putansque magno sibi emolumento fore, si Epiphanium, Salaminis in Cypro episcopum, virum sanctissimum et clarissimum, ad suas partes allicere posset, eo nervos industriæ totos adhibuit. Illum vero pridem incusaverat, quod Denm humana forma præditum esse opinaretur, quæ erat hæresis Anthropomorphitarum. Tunc vero, si fides sit Socrati et Sozomeno, se idipsum ea de re sentire simulavit, ut Epiphanium sibi conciliaret. Erat enim Epiphanius vir pietate conspicuus, sed qui non semper tutiorem melioremque partem amplecteretur. Jam vidimus in Vita Athanasii, quam anno 1698 publicam fecimus, Epiphanium cum de Meletio agit (*Epiphani. Hæresi 68*), qui Meletiani schismatis auctor fuit, quique a S. Petro martyre, Alexandrino præsule, et a Synodo multorum scelerum causa damnatus depositusque fuerat, facti invidiam Petro martyri magis quam Meletio conferre: ita ut palam sit cum Meletiani cujusdam fraude tale commentum edidisse, cui reclamant cum Athanasio omnes Ecclesiastici scriptores.

S. Epiphanius libros Origenis legi prohibet. — Cum sciret autem Theophilus Epiphanium libros Origenis aversari, ad eum quoque literas misit, quos hortabatur illum, ut et ipse contra Origenis libros sententiam ferret. Epiphanius vero, coacta Cypriorum episcoporum Synodo, Origenis libros legi prohibuit: epistolasque misit tum ad alios episcopos, tum ad Constantinopolitanum præsulem, quid a Cypria Synodo statutum fuisset declarans, cohortansque illos, ut Synodum convocarent eademque decernerent. Theophilus quoque cum Ægyptiis episcopis eadem contra Origenem constituit, literasque misit ad episcopos et ad Joannem, ut et illi paria præstarent. Joannes vero hæc quæ sibi significabantur parvipendens, unam instituendi et pia doctrina imbuendi populi sibi commissi curam gerebat, et ea in re admodum florebat. Insidias, quas sibi parari ignorare non poterat, contemnere se posse putabat, conscientia nihil adversum testificante.

Tillemontio ad stipulamur (*T. 5. c. 499*) qui putat Homilias duas in illud Psalmi 48, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo*, etc., hoc circiter tempore habitas fuisse. In prima vero postquam divitiarum vanitatem descripserat, dicta sua exemplis comprobare nititur. *Nostis vos*, inquit, *innumera exempla in hac urbe circa intempestivam hujusmodi divitiarum jacturam: et didicistis, vivente possessore possessionem perisse: divitiarum enim finis est mutatio in paupertatem. Perpende igitur quam brevis sit temporis possessio. Nam possessor vivit post jacturam possessionis. Atque utinam perisset possessio, neque in perniciem traxisset ipsum possessorem! Non erraveris igitur, si dixeris divitias esse domesticum ingratum, sanguinarium et homicidam, domesticum, qui in remunerationem hero necem infert. Ubi Eutropii olim potestate et opibus florentis calamitatem et necem commemorare omnino videntur: necnon aliorum multorum, qui per hæc tempora*

Constantinopoli fortunæ vicissitudinem experti sunt. Quodque animadvertendum (*T. 3. c. 391. et seqq.*), hic pene ipsis verbis multa repetit, quæ in prima de Eutropio homilia pluribus dicuntur, necnon initio sequentis homiliæ de Eutropio. Hinc etiam et ex aliis quoque probatur hanc homiliam Constantinopoli hoc circiter tempore dictam fuisse, ut videas in *Monito*. In hac homilia subindicare videtur Chrysostomus se bis in hebdomada concionari solere.

Aliam quoque in eadem verba in Psalmum 48 concionem habuit Constantinopoli in Magna ecclesia, ut in titulo fertur. Erat autem Magna ecclesia illa, in qua frequentius episcopus concionabatur, Magna appellata, quod cæteris amplior esset. Concionatus est autem, postquam alius ex recepto more orationem habuerat, brevissimam quidem, sed quæ auditorum laudes meruerat, et a Chrysostomo ut magni pretii celebratur. Post tumultus vero quosdam Constantinopolitanos pronuntiatam fuisse hanc homiliam Chrysostomus sub initium docet. *Age ergo, inquit, nos quoque tumultuum qui jam contigerunt, procella liberati, tanquam fluvialibus quibusdam aquis aures nostras lectiones Scripturarum abluanus.* De quo tumultu et perturbationibus quædam dicit etiam inferius. Putaverit fortasse quispiam hic agi de priore exsilio, quod anno 403 contigit: at libentius crederem hic loqui Chrysostomum de rebus Eutropii, itemque Aureliani et Saturnini optimatum, qui Gainæ opera et tumultu pulsati sunt in exsiliam, deque Gainæ defectione; sicque anno 401, vel 402, habita fuerit hæc concio, etsi id non omnino certum est. Hic res omnes humanas umbram esse dicit. Luxum vero Constantinopolitanorum nusquam ita speciatim descripsit, et postquam ostenderat quam fugitivæ sint opes et divitiæ, concionem claudit (*T. 5. col. 515 et seqq.*).

S. Epiphanius Constantinopolin venit. — His vel similibus concionibus (*Anno 403*) egregius ille Joannes gregi suo pascendo advigilabat. Theophilus vero Alexandrinus interea omnem lapidem movebat, ut illum e sede sua detrudere posset. Epiphanio auctor fuit, ut cum aliis episcopis Constantinopolin se conferret, dum ipse ad idem iter suscipiendum se comparabat. Haud multo post Epiphanius ex insula Cypro Constantinopolin venit, exemplum afferens Synodalis sententiæ, qua libros Origenis damnaverat; et cum ad martyrium seu ecclesiam S. Joannis appulisset (*Socr. l. 6. c. 12*), quæ septem passuum millibus ab urbe distabat, e navi egressus, ibi synaxin celebravit, et ordinato ibidem diacono, in urbem ingressus est. Joannes etsi contra leges ecclesiasticas ita factum esse videbat; id tamen propter viri reverentiam dissimulans, Epiphanium ut in ædibus suis diversaretur invitabat. Ille vero, ut rem Theophilo gratam faceret, aliud sibi domicilium delegit, collectisque omnibus qui tunc Constantinopoli erant episcopis, damnationem librorum Origenis ab se prolatam ipsis ostendit ac legit. Ac nonnulli quidem illorum ob Epiphanii reverentiam huic decreto subscripserunt; multi vero id facere recusarunt: ex quorum numero fuit Theotimus episco-

pus Scythiæ, qui Epiphanio respondit, nolle se virum jam diu pie defunctum contumelia afficere, seque rem impiam facturum putare, si ea condemnaret, quæ majores sui non reprobaverant. Nimirum putabat sanctus vir non unius tantum episcopi esse sic veterum libros proscribere, sed id ad totam Ecclesiam in unum coactam pertinere.

Joannes vero, etsi contra ecclesiasticam regulam hæc ab Epiphanio fieri videbat, hortabatur tamen illum ut in episcopali domo maneret. Verum ille non mansurum se cum illo, neque precaturum dixit, nisi Dioscorum fratresque ejus e civitate pelleret, et ipso condemnationi librorum Origenis manu propria subscriberet. Cum autem Joannes id facere nollet, nihilque temere agendum esse diceret ante generalis Concilii definitionem; Joannis inimici aliud Epiphanio suggererunt. Cum celebranda synaxis esset in ecclesia Apostolorum, Epiphanio ut in medium prodiret suaserunt, et coram universo populo Origenis libros condemnaret, Dioscorum cum suis excommunicaret, et Joannem utpote illis faventem perstringeret. Hæc Joanni nuntiata sunt, qui postridie Epiphanio ecclesiam jam ingresso per Serapionem hæc significari jussit: quod nempe ille multa contra regulas ageret, qui in ecclesiis suis, se inscio, ordinationem fecerit; qui injussu suo in iisdem ecclesiis missarum solemniam celebravit; qui olim invitatus illo venire noluerit, nunc vero id sibi ipse permisit. Cavere autem rogabat ne tumultus excitaret.

S. Epiphanius moritur. — His auditis territus Epiphanius, ab ecclesia discessit, et de Joanne graviter conquestus, Cyprum adnavigavit. Erant qui dicerent Epiphanium, cum navim conscensurus esset, hæc Joanni denuntiasse: Spero te non moriturum esse episcopum; Joannemque vicissim illi respondisse: Spero te non perventurum esse in patriam. An vera narratio sit dubitant Socrates et Sozomenus. Utrique certe hujusmodi exitus contigit: nam neque Epiphanius in Cyprum appulit; post discessum enim mortuus est in navi: Joannes vero postea ex episcopali sede pulsus est, atque in exsilio loco diem clausit extremum.

Addit Sozomenus (*Sozom. l. 8. c. 15*) Ammonium cæterosque Fratres Longos Epiphanium adiisse, ac quævisse ab illo quid causæ esset cur ipsos ut hæreticos haberet; cum respondisset Epiphanius se id auditu accepisse, Ammonium ea in defensionem suam protulisse, quæ ipsum leniorem reddiderint, ac brevi postea Cyprum navigasse, sive quod Constantinopoli tanxæ protectionis ipsum pœniteret, sive quod Deus mortem suam brevi futuram ipsi prænuntiasset. Cum autem navim conscensurus esset, episcopis, qui ipsum ad litus usque prosequuti fuerant, dixisse fertur: Urbem vobis et Palatium et scenam relinquo: atque, ut diximus, antequam Cyprum advenisset, mortuus est.

Endoxia Augusta in Chrysostomum incensa. — Post Epiphanii discessum, contigit ut Joannes pro more suo concionans, contra mulieres multa profunderet

(*Socr. . 6. c. 15*) : et vero sæpe illum vidimus in concionibus mulierum luxum, fastum cæteraque vitia insectantem. Orationem ita vulgus excepit, ac si Augustam ille perstringeret. Tunc ii, qui Chrysostomo infensi erant, rem ad Augustam referunt. Illa apud Imperatorem conquesta, Theophilum urgere cœpit ut quamprimum veniret et Synodum congregaret. Id negotii etiam promovebat Severianus Gabalensis, qui cum Chrysostomo simulate reconciliatus nullam negligebat ipsi nocendi occasionem. Erant alii multi ex Clero erga Joannem male affecti, ut vidimus, qui apud Theophilum iustabant, ut quantocius veniret. Ipse vero tandem profectus est (*Chrysost. ad Innoc. t. 5. c. 530*), et cum iubente Imperatore solus venire debuisset, cum multis tamen aliis episcopis venit, et dixisse fertur: In Comitatum proficiscor, ut Joannem deponam. Quam rem in Lycia quoque repetiit; nam pedestri itinere Chalcedonem venit, Ægyptios autem episcopos Constantinopolin navigare jussit. Chalcedonem autem cum venisset, eo se contulerunt etiam alii episcopi, tum a Theophilo tum ab Imperatore acciti: venire quoque Ægyptii (*Sozom. l. 8. c. 16. Socr. l. 6. c. 15*). Cumque universi simul convenissent, inter se consultabant qua ratione ipsius conatus adversus Joannem ex voto succederet. Erat tunc episcopus Chalcedonis Cyrinus, genere Ægyptius, qui multa contra Joannem debilaterabat, impium illum vocans, arrogantem et inexorabilem, rem gratam faciens aliis episcopis Joannis inimicis. Sed Maruthas Mesopotamiæ episcopus, forte imprudens, pedem Cyrini calcavit. Ille eo vulnere graviter affectus, Constantinopolin cum reliquis episcopis transfretare non potuit; sed ipse mansit Chalcedone, cæteri vero Constantinopolin trajecerunt. Etsi porro ex clericis Constantinopolitanis multi erant Joanni infensi, quod vitia eorum redargueret et emendare satageret; nullus tamen e Clero obviam Theophilo venit, neque honorum consuetum ipsi exhibuit; palam enim Joannis inimicus agnoscebatur: unde fortassis evenit, ut qui paria cum illo sentiebant, non auderent coram populo, erga sanctum presulem optime affecto, concepti adversus illum odii signa dare. Verum nautæ Alexandrini, quorum frumentariæ naves forte aderant, faustis illum acclamationibus excepere.

Theophilus Constantinopolin venit. — Theophilus ergo, qui auro et pretiosis rebus Ægyptiacis et Indicis onustus veniebat, ut amicos sibi pararet, Constantinopolin ingressus est mense circiter Junio. Hortatus est illum Joannes, ut apud se diversaretur cum suis, in domicilium nempe apparatus et necessariis omnibus instructum (*Pallad. p. 64. 65*). Renuit ille, et ne in ecclesiam quidem ingredi voluit; sed in quamdam Imperialem domum divertit (*Chrysost. ad Innoc. t. 3. c. 530. l. 5 et sqq.*), quæ Placidiana appellabatur: imo Joannem numquam videre vel alloqui voluit. Sæpe illum Joannes rogari curavit an quid fecisset ipse, quod illi displiceret, se ad omnia emendanda paratum esse asseverans; sed obnixè supplicanti ne respondere quidem ille dignatus est; quæ sane

ferocem hominem et intractabilem fuisse arguunt.

Interea urgebant Theophili accusatores, qui irruptionem, cædes et alia innumera ipsi objiciebant (*Pallad. p. 12. 15*). Qua re comperta Imperator Arcadius Joannem advocavit (*Chrysost. ad Innoc. t. 3. c. 531*), jussitque illum de causa Theophili judicare, quem ut scelestum multi incusabant. Joannes vero non ad se pertinere dixit de Theophili gestis judicium ferre, sed ad Ægyptiorum præsulum Synodum: non quod ignoraret ille posse Theophilum, etsi præsulum Alexandrinum, a Concilio Orientalium generali in causam vocari et damnari; sed ex Theophili gestis, ex iis nempe quæ præcesserant, ex motibus quos hactenus concitaverat, ex vafritie et calliditate qua vel auro et muneribus, vel aliis artibus multos sibi conciliaverat, prospiciebat Joannes fore ut, si Theophilus in Synodo damnaretur, nunquam ille acquiesceret, sed ingentes turbas concitaturus esset.

Theophilus contra nihil non agebat ut Joannem non modo pelleret, sed et ipsa vita privaret, inquit Palladius (*p. 65*), partim largitione auri et munerum potentiores sibi concilians, partim lautioribus epulis gulæ deditos alliciens, partim blanditiis et spe majoris dignitatis clericos ad suas partes abducens. Cum sciret autem diaconos duos, alterum adulterii, alterum homicidii causa a Joanne ab Ecclesia ejectos fuisse; suasis illis ut libellos adversus Joannem offerrent, pollicitus se illos in pristinum gradum et ministerium restitutum esse. Illi rem libentissime amplexi sunt, libellosque ipsi obtulerunt, quos ipse Theophilus dictaverat, in quibus cætera omnia falsa et supposititia, unum autem tantum verum erat, quod nempe Joannes omnes moneret, ut post communionem, aquam aut pastillum degustarent, ne cum saliva aut pituita e symbolo Sacramenti aliquid præter voluntatem expueretur: quod et ipse faciebat. Quæ res certe nulli culpæ obnoxia videbatur.

Acceptis libellis Theophilus in Egraphiæ adibus colloquium habuit cum Severiano, Antiocho et Acacio cæterisque Joannis inimicis, qui pene omnes ex Joannis monitis juste modesteque datis, adversus illum exulcerati erant. Unus vero ex iis qui aderant, aliis suggestit ut libelli darentur Imperatori, ut ipse Joannem vel invitum ad Synodum se sistere cogeret. Quia vero, ut sæpius experientia compertum fuit, auram omnia prona faciliæque reddit; hac via Theophilus effecerat ut aulici multi pro se starent, atque sic quæ in optatis sibi erant impetravit.

Synodus ad Quercum. — Etsi vero imperatoris consensu et jussu fulti Theophilus et socii (*Chrysost. t. 3. c. 445*), non ausi sunt tamen intra urbem Constantinopolin Synodum cogere, ut ne plebem pastori suo addictissimam commoverent, et adversum se tumultum excitarent; neque tutum sibi fore putabant, si calumnias, quas falsi convincere facile erat, in medio Imperatoriæ urbis proferrent. Theophilus igitur per tres hebdomadas Constantinopoli commoratus (*Sozom. l. 8. c. 17*), cum aliis secum consentientibus episcopis Chalcedonem perrexit indeque ad Quer-

cum, Chalcedonis suburbanum, in ecclesia SS. Apostolorum Petri et Pauli, quam Rufinus construxerat, Synodum collegit, et cum Acacio, Severiano et Antiocho iniquum propositum explevit.

Nihil ibi de Origenis scriptis in medio prolatum fuit, nihil de Fratribus Longis Ammonio et aliis, quæ tamen una hactenus Theophilo fuerant querelarum causa: pax facta cum illis erat. Consceleratis sese adjunxit Cyrinus, Chalcedonis episcopus, quem vidimus ex improviso Maruthæ gressu pedis doloribus laborantem, qui tunc nec morbi dolore præpeditus, in Joannem ceu hostis insurrexit (*Sozom. l. 8. c. 16*). Illud vero, ut carptim dicam, non impune fecit: postea enim cum male haberet, crus ei sæpe a medicis dissectum est. Superveniens enim putredo totum corpus depascebatur; adeo ut alter quoque pes idem pateretur ex mutua doloris communicatione, atque non multo post in doloribus exstinctus est. Ad Theophilum item deficit Paulus Heraclotes, qui non semel a Joanne in negotiis adhibitus fuerat. Quid si dicamus, cum Theophilo patre suo adfuisse Cyrillum juvenem, qui postea Theophilo successit, ac doctrina sanctimoniaque celebris fuit?

Criminationes contra Chrysostomum oblatae. — Hi simul judices, accusatores et testes erant, vel testes falsos advocarant (*Photius Biblioth. cod. lxx*). Tredecim hæc actionibus peracta sunt: duodecim nempe contra Joannem prolatae sunt, tertia decima contra Heracliden erat, quem Ephesiis ille ordinat episcopum: cujus tamen depositionem invalidam reddere, aliis nonnullis prohibentibus, minime potuerunt. Heraclidæ autem accusator fuit Macarius, Magnetum episcopus. Joannis vero Chrysostomi accusator fuit Joannes Diaconus, episcopi sui palam hostis, qui sequentes criminationes in Joannem episcopum attulit.

1°. Quod se e diaconatu amovisset, quia ipse puerum suum domesticum verberaverat.

2°. Quod Joannes quidam Monachus jussu ejus vapulasset, raptatusque, ac eum dæmoniis catena ferrea constrictus fuisset.

3°. Quod cimeliorum (Ecclesiæ) magnam vim vendidisset.

4°. Quod marinora, quæ Nectarius reliquerat ad ornandam sanctæ Anastasiæ ecclesiam, ipse vendiderit.

5°. Quod clericos appellaret viles, corruptos, inutilis, triobolares.

6°. Quod S. Epiphanium delirum appellaverit, et parvum dæmonium.

7°. Quod Severiano insidias struxerit, incitatis adversus illum decanis.

8°. Quod contra clerum librum sycophantiis plenum scripserit.

9°. Quod totius cleri conventu facto, tres diaconos citavit, Acacium, Edaphium et Joannem, et quasi humerale suum furati essent, accusavit, querens utrum ad alium aliquem usum illud cepissent.

10°. Quod Antonium, sepulcrorum violatorem convictum, episcopum ordinaverit.

11°. Quod Joannem comitem in militum seditione prodiderit.

12°. Quod neque in ecclesiam ingrediens, neque exiens, precaretur.

13°. Quod sine altari diaconorum et presbyterorum ordinationes fecerit.

14°. Quod una ordinatione quatuor simul episcopos creavit.

15°. Quod mulieres susciperet, solus cum solis, aliis omnibus foras emissis.

Huc respicere videtur quod ait Chrysostomus in Epistola ad Cyriacum, tomo tertio: *Quia me quoque cum muliere concubuisse criminantur. Exiit corpus meum, et membrorum mortificationem reperietis.*

16°. Quod hæreditatem a Thecla relictam per Theodulum vendiderit.

17°. Quod Ecclesiæ reditus nemo noverit quo abeat.

18°. Quod Serapionem, in crimen vocatum, presbyterum ordinaverit.

19°. Quod eos, qui cum toto orbe communicabant, ipsius sententia inclusos et in carcere defunctos contempserit; ita ut ne corpora quidem ipsorum sepulture mandare dignatus sit.

20°. Quod sanctissimum Acacium injuria affecerit, et ne ad colloquium quidem ipsum admisit.

21°. Quod Porphyrium presbyterum Eutropio, ut in exilium pelleretur, tradiderit.

22°. Quod Venerium item presbyterum cum contumelia multa tradiderit.

23°. Quod illi soli balneum succendatur, et ubi laverit, Serapion aditum claudat, ut alius nemo lavet.

24°. Quod sine testibus multos ordinavit.

25°. Quod solus edat intemperanter, Cycloperum vitam agens.

26°. Quod ipse accuset, sitque testis et judex. Plenumque id esse ex iis, quæ cum Martyrio protodiacono, et Prohæresio, Lyciæ episcopo, gesta referuntur.

27°. Quod Memnonem in ecclesia Apostolorum pugno percusserit, et sanguine ex ore manante, mysteria tamen obtulerit.

28°. Quod in throno exueretur et indueretur, et pastillum ederet.

29°. Quod episcopis ab se ordinatis pecunias largiretur, ut per illos Clerum opprimeret.

Chrysostomus ad Synodum vocatus abnuil. — His oblati accusationum capitibus, Theophilus et ceteri episcopi Synodum constituentes, Joannem citarunt ut ad Synodum compareret (*Photius p. 55 et seqq. Pallad. Dialog.*). Erant tunc cum Joanne quadraginta episcopi, sedentes in triclinio episcopii, stupentes quomodo reus, et propter crimina solus ad Comitatum et Imperialem civitatem venire jussus, cum tot episcopis advenisset: quo pacto principum et magistratum sententias subito commutasset, plerisque de Clero ipsi annuentibus. Verum auro omnia prona

et facilia redduntur. Interea vero Joannes a Synodo ad Quercum citatur et comparere jubetur. Respondet ille : *Si apertos hostes ex judicium ordine submoveritis, præsto sum, meque sistam; ut, si quis me accuset, causam dicam : sin id facere detrectaveritis, quoties citabitur, nihil proficietis.* Illi vero quos excludi volebat erant Theophilus, Severianus, Acacius et Antiochus.

Primo examinarunt caput primum et secundum, quæ Joannem diaconum et Joannem Monachum spectabant. Hinc cœperunt contra Heracliden Ephesi, et Palladium Helenopoleos episcopos inquirere. Joannes vero Monachus, qui in secundo capite supra memoratur, libellum obtulit, accusans Heracliden, quod Origenista esset, et quod Cæsareæ Palæstinæ in furto deprehensus fuisset, Aquilini diaconi vestimenta furatus : *et quamvis talis esset, inquit, Joannes illum Ephesi episcopum ordinavit.* Accusabat præterea Joannem, quod multa mala (*Hæc vitiosa videntur*) Origenistarum causa passus esset, per Serapionem, quodque illum misisset. Horum præmisso examine, inquisitum est deinde in caput nonum accusationum, quod tres diaconos de furto humeralis sui accusavisset; et vigesimum septimum, quod Memnoneum pugno percussisset, etc.

Aliæ in Chrysostomum criminationes. — Postea rursus Isaacius episcopum Heracliden accusavit ut Origenistam, qui a sanctissimo Epiphanio neque in precatationis, neque ad mensæ consortium admissus fuisset. Protulit idem Isaacius libellum contra Chrysostomum, hæc continentem.

1°. De Joanne Monacho jam memorato, quod propter Origenistas vapulasset et ferro victus fuisset.

2°. Quod B. Epiphanium propter hos Origenistas, Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heracliden et Palladium, cum illo nolisset communicare.

3°. Quod hospitalitatem, solus quotidie comedens, despiceret.

4°. Quod in ecclesia dixisset Mensam esse furiarum plenam.

5°. Quod in ecclesia gloriando dixisset *amo et insanio.*

Hic notare videtur initium homiliæ illius singularis antea ineditæ, quam habuit, postquam Eudoxia Imperatrice comitante et pedibus iter agente Reliquias martyrum transtulerat in ecclesiam novem milliariibus Constantinopoli distantem. Sic enim in ecclesia illa homiliam incipit, *Quid dicam, et quia loquar? Exulto et insanio.* (Id sequentem etiam articulum respicit.)

6°. Quod explicare debeat, quæ sint illæ furie, et quid sibi velit illud, *Exulto et insanio* : has enim Ecclesia voces ignorat.

7°. Quod licentiam peccatoribus præberet dicens : *Si iterum peccasti, iterum penitentiam age, et quoties peccaveris, veni ad me : et ego te sanabo.*

8°. Quod in ecclesia blasphemasset dicens, Christum precantera ideo non exauditum fuisse, quod non ut oportebat precatus esset.

9°. Quod ad seditationem populum excitaret, etiam adversus Synodum.

10°. Quod gentiles, qui multa mala Christianis intulerant, suscepisset, et in ecclesia retineret atque defenderet.

11°. Quod alienas invaderet provincias, et ibidem episcopos ordinaret.

12°. Quod episcopos contumelia afficeret, et *ἀπεργάστους* (*Hæc vox vitiosa videtur*) juberet expelli e domo sua.

13°. Quod clericos inusitatis contumeliis afficeret.

14°. Quod aliorum deposita vi raperet.

15°. Quod sine conventu et præter Cleri voluntatem ordinationes faceret.

16°. Quod Origenistas reciperet, communicantes vero cum Ecclesia, etiamsi commendatitias literas afferrent, in carcerem coniectos non eriperet, imo illos in carcere morientes non inviseret.

17°. Quod alienos servos nondum manumissos, imo etiam accusatos, episcopos ordinasset.

18°. Quod ipsum Isaacium male sæpe mulctasset.

Primum vero caput de Joanne Monacho, quod jam antea examinatum fuerat, denuo excutere noluerunt. Sed de secundo quod nempe S. Epiphanium eo quod Origenistis faveret, cum illo communicare nolisset, perquisitum fuit; similiterque de septimo, in quo certe nihil a Christiana disciplina alienum deprehenditur. De tertio postea actum fuit, in quo dicitur Chrysostomum, qui solus quotidie comederet, hospitalitatem despiciere videretur : testesque adhibiti sunt Arsacius presbyter, qui postea Chrysostomo successit : itemque Atticus et Elpidius presbyteri, qui nescio quid inde criminationis eruere potuerunt, quod nempe præsul tam frequentibus corporis ægritudinibus laborans solus comederet. Ipsi quoque cum Acacio presbytero de quarto criminationum capite, quod nempe Joannes in ecclesia dixisset, Mensam esse furiarum plenam, testes fuerunt. Postquam autem hæc excussa fuere, prædicti presbyteri, et cum ipsis etiam Eudamon et Onesimus, sententiam accelerari postularunt,

Hæc acta a Photio allata ut suspecta rejicit Baronius; verum a Tillemontio aliisque viris doctissimis jure exploditur. Acta enim illa res ut vere gesta sunt enuntiant, et cum Palladio in omnibus fere consentiunt : in quibusdam enim etiam Palladii ævo circa res et acta quædam varix erant opiniones, ut in sequentibus videbitur. Actorum etiam a Photio descriptorum veritatem probat accusatio illa quinta, qua dicitur in concione quadam hoc protulisse, *insanio.* Quæ vox habetur initio concionis, quam habuit Eudoxia Augusta præsentem, quam concionem nunc primum edidimus T. XII.

Ex actis ipsis mutuatus Photius episcopos Synodum illam constituentes quadraginta quinque numero fuisse dicit. Verum fides potius habenda Palladio (*Pallad. Dial.*), qui triginta sex tantum fuisse assererat; ita ut major tunc episcoporum numerus cum

Joanne esset : nam quadraginta numero erant congregati ; qui adversus Theophilum septuaginta libellos habebant , *manifesta piacula* continentes (*Pallad. Dialog.*). Dum illi de rebus ecclesiasticis sermonem habent , nuntiatum est adesse qui a Theophilo missi essent , nempe Dioscorum et Paulum , qui nuper e Libya ordinati fuerant . Juvenes jubet ille intrare . Ingressi illi schedulas proferunt , quas voluit Joannes legi . Tunc jubent illi Theophili puerum legere ; hæc autem in schedis ferebantur : *Sancta Synodus ad Quercum congregata . Libellos accepimus adversum te , infinita crimina continentis . Adesto igitur , tecum adducens Scrapionem et Tigrium presbyteros : iis enim opus est .*

Joannes , uti supra diximus , se paratum esse professus fuerat in Synodo ad Quercum comparere , dummodo ex judicium numero tollerentur ii , qui aperte inimici sui erant : nempe Theophilus , Severianus , Antiochus et Acacius . Verum episcopi tunc cum Joanne congregati , tres episcopos miserunt ad Theophilum , nempe Lupicinum , Demetrium et Eulysium , presbyterosque duos , Germanum atque Severum , viros sanctos et fide dignos , qui Theophilo dicerent : *Noli res Ecclesiæ subvertere , nec Ecclesiam scindere , propter quam Deus in carnem descendit . Si autem inordinate Nicænos canones subvertis trecentorum decem et octo episcoporum , et extra limites litem judicæ : jam melius facito , transi ad nos in urbem optimis legibus fundatam , nec more Caini Abelem provocas in campum ; ut nos te prius audiamus . Habemus enim adversum te libellos septuaginta capitum manifesta piacula continentis : et plures sumus , quam tua synodus , Dei gratia congregati , non ad eversionem Ecclesiæ , sed ad pacem curandam . Tu enim tricesimus sextus es ex unica provincia ; nos vero sumus quadraginta e diversis provinciis , inter quos sumus etiam septem metropolitæ . Et consentaneum est , ut minor numerus a majori atque potiori secundum canones judicetur . Habemus enim et epistolam tuam , per quam mones coepiscopum nostrum Joannem , accusationem extra limites non debere admitti . Unde , ecclesiasticis legibus obsequens , accusatores tuos precare , ut vel ab accusando te desistant , vel ne provocent te ut ad Joannem accedas .* Alia quoque his adjecerunt , quæ ab eodem Palladio referuntur .

Ait vero Chrysostomus in Epistola sua ad Innocentium Papam , T. 3. c. 531. l. 22 , Theophilum advocasse archidiaconum Constantinopolitanum , qui hand dubie partibus suis hærebatur ; atque ejus opera Clerum omnem sibi adjunxisse . Jam enim vidimus Clerum Constantinopolitanum , cujus dissolutiores incessebat Chrysostomus , infestum ipsi fuisse .

Joannes vero , postquam Synodus hæc responderat , in prima jam sua responsione , de qua superius , insistens , hæc datis literis respondit , se in quovis loco , etsi id in civitate fieri oportuit , paratum esse ad iudicium subeundum , dummodo manifestos inimicos suos ex conventu suo ejicerent , nempe Theophilum , Acacium , Severianum et Antiochum , quos aperti odii et inimicitia signa dedisse probabat , declarans se etiam

si decies millicies miserint , eadem semper reaponsurum esse .

Illis autem qui mittebantur egressis , venit Notarius habens rescriptum Imperatoris , cui inserta erat supplicatio episcoporum petentium ut Joannes ad iudicium invitus sisteretur , illumque Notarius ad iudicium urgebat : ipse vero eadem ipsa quæ supra Notario respondit . Subinde autem , nec mora , venerunt duo presbyteri Joannis , Eugenius , qui episcopatum Heracleæ in conspiracy mercedem acceperat , et Isaacius Monachus , non melioris notæ homo , ad Synodum illum compellantes , ut objecta crimina dilueret . His respondit Joannes per episcopos in Synodum ad Quercum missos . Proximumque fore videbat , ut in tam damnabili cœtu ipse innoxius licet , causa caderet .

Illi vero episcopi ad Synodum missi , pessime excepti fuere ; alium enim verberibus affecerunt , alterius vestes discerpserunt , alteri catenas ferreas collo circumposuere , quas sancto Joanni paraverant , ut sic conjectus in naviculam in ignotum locum amandaretur , dæmone illos , inquit Palladius , veluti leones efferente . Quidam vero ex iis qui missi fuerant perterriti ad Joannem non reverterunt (*Sozom. l. 8. c. 17*) : Demetrius autem , et quicumque Joannis consortium cunctis rebus anteponebant , ad illum rediere . Eodem die cursor et notarius , ex Palatio venientes Joannem urgebant ut ad episcopos accederet : illos vero hortati sunt , ut iudicium accelerarent . Hæc porro omnia , ut credere est , moliebatur Eudoxia Joanni nostro infensa .

Chrysostomus in Synodo ad Quercum damnatur et deponitur . — Aliis vero instantibus , Paulus Heracleota primus omnes sententiam dicere rogavit . Statutumque fuit Joannem a sede pellendum esse : quam sententiam protulit Gymnasium episcopus , et postremus Theophilus . Omnes autem episcopi numero quadraginta quinque erant , si fides sit actis a Photio allatis . Hæc porro acta rejecit Baronius , qui a doctis viris jure exploditur . Nam acta illa vera esse putant tum alii docti viri , tum sagacissimus Tillemontius . Criminationes porro illas , vel nullas , vel contortas , vel omnino falsas esse putant tum Photius , tum quotquot veri amore tenentur . In damnationis vero sententia nihil aliud ferebatur , quam quod in Synodo comparere noluisset .

Postea mittitur ad Clerum Constantinopolitanum epistola (*Phot. Cod. lxx*) , qua nuntiabatur Joannem a sede dejectum fuisse , idipsumque Imperatori nuntiari : addebatur etiam illum læsæ majestatis reum declarari . Hortabatur autem Imperatorem Synodus , ut juberet illum ejici , et pœnas læsæ majestatis dare . Læsam autem majestatem dicebant quod Imperatricem Jezabelem appellasset : ad hæc oblata libelli sunt a Geruntio , Paulino et Eugnomonio , qui se injuste a Joanne episcopatu pulsos querebantur . Verum qui episcopatu ab eo ejecti fuerant , non nisi post secundum exsilium ejus restituti sunt , teste Palladio . Post hæc autem Theophilus cum Fratribus Longis fa-

cillime reconciliatus est; tanta enim eliminandi Joannis cupidine tenebatur, ut cætera omnia parum curaret.

Arcadius Synodo rescripsit et Joannis depositionem confirmavit (*Phot. l. ix, lx*). Verum quod læsæ majestatis crimen spectat, non attendisse videtur Imperator; sed, inquit Palladius (*Pallad. Dialog.*), Deus cor ejus emollivit, ut cor leonum emolliverat erga Danielelem. Hæc Joannis depositio sub vesperam nuntiata fuerat: quo comperto populus ad gravissimam seditionem excitatus est: totaque nocte excubantes, eum ab ecclesia adduci non passi sunt, sed causam ejus in majore concilio dijudicandam esse clamabant. Et cum urgerent ii, quibus id ab Imperatore mandatum fuerat, ut eum in exsilium abducerent, illi reluctabantur.

Chrysostomus in exsilium ducitur. — Neque jussui Imperatoris sibi statim acquiescendum putavit Chrysostomus (*Chrysost. t. 3. c. 431*); nonnisi enim post biduum se iis tradidit, qui se in exsilium deportare curabant. Excubanti autem et se tueri conanti populo orationem habuit, in qua mirum quantum animi firmitatem exhibeat, nec mortem se metuere dicit: populumque hortatur ad patientiam in adversis: hostesque suos mordet acriter. *Non enim, inquit, propter divitias mundi insidias patior: quod si esset, utique contristari deberem: nec propter aliquod peccatum, sed propter caritatem, quam erga vos habeo: quia omnia ago ut vos proficiatis, et ne quis subintroeat ad conturbandum gregem bene institutum, sed ut permaneat in simplicitate fidei. Hæc est causa periculorum meorum, et hæc sufficiunt mihi ad coronam.* Tandem Joannes videns Imperatorem, se in exsilium abduci jubentem, in proposito persistere, tertio post damnationem die circa meridiem ultro se ipse tradidit, inscia populi multitudine: cavebat enim ne ipsius causa tumultus excitaretur. Sic ab Ecclesia expulsus Joannes, ductus est a Comite cum militari manu ad navale in ostio Ponti situm, quod Hieron vocabant; hinc vero ad campos Prænети Bithyniæ adductus est, quod erat e regione Nicomediæ.

Ita pulsus Joannes gratias agebat Deo, illa Jobi verba repetens (*Chrys. t. 3. c. 439. 441*): *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Quem in locum adductus esset ignorabant vel sacerdotes illi invidia excæcati, qui ipsi insidias struxerant: quod curante Theophilo factum esse verisimile est. Theophilus vero, qui Synodum suam Constantinopoli celebrare ausus non est, postquam Joannes pulsus fuerat (*Ibidem*), in urbem intravit atque in ecclesiam venit cum asseclis suis. Si fides sit Georgio Alexandrino, barbarorum ille more cum satellitibus suis intravit. Quia vero minæ sæpius intentæ non poterant populum sedare, pulsus Joannis mœrorem non ferentem, violata fuit reverentia ecclesiis debita. Cum enim Imperatores in hæc sancta pæcis loca, nonnisi positus armis ac diademate ingredi solerent; tunc in ecclesias ingressi sunt inimicorum instar, armati telis

et clavas gestantes, populumque ex ecclesiis depulerunt, qui patientia et precibus tantum illorum furorem compescere studebant, et tamen baptisterium sanguine illi compleverunt.

Cum sic abduceretur Joannes, ubi rem cognovi populus, tumultuari cœpit, et Imperatorem totamque Synodum, præcipueque Theophilum et Severianum, maledictis appetiit (*Socr. l. 6. c. 17. Sozom. l. 8. c. 18*). Ambo enim insidiarum in sanctum præsuleni auctores esse ferebantur. Severianus vero cum in ecclesia per id tempus sermonem haberet, sententiam, qua Joannes depositus fuerat, laudavit, ut contra hominem arrogantem latam, etiamsi non aliud crimen objici posset. Cætera enim delicta, inquebat, Deus hominibus remittit, superbis autem resistit. Ea vero de causa populus indignatus in majoremque iram concitatus est. Neque ulterius a seditione revocari poterat, sed et in ecclesiis ipsis et in foro tumultuabatur. Ingens vero populi turba ad Palatium perrexit et Imperatorem deprecata est ut sibi pastorem suum restitueret.

Ex terræ motu Chrysostomus revocatur. — Inter hæc autem Palatii cubiculum concussum est, et terræ motus magnus urbem quassavit (*Pallad. Dial. Theodoret. l. 5. c. 34*). Quo factum ut perterrita Eudoxia, Imperatore etiam annuente, populo conclamante, de revocando Joanne statutum fuerit. Eadem ipsa nocte Eudoxia litteras ad Joannem misit, quarum exordium ille refert (*Chrys. t. 3. c. 445. l. 40*): *Ne arbitretur sanctitas tua, inquit, me illa novisse quæ gesta sunt: innocens ego sum a sanguine tuo. Improbi et perditii homines hanc struxere machinam. Mearum lacrymarum testis est Deus, cui sacra facio.* Pergit vero Chrysostomus: *Quam libationem effudit? lacrymæ ejus libatio erant. Cui sacra facio. Sacerdos illa nempe, per seipsam ordinata, quæ Deo offerebat lacrymas, confessionem et penitentiam, non pro sacerdote, sed pro Ecclesia, pro populo disperso. Memor certe erat et filiorum et baptismatis.* Recordor per manus tuas filios meos fuisse baptizatos. *Hæc Imperatrix.* Hinc illa Imperatore adiiit, ejusque genua tangebatur cum lacrymis obsecrans, ut sacerdotem revocaret: *Nulla nobis, inquebat, spes Imperii superest, nisi ipsum reducamus.* Illam vero vocat Chrysostomus matrem Ecclesiarum, altricem monachorum, sanctorum patronam, pauperum baculum. Hæc porro laudes Tillemontius, a Georgio Alexandrino deceptus, quasi ab Eudoxia dictas in Joannis honorem, ipsi Joanni tribuit, non animadvertens ad Joannem non quadrare illud, *Matrem Ecclesiarum* (*Chrys. t. 3. c. 446. l. 15*).

Theophilus vero, qui, teste Palladio (*Pallad. Dial.*), diaconos duos, quorum alter homicidii, alter adultærii causa depositi fuerant, in pristinum gradum restituerat, jam teste Georgio Alexandrino in locum Joannis ab se improbe depositi, alium episcopum destinaverat et nominaverat, et rescriptum ea de re habebat penes se, cui subscripserunt plurimi Constantinopolitani episcopi. At non permisit Deus, improbum hujusmodi rescriptum in lucem prodire.

Rogante itaque Eudoxia, Imperator legatos misit qui Joannem reducerent, et civitatem periculo liberarent (*Socr. l. 6. c. 16. Sozom. l. 8. c. 18*). Post hos secundi missi sunt, et post secundos tertii, ita ut Bosphorus legatorum multitudine operiretur. Sic Theodoretus (*l. 5. c. 54*). Verum Socrates et Sozomenus hæctantum dicunt: Imperator eum celerrime revocari jussit. Missus igitur Briso Augustæ eunuchus, offendit eum Præneti, quod emporium est ex adverso Nicomediæ situm, et Constantinopolin redire jubet. Id cum novisset populus, ut obviam illi procederet, ostium Propontidis navigiis obtexit. Sic innumeri in occursum ejus venerunt, cereas faces præferentes. Ita redux Joannes, statim negabat se in urbem ingressurum esse, nisi prius in majore judicum consensu innocens declararetur: in suburbano, quod Marianæ dicitur (Sozomenus Anaplum vocat), substitit, ibique mansit. Cum autem moras neceretur, neque ingredi vellet, plebs in indignationem prorupit, statimque in ipsos Imperatores maledicta congressit. Ideoque Chrysostomus in urbem ingredi coactus est, obviam illi venit multitudo vulgi, et cum summa reverentia in ecclesiam deducit, orans ut pro more suo in episcopali cathedra sedeat, et pacem populo apprecetur. Cum recusaret ille ac diceret, id judicum decreto fieri opus esse, et oportere ut iis quibus condemnatus fuerat, ipsum absolverent: tunc populus magis magisque concitatus ipsum concionantem videre omnino voluit, et Joannes ipsi morem gerere coactus est.

Redux Chrysostomus orationes duas habet.—In ecclesia autem Apostolorum, in quam tunc ingressus est, concionem extemporalem et brevissimam habuit ad populum, ubi Deo multoties benedixit, et hanc vocem, *Benedictus Deus*, frequenter pronuntiavit (*Chrysost. l. c. 459*): dicitque inimicos suos amatores sibi multos conciliavisse etiamque Judæos, quod et infra repetit. Ac de tanta multitudine gaudens, lætitia per-fusus dicit: *Hodie circenses sunt, et nemo adest, sed omnes in ecclesiam ceu torrentes confluerunt*. Se in ecclesia SS. Apostolorum concionari testificatur, ubi erant S. Timothei reliquæ. In fine vero lupos aufugisse dicit, quo subindicare videtur ipsum Theophilum jam ex civitate egressum esse: quæ tamen res difficultate non vacat. Insequente die aliam habuit concionem longiorem: in qua primo Pharaonem Ægyptium comparat cum alio Ægyptio, qui laud dubie est Theophilus, episcopus Alexandrinus, dicitque in hac Ecclesiæ calamitate hæreticos ad fidem conversos fuisse. Judæos meliores evasisse, atque ad Christianos accurrisse; in hujusmodi autem calamitate baptisterium sanguine repletum fuisse. Laudat populum a fide et constantia. Deindeque convertitur in laudes Eudoxiæ Augustæ, cujus epistolæ ad se missæ partem adfert, illamque encomiis celebrat. Dicit autem hic, ut supra, inimicos in fugam versos esse. Alteram post reditum suum homiliam habuit longiorem, quæ de Chananiæ inscribitur, de qua videndum Monitum nostrum T. 5, c. 447.

Aiunt Socrates (*Socr. l. 6. c. 17*) et Sozomenus (*Sozom.*

l. 8. c. 19), postquam Joannes in sedem suam restitutus fuerat Theophilum Heraclidis causam et ordinationem inquirere voluisse, ut inde occasionem arriperet ad Joannem damnandum. Heraclides vero non aderat, tamenque de illo absente judicabatur, quasi quosdam injuste damnasset, et catenis vinctos per mediam Ephesiorum urbem traduxisset. Cumque Joannes et qui cum illo aderant dicerent de absentibus judicium ferri non debere, Alexandrini contra contendebant, admittendos esse accusatores Heraclidis, licet eum absentem accusarent. Gravis inde seditio inter Constantinopolitanos et Alexandrinos orta est: commissaque pugna, multi vulnerati, quidam etiam interempti sunt. Hæc cum videret Theophilus, illico Alexandriam aufugit. Idem alii quoque fecerunt episcopi, præter paucos qui Joannis partes tuebantur: cunctique arrepta fuga ad suas sedes reverterunt.

Hæc, postquam Joannes in sedem suam restitutus fuerat, gesta fuisse referunt Socrates et Sozomenus, qui postremus illum jam restitutum fuisse antequam hæc agerentur aperte dicit. Socrates vero id ipsum prorsus insinuat. Nam postquam Joannem jam in sedem suam reductum fuisse narraverat, caput decimum septimum orditur, ubi hæc recensentur, ut causam certaminis inter Constantinopolitanos et Alexandrinos et fugam Theophili referat. Si autem hæc ita gesta sint, dicendum esse videtur Theophilum paucis diebus post restitutum Joannem aufugisse, et ideo tantillum mansisse Constantinopoli, quia cum Joannes revocatus fuisset, non contradixerat quidem ille; sed cum Heraclidis causam in medium protulisset, quoniam hic a Joanne ordinatus fuerat, in suspicionem venisse, quod rursus Joannis causam disquirere vellet, ut illum tandem a sede Constantinopolitana deturbaret. Verum tamen est Chrysostomum in epistola ad Innocentium dicere se (*T. 5. col. 532. l. 58*) postquam in sedem suam restitutus est, ab Imperatore postulasse, ut Synodum coegeret, ubi de sua causa judicaretur: et cum ad illam cogendam Imperatoris literæ in omnia loca mitterentur, Theophilum male sibi conscium, media nocte, conscensa navi cum suis aufugisse. Unde consequi videtur, Theophilum post reditum Joannis aliquot diebus Constantinopoli mansisse, donec videlicet rogante Joanne Imperator literas ubique misit ad Synodum cogendam. Cum ergo in concionibus, quas in die reditus et postreditus habuit, dicat inimicos suos aufugisse, sic intelligendus videtur.

Postquam episcopi illi, qui Synodum in Quercu constituerant, cum gloria reducem videntes Chrysostomum, discesserant; Theophilus, qui Constantinopoli tunc erat, quiescebat, nec contra illum quidpiam proferre ultra audebat: hæc certe potuit generatim dicere Chrysostomus. Alioquin vero hæc Alexandrinorum cum Constantinopolitanis contentio et pugna non videtur posse ante Chrysostomi reditum accidisse. Severianus quoque Gabalorum aliique omnes Joannis inimici fugam fecerunt. Addit vero Palladius (*Pallad. Dial. Constantinopolitanos Theophilum quæsisivisse, ut illum in mare demergerent*).

Post Theophili fugam non cessavit Chrysostomus (T. 3. c. 532. n. 3) Imperatorem precari, ut Synodus iterum cogeret ad causam suam retractandam, utque Theophilus adesset rogabat. Misit Imperator, qui Theophilum redire juberent cum consortibus suis omnibus, ut gestorum suorum rationem redderent. Ille vero Imperatoris jussui non obtemperavit, prætexens populi seditionem, qui Chrysostomo studebat. Neque tamen cessavit Chrysostomus ab Imperatore postulare ut Synodus cogeret, in qua ipse causam suam propugnaret. Supererant adhuc Constantinopoli aliquot episcopi Syri, qui cum Theophilo in Synodo ad Quercum contra Joannem sententiam dixerant: hos etiam Synodo tunc cogendæ interesse rogabat Joannes. Narrat vero Sozomenus (*Sozom. l. 8. c. 19*), post regressum Chrysostomi sexaginta circiter episcopi, qui Constantinopoli convenerant, acta Synodi in Quercu nulla esse declaravisse, et tunc Chrysostomum episcopalia munia resumpsisse. Reclamant vero nuperi scriptores hac ducti ratione. Si hoc ita gestum fuisset, hoc certe dixisset Chrysostomus Innocentio Papæ, quæ gesta fuerant referens. Verum Sozomenus non dicit hos episcopos Synodum celebravisse; sed solum declarasse Chrysostomum injuste depositum fuisse; et tam multa Joannes tacet, ut nesciam an ejus silentio aliquid contra Sozomeni narrationem inferri possit.

Non diuturna Joannes tranquillitate frui potuit. Post duos namque exactos a reditu menses, inquit Palladius p. 75, rerum mutatio cœpta est: Joannis enim inimici nihil non movebant ut pristina acta repeterent. Arcadius vero Imperator mitis facilisque erat, sed ex ingenii levitate ad sententiam mutandam pronus. Eudoxia vero Augusta illum, ut putatur, ut contra Joannem denuo sæviret concitavit. Neque refert Palladius, qua de causa illa Joannem denuo impetierit, atque ut cum deturbaret omnes machinas moverit: verum Socrates et Sozomenus hanc denuo pulsus Joannis occasionem proferunt.

Chrysostomi dicendi libertas Eudoxiam denuo exasperat.—Argentæ statua Eudoxiæ Augustæ, muliebris stola amictæ, supra basim et columnam erecta fuerat, proxime ecclesiam S. Sophiæ; ita ut inter utramque media dumtaxat plateæ via interjecta esset (*Socr. l. 6. c. 18. Sozom. l. 8. c. 20*). Ante illam statuam pro recepto more populares Iudi celebrati sunt. Sæpe vidimus Chrysostomum contra hujusmodi spectacula declamantem, quia nempe in hujusmodi ludicris rebus semper quædam admittebantur, quæ Christianorum moribus et veræ pietati adversarentur. Quapropter Chrysostomus, cum hæc ante valvas ecclesiæ facta cerneret, pristinam loquendi libertatem resumens, contra eos qui ejusmodi ludos curabant, vel illis intererant, cum vehementia solita concionatus est. Hanc ut contumeliam a Joanne sibi illatam fuisse putans Eudoxia, in iram concitata, rursus episcoporum Synodum adversus illum congregari curavit.

Hic porro Socrates se Joannis gesta improbare non dissimulat. Debuisset enim, inquit, prius blanda hor-

tatione Principibus suadere, ut ab hujusmodi ludicris abstinerent, neque probris impetere eos, qui ista fieri præceperant. Verum quis scit an Augustam non prius monuerit sanctus antistes? Certe, referente Theophane, Chrysostomus Præfectum urbis, ludis hujusmodi præpositum, hac de re monuit. Ille vero, qui Manichæus erat, Eudoxiam adiit nuntiatum illi non posse Joannem ferre, ut statuæ suæ honor exhiberetur, quæ magis animum ejus exasperaret.

Eudoxia igitur id in contumeliam suam dictum reputans, rursus Joannis perniciem machinata est, et Synodum episcoporum adversus illum congregari curavit. Id ubi rescivit Joannes, si fides sit Socrati et Sozomeno, illam homiliam habuit, quæ sic incipit: *Rursum Herodias furit*. Homiliam vero his verbis incipientem in octavo Tomo inter spurias edidimus c. 485. Putat autem Savilius Græcolum quempiam ineptum et indoctum, cum apud Socratem et Sozomenum hoc concionis principium vidisset, hanc concionem ineptissimam præmisso hujusmodi principio edidisse. At cum hujusmodi opusculi auctor antiquissimus sit (nam ab Anastasio Sinaita citatur), libentius crederem hoc opusculum a Græculo quodam, antequam Socrates et Sozomenus scriberent, adornatum fuisse. Non pauca enim habemus opuscula, etiam Chrysostomi ætate edita, ejus nomine publicata.

Ut ut res est, Joannis inimici, rem sibi ex voto cedere videntes, ad Theophilum Alexandriam mittunt, hortantes ut Constantinopolin veniret, aut, si plebem reformidaret, rei gerendæ modum sibi præscriberet. Theophilus vero memor haud ita pridem transacti periculi, denuo istuc iter suscipere non ausus est; sed misit tres episcopos, Paulum, Pœmenem et alium recens ordinatum; misit etiam quosdam canones, quos adversus beatum Athanasium Ariani fecerant, ut iis uterentur adversus Joannem. Ii autem canones in Antiocheno concilio anni 341 publicati fuerant. In iis vero statuebatur, ut si quis episcopus a concilio quodam depositus vel ex se, vel ex imperiali auctoritate sedem suam repeteret, in perpetuum jam depositus maneret, nec posset unquam ad causam dicendam admitti. Nec Theophilum pœdixit Ariatorum canones, ad pellendum sanctum Athanasium conflatos, ad beatum Joannem e sede rejiciendum adhibere.

Joannes vero ad synodum se venturum et causam dicturum esse pollicitus fuerat: dummodo ii, qui aperte inimici sibi erant, ex judicium sedibus removerentur: non auditus tamen damnatus fuerat. Tale vero synodi genus hoc nomine appellandum non esse conspicuum est. Nec nisi imperatoris jussu a sede pulsus, ejusdemque jussu in sedem reversus fuerat. Ab episcopis congregatis, majore numero quam ii, qui Synodum ad Quercum constituebant, causam suam propugnata fuisse dicebat. Eodemque tempore Theophilus, qui in hac Pseudosynodo præcipuus juxta sedebat, in causam vocatus fuerat, ut septuaginta criminationum capita depelleret, et falsa esse comprobaret, ita ut omnia contra jus fasque in ea ad

Quercum Synodo acta essent, si tamen Synodi nomen mereretur. Cum vero Natalis dies Domini advenisset (*Socr. l. 6. c. 18*), Imperator ad ecclesiam, uti consueverat, non accessit, sed Joanni mandavit se non prius cum illo communicaturum esse, quam illata sibi crimina diluisset.

Synodus adversus Chrysostomum denuo cogitur. — Multi porro episcopi venire. Ex Syria vero, Cappadocia, Ponto et Phrygia universi metropolitani et episcopi congregati sunt, exque aliis vicinis regionibus (*Pallad. Dialog.*). Inter illos autem isti memorantur, Acacius Beroëæ, Leontius Ancyrae, Ammonius Laodiceæ in Syria, quæ Ajusta nominabatur, Briso Philippopolis in Thracia, Theodorus Tyanæ, Cyrinus Chalcedonis, Elpidius Laodiceæ in Syria, Tranquillus et alii quamplurimi. Dum hæc agerentur, Joannes adjunctis quadraginta duobus episcopis conventus agebat, et populis magna cum animi alacritate ejus doctrina fruebatur. Solet enim vanæ gloriæ expertus animus in calamitatibus jucundiorum et potentiorum sermonem effundere. Inter eos qui Joanni favebant, erant Elpidius, Tranquillus, Alexander Basilinopolcos in Bithynia, Theodorus Tyanæ, vir probus: qui cum ex iis, quæ tunc in colloquiis ferebantur, Theophili conspirationem intellexisset, relictis omnibus insalutatis, Ecclesiam suam repetiit, longum valedicens Comitatu sive aulae Imperatoricæ, suamque provinciam, inquit Palladius *Dialog.*, ad linem usque in fide Romanorum perseverantem conservavit.

Episcopi autem omnes cum venissent (*Anno 404*), ejuscumque partis essent, cum Joanne communicare, ne eadem ipsa, quæ prius, acciderent. Quod cum ad aures Imperatoris et Augustæ venisset, ægre tulerunt illi eam cum Joanne communionem. Cum porro Joannes in Synodum venisset, adfuere accusatores ejus: qui cum egregiam ejus animi fiduciam viderent, animo cadebant, ita ut vix loqui auderent. Id animadvertentes episcopi reliqui (*Socr. l. 6. c. 18*), cæteras quidem criminationes mittendas esse duxerunt, de hoc autem uno quæstionem habendam esse deelaraverunt, quod post depositionem absque Synodi auctoritate, suo ipsius arbitrio episcopalem sedem invasisset. Leontius vero Ancyranus et Ammonius Laodicensis Theophili opinionem sequentes, hanc solam quæstionem movendam esse dixerunt (*Pallad. Dial. Socr. l. 6. c. 18*). Respondit vero Joannes, quinque et sexaginta episcopos qui cum ipso communicaverant, hoc decrevisse, ut scilicet sedem suam repeteret. Leontius contra, hoc mendacium impudenter protulit: *Plures, inquit, fuere, o Joannes, qui te in Synodo condemnaverunt.* Id quod ne alii quidem, qui in Synodo ad Quercum fuerant, dicere ausi fuissent. Ad hæc vero dicebat Joannes canonem illum, quo ipsi nitebantur, non Ecclesiæ Catholicæ, sed Arianorum esse: episcopus enim Antiochiæ congregatos ad evertendam Consubstantialis fidem, cum odio flagrantem adversus Athanasium, hunc canonem emisisset.

Synodus Chrysostomum a sede pellendum esse pro-

nuntiat. — Acacius, Antiochus, Cyrinus, Severianus cum Ammonio et Leontio Imperatorem adierunt, dixeruntque evocandos esse ex parte Joannis decem episcopos, ad conciliandam canonibus auctoritatem (*Pallad. in Dialogo*). Ingressi autem Elpidius et Tranquillus suadebant Imperatori, non oportere indicta causa ejici Joannem. Cum autem Joannis adversarii altercarentur, Elpidius Imperatori proposuit, ut Acacius et Antiochus subscriberent se ejusdem esse fidei atque eos qui canones ediderunt, quos illi orthodoxis proponebant. Imperator vero subridens dixit Antiocho: Nihil mihi utilius videtur. Illi vero ceu vertigine capti, se subscripturos dixere, neque tamen postea subscripsere. Interimque Joannes cum quadraginta duobus episcopis frequenter conveniebat et colloquia miscebat, populoque suo sanam doctrinam prædicare non desistebat. Quid autem illa Pseudosynodus contra Chrysostomum pronuntiavit, non convenit inter scriptores: certumque tamen videtur ipsos hanc protulisse sententiam, a sede pellendum esse cum, qui a Synodo damnatus et depositus, sedem suam repetierat.

Deinde vero Antiochus Imperatori suavit ut, cum jam Pascha immineret, juberet Imperator Joannem ex Ecclesia egredi (*Pull. p. 81*). Illi morem gerens Arcadius, Joanni mandavit ut Ecclesia excederet. Respondit Joannes, se a Deo Ecclesiam accepisse et ab illo solo ejici posse. Ait porro Socrates (*l. 6. c. 18*) Joannem obsequutum esse mandato Imperatoris. Contra vero Palladius narrat sabbato sancto cum ipsi mandatum ab imperatore missum fuisset, Joannem eadem quæ antea respondisse (*Pallad. Dialog.*).

Instabant semper Acacius et Antiochus, et deponi Joannem ejicique postulabant. Cumque Imperator hæreret ac vereretur, tum diei sanctitatem, tum ne motus populi excitaretur, dixere Acacius et Antiochus: In caput nostrum sit Joannis depositio. Tum quadraginta illi episcopi, qui cum Joanne consentiebant, imperatorem et Augustam adierunt, qui tum martyria seu ecclesias martyrum invisabant, obnixique precati sunt, ut Ecclesiam Dei in pace relinquere, maximeque propter Pascha et propter eos qui regenerandi erant. Ac cum nihil impetrare possent, Paulus, episcopus Cratiæ, clamavit: Eudoxia, Deum time, tuorum liberorum miserere: neque violes sanctam Christi solemnitatem sanguinis effusione. Tum illi quadraginta episcopi mæsti ad diversoria se receperunt.

Milites ecclesiam invadunt. — Primpilares vero Chrysostomi hostes illum detrudere cogitantes (*Chrysost. t. 3. c. 532. n. 3*), cum Imperatoris copias ad manum haberent, collectam militum turmam miserunt. In ipso sabbato sancto ad vesperam in ecclesias ingressi milites, Clerum omnem qui cum Joanne erat ejecerunt, et armis sanctuarium undique obsederunt. Mulieres quoque sacrarum ædium, quæ se exuerant ut baptizarentur, metu perterritæ, nudæ aufugerunt; neque enim concedebatur illis ut se velarent, sicut

mulieres honestas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus eiciebantur, et sanguine implebantur piscine, cruoreque sacri latices rubescebant. Neque hic rerum finis fuit: in locum etiam in quo sancta condita servabantur ingressi sunt milites quorum aliquot nullis initiati erant mysteriis, videruntque tamen omnia quæ intus servabantur: quin et sanctissimus Christi sanguis ut in tali tumultu accidere poterat, in militum vestes effusus est. Tunc omnia ceu in barbarica irruptione patrata vidisses: vulgus in solitudinem fugabatur; multitudo omnis extra civitatem versabatur; erantque ecclesiæ in tanta festivitate omnino vacuæ. Episcopi plus quadraginta, qui Joannis consortio fruebantur, cum Clero et populo sine causa in fugam versi sunt. Horrendis hujusmodi flagitiis omnia mixta turbataque erant: ubique per fora, per domos, per solitudines, per omnes civitatis partes, omnia lamentis, ejulatibus, et fontibus lacrymarum plena; ut non modo qui in ærumnis versabantur, sed et qui nihil tale patiebantur; non Catholicis modo, sed etiam hæretici, Judæi, idololatræ cum Catholicis dolerent: et quasi expugnata ab hostibus civitate, tumultu, trepidatione et planctu plena erant omnia.

Addit vero Chrysostomus talia ausos esse inimicos præter sententiam piissimi Imperatoris. Nimirum bonus ac mitis Arcadius, qui ab adversariis Chrysostomi deceptus, pellendum illum esse censuerat, non putabat eousque processuros esse consceleratos. Id nocte multa, inquit Joannes, factum est, episcopis hæc instrumentibus, et multis in locis ordines ducentibus, nec erubescens, quod pro diaconis campiductores haberent præeuntes.

Alia violenter acta.—Hæc Chrysostomus, ubi adversus ipsum dicere primo hæc in vespera sabbati sancti cæpta, et quædam multa nocte facta, in ecclesiis autem quibusdam hæc patrata fuisse dicit. Cum porro ex ecclesiis ita pulsati fuissent Joannis presbyteri, in publico lavacro, quod Constantianas thermas vocabant convocatis populis vigilias agebant, alii Scripturas divinas legentes, alii catechumenos baptizantes, ut moris erat in Paschate (*Pallad. Dialog. Socr. l. 16. c. 18. Sozom. l. 8. c. 21*). Tunc Antiochus, Severianus et Acacius Patronos rogant, ut populi a tali conventu arcerentur. Magister autem, vir probus, abnuebat et tanta noctu inferre mala populo nolebat. Tum Acacius timere se dixit, ne si Imperator in ecclesiam veniens illam vacuum inveniret, tunc populi erga Joannem benevolentiam intelligeret, neve se ut invidos haberet. Urgentibus illis, Lucium ille quemdam ethnicum jussit cum Scutariorum manu illo se conferre. Lucius vero cum populum inde excedere nolle vidisset, reversus est. Tunc Acacius et socii ipsum deprecati sunt, promissis etiam additis, ut populum vi pelleret et ad ecclesiam adduceret. Tunc ille assumptis secum Acacii clericis secunda vigilia noctis illo se confert, et cum militibus strictis gladiis, in multitudinem irrumpit, penetrat usque ad sanctas aquas, ut prohiberet eos qui initiabantur Sacramentis Dominicæ Resurrectionis: et diaconum truculenter invadens symbola effudit

presbyteros vero grandævos sustibus in capite feriens, sacrum fontem cruore conspersit. Tunc rem stupendam videre erat. Nudæ enim mulieres cum viris suis, metu mortis et ex verecundia turpi se fugæ dabant: quidam manu vulnerati abibant plorantes. Ex militibus vero nonnulli virgines trahere conscissis sacris vestibus: omnes autem sacra vasa deprædare, sibi rapere. Presbyteri et diaconi in carcerem trudebantur. In populo qui honoratiores erant, ex magna illa urbe pulsati sunt. Edicta confertim publicabantur, cum minis intentatis in eos, qui a Joannis communione non recederent.

Illæ vero omnia moliebantur Acacius et consecelerati, ut ex iis locis ejectus populus in ecclesiam se conferret, in qua ipsi pulso Joanne celebraturi erant. Verum ecclesiæ pene omnes vacuæ manserunt: paucissimi enim erant, qui a Joannis communione recederent.

Clerus et populus in agro collectus invaditur.—Ubi vero illuxit Paschatis dies, omnis civitas extra muros in locum nomine Pempton demigravit: ibique populi festivitatem celebrare quasi oves dispersæ (*Pallad. Dialog.*). Imperator autem egressus est, ut sese exerceret in vicino campo, viditque agrum non consitum, tamenque candentem, quia nempe ii omnes qui nuper baptizati fuerant, candidis vestibus induti erant. At porro Sozomenus locum illum fuisse quem Constantius ad ludos circenses complanaverat, et asserribus circumseperat. Erant autem illi candidis induti vestibus ter mille circiter numero. Stupefactus Arcadius interrogabat quisnam ille cœtus esset. Illi vero, a consecleratis Joannis inimicis instituti, responderunt hæreticorum cœtum esse. Nec mora illi sæviores ex satellitibus mittunt a tergo, qui auditores dissipent et doctores comprehendant. Tum clerici capti sunt, et cum illis laici quidam: comprehensæ sunt etiam virorum uobilium conjuges, quarum aliis rapti mafortes sunt, aliis inaura cum extrema auri particula. Hæc cum videret Elcutheri cujusdam uxor opulentissima, relicto maforte, et veste ancillari assumpta, cursu civitatem petiit, ut pudicitiam servaret; erat enim decora facie et eleganti forma. Sic carceres impleti sunt non reis et scelestis, sed confessoribus: atque sic in ecclesias mutati sunt. Et quod mirum videatur, dum hymni et oblationes in carceribus peragebantur, flagra, cruciatus et horribilia juramenta in ecclesiis erga multos adhibebantur, ut Joannem anathemate damnare coegerentur. Ex illo autem tempore variis in locis modo istis, modo illic conveniebant; et quia Joanni semper addicti erant, Joannitæ appellati sunt (*Socr. lib. 6. c. 19. Sozom. l. 8. c. 21*).

Jo. Chrysostomus ad Innocentium Papam scribit.—Hoc in statu res erant, cum epistolam primam Chrysostonus scripsit ad Innocentium Papam, antequam ipse in secundum exilium pergeret, a quo nunquam rediit. Quam temporis notam hinc mutuamur, quod Chrysostomus postquam omnia recensuit, quæ ab adventu Theophili Constantinopolin gesta sunt, postquam de Synodo ubi ipse depositus fuerat egit, et se destitutum restitutumque fuisse commemoravit; deinde

que iterum exagitatum et accusatum, atque ex Ecclesia pulsum; postquam violentam irruptionem in ecclesiam et in baptisterium factam enarravit: gradum sistit, neque ea quæ postea gesta sunt, et quidem atrocissima, commemorat. Hic autem plurimos episcopos alloquitur, dicitque Palladius in Dial., hanc ipsam epistolam scriptam fuisse Venerio Mediolanensi, et Chromatio Aquileiensi episcopis. Addit autem Chrysostomus, malum hoc pervasisse in Orientem: clericos enim in episcopos insurgere, episcopos ab episcopis, populos a populis scissos esse, instareque periculum, ne dissensio manet in dies latius. Rogatque illos sibi subveniant et opulentur. Si vero instent adversarii crimina sibi objicientes, paratum se esse ad causam coram incorruptis iudicibus dicendam, quis significat se id optare, ut in concilio legitime congregato, hæc causa tractetur et definiatur.

Huic epistolæ addita est altera (*Pallad. Dial.*) episcoporum quadraginta, qui cum Joanne communicabant; tertia quoque Cleri Constantinopolitani, qui pro Joanne stabat. Has vero literas in Italiam deferendas suscipere religiosissimi episcopi, Demetrius, Pansophius, Pappus et Eugenius, qui relictis Ecclesiis suis, pelago se commiserunt, et cum illis Paulus et Cyriacus diaconi (*Pall. Dial.*). Antequam vero hæc epistola ad Innocentium pervenisset, acceperat ille epistolam Theophili Alexandrini, quæ ita concepta erat, ut in ea Pontifex temeritatis et superbix notam deprehenderet; quod solus scripsisset nec claram ejus rei notitiam misisset, nec diceret aut cur, aut quibus assumptis sociis Joannem deposuisset. Cum porro dubius animi esset, nec ob rei gestæ levitatem, inquit Palladius, rescribere vellet, Eusebius quidam Constantinopolitanus diaconus, qui tunc Romæ erat ecclesiasticarum rerum causa, Innocentium adiit, et supplices libellos dedit, adjurans cum ut modicum temporis exspectaret, et conspirationem patefactam videret: ac post triduum advenerunt episcopi supra memoratas literas afferentes.

Secundum hæc Innocentius Papa utrique parti (*Pall. Dialog.*), Joanni simul et Theophilo, literas misit, utriusque communionem se admittere quidem dicens, ne Ecclesiam scinderet, iudicium tamen a Theophilo latum improbens, addebatque aliam cogi Synodum oportere Occidentalium et Orientalium, æqui amantem, quæ nulli partium addicta esset. His adjicit Theophanes Innocentium et Flavianum Antiochenum Clero Constantinopolitano scripsisse, ut illum consolarentur, et indignationem suam exprimerent, quod contra episcopum suum tam indigna patrata essent (*Pallad. Dial.*). Ex episcopis vero, qui literas Joannis ad Innocentium detulerunt, Demetrium Pesinuntis Orientem percurrisse narrant prædicantem Romanorum cum Joanne communionem, qui etiam literas Innocentii Papæ proferebat, necnon episcoporum Carix, qui cum Joanne communicabant.

Paucis exactis diebus post datas ab Innocentio literas, Romam advenit Petrus quidam, Theophili presbyter, et Martyrius, Constantinopolitanus diaconus,

qui literas Theophili Innocentio attulerunt (*Pall. Dial. 24*), et quædam acta Concilii ad Quercum, in quibus ferebatur Joannes a triginta sex episcopis damnatus, quorum undetriginta Ægyptii erant, septem vero aliarum regionum. Quibus actis perfectis Innocentius, cum comperisset nullas graves esse accusationes, neque Joannem adfuisse, qui causam suam defenderet, Theophili furorem exhibilare perstitit, quod contra absentem tam præcipitem sententiam emisisset. Literas autem dedit illi ad Theophilum, quem, ut etiam Joannem ad communionem se admittere testificabatur, neque se a Joannis communionem destitutum esse propter ea quæ per ludibrium gesta fuerant. Hortaturque illum ut ad Concilium mox congregandum compareat, ibique ex canonibus Nicænis, non aliis (notans illos Antiochenos), sententiam ferendam esse dicit.

Innocentius Papa et Honorius Imp. œcumenicam Synodum cogi volunt. — Concilium autem illud quasi mox futurum memorat Innocentius, quia Honorius, Occidentis Imperator Augustus, fratri suo Arcadio literas miserat, quibus hortabatur illum ut utriusque consensu, Orientalium et Occidentalium Concilium Thessalonicæ celebraretur, quo facilius utraque pars posset convenire (*Pallad. Dial.*). Verum astu inimicorum Joannis, et ita curante Eudoxia, quæ ad nutum suum Arcadii consilia moderabatur, factum est ut Concilium hujusmodi, ab Innocentio Papa et ab Honorio Imperatore tantopere expetitur, non celebraretur.

Sicarii Joannem interficere tentant. — Interea vero Chrysostomus Constantinopoli adhuc in episcopalibus ædibus manebat (*Socr. l. 6. c. 18. Sozom. l. 8. c. 21*), ac post Pascha bimestri spatio ibidem perstitit. Eodem tempore vir quidam dæmoniacus, aut qui se dæmoniacum simulabat, deprehenditur, pugionem habens, tamquam ad Joannem occidendum paratus, nondum tamen id facinus aggressus. Qui comprehensus a multitudine, perinde atque si pretio conductus fuisset ad eandem patranda, ad Præfectum urbis ductus est. Sed Joannes, missis quibusdam episcopis ex numero eorum, quos secum habebat, hominem liberavit priusquam tormentis subiceretur. Posthæc servus Elpidii presbyteri effuso cursu in ædes episcopales irrupit. Quodam autem quo currens pergeret interrogante, illum servus nullo dato responso, sica percussit: alterum, qui priore percusso inclamaverat, similiter vulneravit; tertium quoque transfixit. Cum omnes qui aderant ingentem clamorem sustulissent, ille fugere cœpit. Qui vero illum insequabantur, procul positos clamabant ut fugientem comprehenderent. Quidam ex balneo rediens hominem apprehendit, lethali que ab eo vulnere confossus, mortuus cecidit. A populo demum ægre captus, ductus est in Palatium. Testabantur cives has esse insidias inimicorum Joannis, clamabantque dicentes, et sicarium et eos qui misissent pœnas dare oportere. Præfectus autem urbis, cum eum tamquam iudicium prolaturus esset accepisset, populi furorem compe-scuit; sed postea illum dimisit. Rem paulo secus refert Palladius. Elpidii, inquit, presbyteri famulus quinquaginta ut aiunt, aureis conductus, ut S. Jean-

nem dolo interficeret, cum deprehensus esset tres gladios habere, septem ex iis qui ipsum apprehenderant, percussit, quorum quatuor continuo sepulti sunt, tres vero alii post diuturnam curationem salvi evasere (*Pallad. Dial.*).

Plebs Joanni addicta ipsum custodit. — His conspectis, qui ferventiores erant ex plebe, Joannem custodire cœperunt, noctu et interdum alternis vicibus episcopales ædes circumsidentes (*Soz. l. 8. c. 22*). Hæc non æquo animo ferentes episcopi, qui contra Joannem convenerant, ecclesiasticas leges calcari conquirentes, de illo prorsus ejiciendo deliberabant (*Chrysost. Epist. 125*). Quinto autem post Pentecosten die, Acacius, Severianus, Antiochus atque Cyrinus Imperatorem adeunt, adulatorisque ac fucatis præmissis verbis, rogant, Joannem episcopis presbyterisque perosum ejici jubeat, quod jam dixerant efferentes, nempe, in caput suum fore Joannis depositionem, si nempe injusta esset. His ex facilitate nimia fidem habens Imperator, instante quoque Eudoxia Augusta, Patricium Notarium misit, qui hæc Joanni nuntiaret, nempe Acacium, Antiochum, Severianum et Cyrinum depositionem ipsius Joannis in caput suum conjecisse: quapropter se Deo commendans, Ecclesia excederet. Tum Joannes episcopis qui aderant dixit: *Venite precemur, et angelo Ecclesiæ valedicamus; lætus quidem ob ærumnas, sed dolens de populi mœrore.* Tunc vero quidam ex proceribus, vir probus, Joannem monuit: Lucium, audacem virum, cum militibus in promptu esse, ut si contradiceret vel differret, ille ipsum traheret atque expelleret; ac periculum esse, ne commota plebs cum militibus pugnam committeret. Tunc Joannes cum lacrymis aliquot ex episcopis osculatus, reliquos enim osculari non permittebat dolor, cæteris intus in sacrario valedixit: *Manete, inquit, hic interim, ut modicum quiescam.* Ingressus autem in baptisterium, Olympiadem vocat, quæ ab Ecclesia non discedebat, etiamque Pentadiam et Proclam diaconissas, Silvinam etiam B. Nebridii uxorem, quæ viduitatem suam honestate ac modestiâ decorabat; ipsasque sic alloquutus est: *Venite, o filie, audite me. Quæ ad me attinent, finem ut video habent; cursum meum consummavi, et forte vultum meum non amplius videbitis. Hoc unum est quod rogo, ne a solita erga Ecclesiam benevolentia vos avellatis, et ut ei, qui invitus, nec ambiens, ex consensu omnium, in hanc sedem ordinatus et inductus fuerit, tamquam mihi Joanni caput vestrum submittatis. Non potest enim Ecclesia esse sine episcopo. Ita misericordiam consequemini: et memores estote mei in orationibus vestris.* Illæ vero lacrymis persusæ, ad ejus pedes advolvebantur. Tunc Joannes inuenens, cuidam e venerandis presbyteris ait: *Remove hinc, ne populum perturbent.*

Joannes militibus se tradit in exilium ducendum. — Ille vero per partem Orientalem egressus est; postquam jusserat equum suum ad partem Occidentalem adduci, ut populus eo se conferret: sicque illo pie deluso, profectus est, et se militibus tradidit, id tantummodo questus, quod contra leges ejiceretur, de-

negata sibi facultate causam dicendi ante legitimos judices, quod tamen homicidis et adulteris concedebatur: parvoque impositus navigio, statim in Bithyniam transportatur (*Sozom. l. 8. c. 22*). Testificatur ille eos (*Ep. 10, t. 3. c. 608*), qui se in exilium ducebant, curam omnem et studium adhibuisse, etiam plus quam ipse volebat, ut ipsum recrearent ac reficerent (*Epist. 221*). Profectus est autem 20 Junii anni 404: et Nicæam in Bithynia adductus est, ubi usque ad quartam Julii mansit. Cum illo erant Nicææ Cyriacus Sinnadæ in Phrygia, et Eulysius Apamæ in Bithynia episcopi, qui eo vincti adducti erant; sed postea ut inculpati dimissi fuere (*Pallad. in Dial.*).

Quidam autem ex Joannis inimicis, timentes ne, si populus qui in ecclesia erat discessum ejus agnosceret, illum insequeretur ac redire cogeret, fores ecclesiæ occluserunt (*Sozom. l. 8. c. 22*). Ex iis vero qui in plateis erant, alii ad mare accurrerunt ut eum assequerentur, alii metu conterriti fugam arripere, Imperatoris iram veriti: ii vero qui in ecclesia erant, vi magna portas effregerunt.

Ecclesiæ incendium. — Inter hæc flamma in illa sede, in qua solebat Joannes concionari, emissa est, et progressa ad tectum usque pervenit totamque combussit ecclesiam (*Pallad. p. 91. 92*): inde vero transiliens flamma nihil mali interpositæ populi multitudinem inferens, ad ædes senatus transiit multis passibus distans; quodque mirum videatur, ædium illarum non eam partem quæ ecclesiam respiciebat, sed adversam partem, quæ Palatio Imperiali proxima erat, invasit, atque sic ædes illas in cinerem redegit, necnon ecclesiam et domos circumquaque positas, et soli ædiculæ pepercit, in qua sacra vasa reposita erant. Non aurum reveritus est ignis, nec argentum, inquit Palladius; sed ut ne locus daretur calumniatoribus Joannis. Theophilus enim dicebat ipsum ecclesiæ mobilia vendidisse. Verum rem falsam esse clarius enituit ex breviculo illo, quem Germanus presbyter et Cassianus diaconus obtulere, efferente quod pretiosa vasa tradidissent coram judicibus, Studio Præfecto urbis, Eutychemo Præfecto Prætorii, Joanne Comite Theaurorum, Eustathio Quæstore, et Tabulariis, in auro, argento et vestibus. In tanto autem et tam præcipiti incendio nemo periit. Circa ejus auctores varia a scriptoribus referuntur: Palladius rem narrat, ut divinitus omnino factam: Sozomenus dicit, populum Joanni addictum id in ejus inimicos retulisse; illos vero id Joannis amicis adscripsisse, Socrates: Zosimus et Theophanes populo Joanni addicto totum referunt.

In aula vero Imperatoria flagitium illud a Joannitis patratum fuisse vel putabatur, vel simulabatur (*Socr. l. 6. c. 18. Pallad. in Dial.*). Tunc Optatus, urbis Præfectus, religione gentilis, in Joannitas seu Joannis fautores admodum sæviit. A nullo tamen ex illis vi tormentorum id efficere potuit, ut se vel suos bujus incendii auctores esse declararent, ipso fatente Zosimo: id quod etiam testificatur Joannes epist. 94. Immo ipsum Joannem ut incendii auctorem accusa-

vere; ideoque, ut ait Palladius in Dialog., victus in Bithynia detentus fuit cum Cyriaco et Eulysio episcopis, qui postremi cum aliis Chalcedonem adducti et custodiae mancipati sunt: atque eo usque impudentiae et nequitiae processerunt Acacius, Paulus, Antiochus, Severianus, et alii quidam, ut in literis suis ad Innocentium Papam, Joannem quasi ecclesiam incendisset, calumniarentur. Joannes vero scripsit illis, etsi in aliis sibi defendendi sui locum non dederant, in hoc saltem darent ut de hujusmodi incendio sese purgaret.

Alii quoque per urbem circumeuntes (*Soz. l. 8. c. 22*), eos qui delati fuerant quod Joanni faverent, comprehenderunt, et in custodiam datos, ut Joanni anathema dicerent cogebant (*Epist. 118. t. 3. c. 675*). Illis vero episcopis, presbyteris aliisque qui sui causa in carcerem trusi fuerant, epistolam consolatoriam misit Chrysostomus (*ib. c. 541*), ubi paucis hortatur illos ad patientiam, dicitque ærumnas et poenas hujusmodi, pro pietate susceptas, coronarum esse conciliatrices.

Arsacius Jo. Chrysostomo substituitur. — Postquam sic abductus fuerat Joannes, curante Eudoxia Imperatrice in sedem ejus substitutus fuit Arsacius vigesima septima die mensis Junii anno 404. Erat ille Arsacius frater Nectarii, qui in sedem Constantinopolitanam, Gregorio Nazianzeno secedente, inductus fuerat (*Chronicon. Alex.; Chrysost. Epist. 125*). Annorum octoginta erat Arsacius, quem delirum, vocat Chrysostomus, et lupum atque adulterum, quod alienam sedem sic invasisset. Ait quidem Socrates ipsum ob singularem mansuetudinem Ecclesiam tranquille gubernasse (*Socr. l. 6. c. 19*). Verum Sozomenus narrat illum quidem mansuetum fuisse et erga Deum religiosum; sed laudem illam, quam omnium consensu adeptus fuerat presbyter, imminuisse quosdam clericos, qui omnia pro lubito suo agebant, et gesta sua illi imputabant. Anysius vero, senex episcopus Thesalonicensis, se Ecclesiae Romanae sententiae hæreere dicens, a Joannis partibus stare se dixit: episcopi quoque Cariae se Joannis communionem amplecti dixere (*Pallad. in Dialog.*). Infra videbimus Palæstinam et Phoeniciam pro Joanne fecisse: Cilicia vero divisa fuit.

Arsacii famam, inquit Sozomenus, læserunt ea quae gesta sunt (*Soz. l. 8. c. 23*). Nam cum Joannis fautores nec cum Arsacio, nec cum ejus fautoribus synaxes agere vel preces fundere vellent, ideoque seorsim et in extremis civitatis partibus collectas agerent, rem ipse ad Imperatorem retulit.

Tribunus itaque cum militibus in congregatos Joannitas impetum facere jussus (*Sozom. Ibid.*), plebem fastibus et saxis cædens fugere compulsi; nobiliores vero et eos qui Joannis partes tuebantur, custodiae tradidit. Tunc autem, uti solet quando militibus licentia datur, mulieres ornatu suo vi adhibita spoliantur; aliis monilia, zonæ aureæ et torques abripiuntur, aliis inaures simul cum auribus detrahuntur. Cumque ingens perturbatio et luctus in urbe

esset, ne sic quidem plebs pristinam erga Joannem benevolentiam abiecit.

Illi vero publice quidem convenire non ultra audebant (*Soz. l. 8. c. 23*), multi nec in forum, nec ad balnea procedere; quibusdam etiam tutum non erat domi manere; sed plurimi viri boni honestæque mulieres urbe excedebant: ex quorum numero fuit Nicarete Bithynia, nobili genere Nicomediae orta, ob perpetuam virginitatem et vitæ sanctimoniam celeberrima (*Anno 404*), virtutum omnium exercitio adiecta, ita ut cum amplissimo patrimonio injuste spoliata fuisset, rem patientissime tulerit; sed ex paucis sibi relictis; prudenti usa administratione, non modo sibi et domesticis necessaria suppeditaverit, sed etiam aliis subministraverit, maximeque medicamenta, quæ ipsa ingeniose ad pauperum ægrotantium usum apparatus. Certum tamen est, etiam tunc clam, et fortasse intra domos synaxes celebratas fuisse. Joannes enim Theophilum et Salustium presbyteros culpatur, quod synaxibus assidue non interessent. Imo extra urbem quoque in montibus et sylvis synaxes habitas fuisse, testificantur scriptores quidam, et in codice Theodosiano ejusmodi synaxes severissime puniendæ dicuntur (*Niceph. Chron.*).

Eutropius Lector in cruciatibus moritur et martyr habetur. — Cum iagens metus populum a tumultu coercuisset, Præfectus urbis de incendio ecclesiae et curiae quæstionem habuit, multosque gravibus suppliciiis affecit. Cum enim idololatra esset, de Ecclesiae calamitatibus delectabatur (*Soz. l. 8. c. 23. 24*). Eutropius lector ad indicandos eos, qui ignem ecclesiae injecerant, in judicium adductus, etiamsi loris et fustibus cæsus, etiamsi ei latera et genæ unguibus lacerarentur, ardentibusque facies corpori adpoverentur, etsi adhuc adolescens et corpore tener, nihil unquam confessus est: ac post tormenta in carcerem conjectus, illic animam haud multo postea exhalavit. Ejus occasione Sozomenus somnium refert Sisinnii cujusdam, Novatianorum episcopi, cui dormienti dictum fuit Eutropium solum probum virum in civitate fuisse. Eutropius autem hic inter martyres in Martyrologio Romano celebratur, duodecimo die Januarii mensis.

Tigrius Presbyter cruciatur. — Tunc etiam Tigrius presbyter, vestimentis exutus et tergo flagris cæsus, vinctisque pedibus et manibus in equuleo extensus, inembris dissolutus est (*Soz. l. 8. c. 24*). Erat autem hic natione barbarus et eunuchus, sed non ab origine: qui cum in domo cujusdam potentis servus fuisset, domino suo probatus, libertatem meruerat. Postea vero ad presbyterii gradum promotus, moribus gratus, comis, atque erga pauperes et peregrinos benignissimus fuit. Hic etiam enuntiatur in Martyrologio Romano duodecimo die Januarii. In partem quoque ærumnarum venerunt monachi Mesopotamiae et diaconissæ C. P., quæ cogebantur vel cum Arsacio communicare, vel auri 200 libras dare.

Olympias Diaconissa. — Olympias diaconissa in hoc rerum discrimine fortitudinem animi exhibuit

(*Soz. l. 8. c. 24*). Nam cum in iudicium adducta esset interrogante Præfecto cur ecclesiam incendisset, respondit : *Non est hoc vitæ meæ institutum. Ego enim facultates meas quæ multæ erant et maximæ, templis Dei instaurandis impendi.* Cum autem diceret ille, probe sibi notam esse illius vivendi rationem, apposite respondit illa : *Tu ergo in accusatoris locum transi, et alius de nobis iudicet.* Præfectus nihil habens quod culpâre posset, ad aliud se convertit, atque Olympiadi cæterisque mulieribus amentiam exprobravit, quod episcopi sui, Arsacii nempe, communionem aversarentur. Præfectus vero tunc quidem illam dimisit; altero autem die evocata illam magno auri pondere mulciavit. Quædam autem aliæ metu percussæ, Arsacii communionem vel invitæ amplexæ sunt.

Pentadia diaconissa. — Pentadia quoque diaconissa vidua, olim Timasii Consulis uxor, strenue et constantissime causam Joannis defendit. Ideoque illa, quæ non nisi ecclesiam cubiculumque suum noverat (*Chrysost. Epist. 94*), in forum pertracta fuit; a foro ad tribunalia, ubi firmitatis animique fortitudinis nova signa egregiaque dedit; postea vero a tribunali ad carcerem deducta, pari tranquillitate firmitateque omnia pertulit; ideoque jure a Chrysostomo in sua ad illam epistola admodum celebratur. Voluit illa hieme sequente (*Epist. 104*), Constantinopoli relicta, alio peragrarè : verum Joannes illam hortatus est ut in urbe maneret, ubi concivibus variis modis subsidio esse posset. In illos etiam sævierunt qui vexationes vitandi causa apud monachos receperant (*Epist. 2*): quin etiam ipsos monachos et virgines in famem conjecere et vestibus nudavere. Monachos autem Gotthos (*Epist. 207*), qui in terra Promoti debebant, consolatus est Chrysostomus, quando sui causa molestias multas et ærumnas perpassi sunt.

Episcopi quidam pulsi. — Tanto scribebant ii, qui tunc aulam Imperatoriam moderabantur, in Joannem et ejus consortes odio, ut non pauci tunc episcopi, qui probe rem ecclesiasticam gerebant, quod Joanni addicti essent, pulsi (*Pallad. p. 195*); alii vero, non indigni modo, sed etiam plerumque scelesti, in illorum locum intruderentur.

Serapionem igitur, quem Joannes Heracleæ in Thracia episcopum constituerat (*Epist. 14*), post innumeras absque ulla probatione calumnias, summa crudelitate cæsum usque ad excussionem dentium in patriam suam relegarunt (*Pallad. Dialog.*) : ille vero ad monachos Marsos et Gotthos aufugerat, ibique diu delituerat antequam caperetur. In ejus vero locum substitutus fuit Eugenius quidam, in mercedem conspirationis, quam adversus Joannem episcopum suum susceperat. Sex illi episcopi, qui simoniæ causa a Joanne depositi fuerant (*Pallad. in Dial.*), ut supra diximus, rejectis iis probis episcopis, quos Joannes in eorum locum ordinaverat, in sedes suas tunc restituti sunt, sed postquam restituentibus se pecuniæ summam numeraverant : quo certe modo simoniam renovabant. Heracles autem episcopus Ephesi a Joanne constitutus, ab inimicis ejus depo-

situs, per quadriennium saltem Nicomediæ in carcere inclusus mansit (*Pallad. Dialog.*). In ejus autem locum substituere Victoris tribuni eunuchum, mancipium, inquit Palladius, ebriosum, meretricium, avarum; cætera vero referre pudet.

Sub hæc autem Theotecnus presbyter Romam venit, literas afferens viginti quinque episcoporum, qui cum Joanne ad Synodum celebrandam conveniant (*Pallad. Dialog.*) : quibus Innocentio Papæ narrabant quo pacto Joannes a militum manu pulsus, Cucusum in exsilium missus fuisset. Paulo post venit Paternus, qui se Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbyterum dicebat, Joannisque inimicus : literas afferbat Acacii, Pauli, Antiochi et Severiani aliorumque, qui Joannem calumniabantur quasi ecclesiam incendisset. Innocentius vero illis respondere dignatus non est. Post aliquot dies Romam venit etiam Cyriacus episcopus ex Oriente, pulsus per eam legem quæ ferebat : *Si quis non communicat cum Theophilo, Arsacio et Porphyrio, ille quidem episcopatu arceatur, simul etiam amittat, si quam visus fuerit habere substantiam pecuniarum aut prædiorum.* Post Cyriacum advenit Eulysius, et alii quoque, de quibus infra narrabimus : nam Cyriacus non nisi anno 405 advenisse potuit. Ante protectionem vero suam aliquanto tempore Constantinopoli occulti mansere.

Honorii Imp. ad Arcadium literæ. — Hoc ipso anno 404, nec multo post pulsum Joannem, Honorius, Occidentis Imperator, Arcadio fratri suo scripsit, ac nuper accepisse dicit in die S. Paschæ (*Chrys. l. 3. c. 539*), clausas subito fuisse Catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, omnia bellicum in modum turbata mysteria, nonnullos in ipsa ecclesia sacrariis interemptos fuisse, episcoposque in exsilium pulsos. In hæc autem ille vehementiore stylo, ut par erat, invehitur; sub finem vero innuit expectandam fuisse Papæ auctoritatem, qui pacificam Joanni episcopo concordiam miserat, nec quemquam putabat ante iudicium repellendum esse. Periculum vero dicit esse, ne id in humani generis perniciem factum sit.

Eudoxia Augusta moritur. — Nihil in aula Constantinopolitana boni pepererunt Honorii literæ. Arcadio semper uxoris et aulicorum optata sequente (*Sozom. l. 8. c. 25. Zos. l. 5*). Verum ira vindictaque divina sæviit, a multisque observata fuit : nam hoc anno Thracia et Illyricum ab Hunnis devastata fuere : et quo tempore Joannes pellebatur, Isaurorum rebellio Constantinopoli nuntiata fuit, qui in Asiam Minorem et in Syriam mala innumera intulere. Cyrinus, Chalcedonis episcopus, unus ex ardentioribus Joannis inimicis, qui in caput suum, ut supra vidimus, sanguinem Joannis contulerat, ex dolore crus sibi excindi jubere coactus est, ut postea in diuturnis cruciatibus lente periret. Trigesimo die Septembris Constantinopolis et circumposita regio grandine ingenti afflicta fuit : et sexto Octobris infelix Eudoxia in abortu periit. Hæc multi observavere, et has pœnas ob injustam et violentam Joannis expulsionem a Deo inflictas putavere (*Socr.*

l. 6. c. 19). Arcadius tamen, aut potius qui illius nomine omnia moderabantur, in cœpto perstitere.

Joannes vero Nicææ in Bithynia aliquanto tempore detentus, ex aeris salubritate valetudinem et corporis robur consequutus est, ut ipse dicit in Epistola decima ad Olympiadem, quam scripsit postridie profecturus Cucusum, exsiliū locum. Milites autem Præfecti, qui illum in exsilium ducebant, nihil non agebant ut illum recrearent ac reficerent, ipsique etiam plura quam vellet officia præstabant. Rumor statim sparsus fuerat ipsum in Scythiam deportandum esse. Primò statutum fuisse videtur in Imperatoria aula, dicit ille in Epistola decima tertia, ut Sebasteam, Armeniæ urbem, exsulatum mitteretur: sed, mutato consilio, Cucusum missus est, locum Armeniæ desertissimum. Ipse vero amicorum multorum operam adhibuerat, ut in mitiorem et propinquiorem locum mitteretur. Verum, nec sine querela, dicit ipsos rem, quam scelerati etiam homines impetrant, consequi non potuisse. Imperatricem vero Eudoxiam se Cucusum mitti jussisse dicit in Epistola 135 ad Cyriacum.

Insequenti igitur die Chrysostomus, Panemi mensis quarto, qui mensis Panemus Julius est (*Epist.* 221), ut videas apud Selidam et Usserium, Nicæa in Bithyniâ profectus est. Eodemque die epistolam scripsit ad Constantium presbyterum, cohortans illum ut ne ex præsentis procellæ tempestate amoveretur ab officio et a re suscepta, sed pro more suo eos, qui adhuc Græcorum superstitioni, seu idololatriæ, dediti erant, ad fidem Christianam convertere pergeret, et impiam religionem exterminaret, atque Phœnicæ, Arabiæ et Orientis Ecclesiarum curam gereret: dicitque se non Sebasteam, ut putabat, sed Cucusum in exsilium mitti. In fine vero ait, sibi ante professionem curæ fuisse, ut e Salamina Cypri hæresin Marcionistarum, quæ ibi grassabatur, eliminaret. Si vero Cyriacus episcopus adhuc Constantinopoli sit, scribat illi ut pergat ea perficere, quæ ipse aggressus fuerat. Sic sanctissimus ille vir, arumnis undique prementibus, augendæ in diversis regionibus Christianæ rei curam nunquam deponebat. Epistolam vero ad Theophilum scripsisse putatur (*Epist.* 119), cum Nicæa profectus esset, ut Cucusum contenderet, hortaturque illum ut pergat pericula subire et strenue agere: nec clare dicit quibus ille rebus tunc operam daret. Alteram ejus ad Theophilum epistolam habemus, scriptam postquam Cucusum advenisset.

Cum Cæsaream in Cappadocia, Nicæa profectus, duceretur, Olympiadi scripsit (*Epist.* 11), et quidem paulo postquam iter illud susceperat, cum adhuc valetudine illa, quam Nicææ recuperaverat, et animi hilaritate frueretur. Ea vero, quæ de Præfecti militibus, qui se in exsilium ducebant, hic enarrat, prætermittenda non duximus: « Atque Præfecti milites, inquit, ii qui nobiscum peregrinantur, ita nos officiis prosequuntur, ut ne famulorum quidem operam requirere nos sinant, cum ipsi famulorum munia exequantur. Etenim pro suo erga nos amore hoc munus

et jussionem præripuerunt. Atque ubique satellitum manu cingimur, unoquoque videlicet hujusce ministerii nomine se beatum prædicante. »

Chrysostomus Cæsaream in Cappadocia venit. — Valetudine bona fruebatur ille (*Epist.* 120), quando Nicæa profectus est; sed cum dies noctesque iter facere cogeretur, ita ut et æstu oppressus, et vigiliis confectus, et rerum necessariorum penuria pressus, illo pergeret, nec adessent qui possent illum juvare; in febrim incidit: atque iis, inquit, qui ad metalla damnantur, vel qui in vinculis tenentur, graviora et atrociora pertulit (*Epist.* 14). Antequam vero in Cappadociam perveniret, liberatus fuit a Galata, inquit, qui mortem sibi minitabatur; videlicet a Leontio, Ancyræ in Galatia episcopo, qui inter principales Chrysostomi inimicos princeps erat. Sed nuntiatum illi fuit Pharetrium, Cæsareæ episcopum, ipsum exspectare, ut ipse omne caritatis specimen exhiberet. Ille vero iis fidem non habuit, imo contraria sibi eventura putabat. Tandemque Cæsaream in Cappadocia, perinde atque a tempestate in tranquillum portum pervenit. Neque statim potuit a tantis malis recreari: sed tamen animum resumpsit, quia puram aquam bibit, panem non fetidum et durum, ut ante, comedit, balneis recreatus est, et in lecto recumbendi potestatem habuit (*Epist.* 14). Eratque in ipso tertianæ febris ardore, hospitiumque habuit in extremo urbis recessu. Tum vero clerici omnes, populus, monachi, monachæ, medici adfuerunt, a quibus perquam officiose exceptus fuit, omnibus famulantibus et necessaria quæque ipsi subministrantibus. Tunc autem ingenti flammæ ardore deflagrans, in extremo periculo versabatur: demum paulatim remittere ac sedari morbus cœpit. Pharetrius vero, qui tot venienti officiosi animi signa dari curaverat, numquam comparuit, imo dira meditabatur, ut videbimus. Præstantissimos autem ibi celeberrimosque medicos habuit (*Epist.* 12), a quibus non tam artis subsidiis, quam commiseratione et amicitia curabatur. Quorum etiam unus, quo ille postea semper ut medico et amico usus est, secum profecturum esse spondidit, itemque alii complures eorum qui dignitate pollebant.

Illum visitatum venit frater Maximi episcopi, a quo se sperabat literas accepturum Olympiadi et Tigrii presbyteri. Verum respondit ille, se literas postulavisse, sed abuisse illos. Binis interpositis post adventum illius diebus epistolam misit ad Olympiadem, quam primo de restituta valetudine sua certiorum facit, deque adventu fratris B. Maximi episcopi, objurgatque illam quod literas ad se non miserit, et de Tigrii quoque eadem de causa conqueritur. De loco exsiliū sui mutando ne ultra curet, et ne alios ad id postulandum adhibeat edicit, paucisque de Pergami sororibus, et de Cyriaco episcopo additis, epistolam claudit. Cæsareæ cum esset, ad Theodoram quoque scripsit (*Epist.* 120), et quæ sibi in via acciderant paucis patefecit: de illa etiam conqueritur quod, cum jam quartam vel quintam epistolam ad ipsam misisset

(*Epist.* 121), unam tantum ab illa acceperit (*Epist.* 12).

Cæsareæ etiam recipere potuit epistolam Arabii, viri sibi addictissimi, cujus uxor Olympiadi amica et familiaris erat. Is cum putaret illum in exilium mitti Sebasteu, obsecrabat illum ut in ædibus suis in illa urbe sitis sedes poneret. Respondit illi Chrysostomus exsilii sui locum non Sebasteu, sed Cucusum esse (*Epist.* 121).

Cum ergo Joannes morbum sensim remissum et sedatum esse videret, de discessu cogitabat ut Cucusum peteret, atque ab itineris ærumnis tandem quiesceret. Verum subito nuntiatur Isauros cum innumera hominum manu Cæsariensem agrum populari, atque magnum quoddam oppidum incendisse cum ingenti clade. Qua re audita tribunus cum militibus omnibus suis urbe excessit: timebant enim ne urbem quoque adorirentur. Omnes in metu et trepidatione erant, de ipso quoque patrio solo periclitantes; adeo ut senes etiam ipsi murorum custodiam susceperent.

Pharetrius Joannem per monachos Cæsarea pelli jubet. — Pharetrius vero, qui pridem benevolentiae signa Joanni dederat (*Epist.* 14), quem proficiscentem invitaverat, jam illum Cæsarea pellere moliebatur; mutati autem animi causam fuisse suspicatur Joannes invidiam unam. Cum videret omnes ad Joannem confluere, optimates, monachos, virgines, praefectos, milites, medicos omnesque certatim ipsi officia, ministeria, facultates offerre, atque in partem calamitatis venire; hæc non ita libenter vidit, sed livore ductus, ipsum e finibus suis pellere decrevit: ad eamque rem ministerio usus est monachorum quorundam, qui ex re gesta ad expeditiones similes exercitati fuisse videbantur. Cum ergo res eo, quo diximus, in statu essent quadam die illucescente aurora, monachorum agmen, domum, in qua Joannes sedes habebat invaserunt, se eam incensuros, et Joanni extrema quæque mala illaturos osse minitantes, nisi statim abscederet. Nec Isaurorum metus, nec morbus quo tunc Joannes premebatur, illos vel humaniores vel moderatores reddebat. Instabant autem urgebantque cum furore tanto, ut ipsi quoque Prætorii milites metu afficerentur: quos ut majori timore percellerent, gloriabantur se jam multos prætorios milites fœde verberasse.

His auditis Prætorii milites ad Joannem confugiunt, ipsaque rogant et obsecrant ut, etiamsi in Isaurorum manus incidendum sit, his tamen belluis ipsos liberaret. Res Præfecto urbis nuntiatur, qui ut Joanni opitularetur occurrit, monachosque precatur abstintant: sed frustra cessere conatus ejus omnes; ita ut anceps animi nesciret utrum Joanni optatus esset, cum cædis periculo ex urbe proficisci, quam urgentibus pellentibusque furiosis illis monachis in urbe manere. Misit igitur ad Pharetrium episcopum, precibus ab illo contendens ut Joanni, tum ob morbum quo detinebatur, tum ob imminens periculum, paucos adhuc dies concederet. Nec quidquam impetrare potuit: imo postridie monachi acriore impetu

sunt usi. Neque presbyteri illi, qui Joanni addicti erant, opem illi ferre ausi sunt, sed cum hæc Pharetrii jussu fieri non ignorarent, nec cum a Joanne accerserentur, accedere audebant.

Cum in tali rerum conditione non posset ultra Joannes in urbe consistere, etsi febri laborabat, etsi Isaurorum instabat metus hora ipsa meridiana, se in lecticam conjiciens profectus est, universa plebe lacrymante, ejulante, atque rei auctorem execrante ac diris devovente. Postquam autem Cæsarea egressus fuit, quidam clerici venerunt, ac lugentes lento gradu ipsum sequebantur. Ex illis vero quidam dicebant: Quonam illum ad mortem adducitis? Unus autem, qui Joannem admodum amabat, quasi ira permotus, Abi, obsecro, inquit: in Isauros etiam incides, modo a nobis elabar. Nam quocumque incideris, tuto incides, dummodo manus nostras effugias.

Seleucia matrona pia. — Hæc audiens ac perspiciens egregia matrona Seleucia, Rufini uxor, quæ officiose Joannem admodum colebat, precibus ab illo impetravit, ut in ipsius suburbanam villam, quæ quinque passuum millibus ab urbe distabat, hospitii causa se conferret, misitque qui sanctum virum illo ducerent. At neque illic in pace quiescere licuit: nam re comperta Pharetrius multas Seleuciæ minas intentavit. Illa vero non minus prudens quam officiosa femina, Joannem adiit, ac de Pharetrii minis nihil ipse retulit, sed Procuratori suo totam rem aperuit, ipsique mandavit, ut Joanni omne officii genus impertiret, ac si qui monachi venirent, ut ipsum contumeliis incesserent aut male afficerent, ex aliis villis suis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum consereret: Joannem vero rogabat, in domum aliam suam quæ arcem habebat, nec ullis viribus expugnari poterat, confugeret, ut contra episcopi et monachorum furem in tuto esset: verum abnuvit Joannes. Interea vero acerrime Seleuciam urgebat Pharetrius, rem prorsus ignorante Joanne: nolebat enim verecunda mulier Pharetrii insultu sancto viro patefacere. Instante demum Pharetrio, minas intentante atque cogente, ut Joannem ex suburbio eiceret, hominis importunitatem non ferens Seleucia, dixit Joanni instare barbaros seu Isauros, ideoque alio ipsi iter capessendum esse: ex verecundia enim Pharetrii violentiam exprimere non audebat. Media autem nocte venit Evethius presbyter ex familiaribus Joannis, magnoque clamore dixit: Surge, obsecro, adventant barbari, nec longe absunt. Tum quid consilii caperet Joannes nesciebat. Nox illunis et caliginosa erat, in urbem se recipere non poterat, nec quisquam præsto erat qui opem ferret: metu tamen compulsus, ærumnis confectus et jam mortem expectans, surrexit. Ut autem iter conficere possent, in lecticam ascendit, ac faces accendit. Verum has Evethius socius exstingui curavit, ne barbari, inquietat, lucis splendore exciti in nos impetum faciant.

Chrysostomi ærumna in via. — Exstinctis itaque facibus, ex mulis unus qui lecticam gestabat in ardua et petrosa via in genu lapsus, Joannem in lectica

inclusum humi prostravit, parumque abfuit quin ille interiret. Surgens deinde tractim pedibus incedebat, Evethio, qui ex equo desilierat, manibus ipsum sustentante: vix enim ille, ac ne vix quidem, in tam aspera montium via iter agere, nisi sustentatus et quasi tractus, poterat. Præter has autem calamitates instabat febris, haud dubie aucta motibus casibusque; urgebat etiam barbarorum metus: nam cætera omnia, quæ postremo Pharetrius contra Seleuciam designaverat, ignorabat ille.

Similia multa gravia tantum itineris agens perpessus est, quæ Olympiadi non speciatim, ut priora, refert: cæterum obsecrat illam, ut ea quæ superius memorata sunt nemini enuntiet, sed apud se tantum contineat. Tanta vero erat Chrysostomi fama, tanta de exsilio et ærumnis ipsi injuste illatis commiseratio, ut ubique cœtus hominum cujusvis dignitatis in occursum ejus venientium vidisses. Ubi autem in Cappadociam et in Taurociliam, ut vocat ipse (T. 3. c. 685. l. 26), pervenit, magno agmine sancti patres et monachi, virginesque obviam ipsi prodire, infinitam lacrymarum vim profundentes. Cumque illum in exsiliium euntem cerneret, in fletus prorumpabant, his mutuo verbis utentes: Satius fuisset solem radios suos contrahere, quam Joannis os conticere. Hujusmodi vero spectacula magis ipsum turbabant et cruciabant, quam ipsæ ærumnæ et calamitates, quas constanti semper animo pertulit. Tandem vero Cucusum, exsilio locum, advenit. Erat vero Cucusum parvum atque desertissimum oppidum, ut sæpe sæpius refert ipse Chrysostomus, in Armenia minori situm: quidam vero in Cappadocia, alii in Cilicia locant, quoniam in harum regionum confiniis situm erat. Tam desertum autem oppidulum erat, ut neque forum venalium haberet.

Quidam porro vir ex primariis oppidi, Dioscorus nomine, qui Joannem nostrum apprime venerabatur, ubi audivit illum Cucusum mitti in exsiliium, et istuc pergentem moras quasdam Cæsareæ facere, illo misit rogatum et obsecratum, ne Joannes domui suæ alteram anteferret. Alii quoque id ipsum fecerant: verum Dioscori domum aliis præferendam esse censuit Chrysostomus, atque apud illum sedes posuit (T. 3. c. 612. l. 47). Tanta vero largitate ac liberalitate utebatur Dioscorus, ut ea de causa perpetuo cum illo sanctus noster expostularet. Ut vero latius spatium Chrysostomo relinqueret ex ædibus suis in villam migravit: quin etiam domum ipsi ad tolerandam hiemem idoneam construxit: atque ita magnum beneficium magno eumulo auxit.

Chrysostomus Cucusum exsilio locum pervenit. — Cum Cucusum advenit, gravissimo laborarat morbo: a diebus enim plus quam triginta ardentissima febre cruciabatur, aliisque stomachi infirmitatibus maximis: quæ mala haud dubie tanti itineris molestiæ, aliæque curæ, sollicitudines, Isaurorum metus, atque incommoda varia pepererant. Postquam vero Cucusum pervenit, ubi cum tanta humanitate exceptus fuit, brevi morbum omnem deposuit, ita ut etiam integra vale-

tudine frueretur. Non modo autem Dioscorus, apud quem diversabatur, ubertim illi omnia subministrabat, sed etiam plerique alii procuratores et rerum administratores, heris id per literas imperantibus, subinde illum adibant ad officia quævis præstanda parati: quod amicorum subsidium omnes pene abstergebat exsilio molestias.

Cucusus etsi non amplum oppidum erat, episcopum tamen habebat, qui Chrysostomum cum omni benignitate excepit, exque tanti viri existimatione et reverentia eo usque processit, ut episcopalem illi sedem cedere voluerit. Verum Chrysostomus a tali munere suscipiendo longe aberat. Eodem ipso die, quo sanctus vir Cucusum advenit, adfuit ipsi Sabiniana diaconissa, senectute quidem et ærumnis pene obruta, sed tanta animi alacritate, tanto erga Chrysostomum affectu prædita, ut se paratam esse diceret etiam in Scythiam proficisci: rumor enim erat Chrysostomum illo amandandum esse. Illa vero cognatis omnibus relictis, ipsum ubique sequi destinaverat: quapropter ab omnibus Ecclesiæ alumnis magno cum affectu excipiebatur. Putat autem Tillemontius eam ipsam Sabinianam esse fortassis, quam amitam Chrysostomi fuisse narrat Palladius in historia Lausiacæ (T. 3. col. 611. l. 39 et sqq.)

Constantius presbyter Chrysostomum adit. — Constantius vero presbyter, qui Chrysostomi ubique sequendi cupiditate flagrabat, jam ab illo facultatem per literas petierat Cucusum veniendi, ut illum ibi exspectaret, et lateri ejus semper hæreret. Sed post Chrysostomi adventum Cucusum eo se contulisse putatur. Omnia certe ad nutum ipsi succedebant, cum omnes in tota circum regione solatia afferre, et officia impedere curarent. Quapropter amicis quibusdam (Epist. 146) ea de re sic loquebatur: *Ut rerum nostrarum statu cognito lætemini, ingenti quiete atque otio fruimur: corpusque nostrum, etsi multa sunt quæ ejus valetudinem labefactent, satis commode se habet. Etiam si enim nihil venale, et medicamenta nulla hic sint; etiamsi cæli intemperies instatem non minus quam hiemem molestam reddant, licet gravis et perpetua obsidio, frequentes nempe Isaurorum incursiones, metum inferant, aliæque gravia accidant, nunc tamen a graviore periculo atque a morbo liberati sumus.*

Epistolas multas scribit Chrysostomus, et multas recipit. — In epistola vero decima tertia ad Olympiadem ait ille se, biduo postquam Cucusum advenerat, molestiam omnem ex tanto itinere partam deposuisse, et jam bene valere. Quia vero non pauci tunc Constantinopoli erant Chrysostomi amici, qui in aula Imperatoris impetrare curabant, ut locus exsilio assignaretur vel vicinior, vel commodior; Olympiadem monet ut cum illis ita rem prudenter agat, ut si illum in locum Constantinopoli vel eodem vel majori spatio distantem adduci vellent, id ne admitteret; si autem vel Cyzicum, vel alteram urbem non procul a Nicomedia distantem impetrare possent, manus illa daret. Brisino quoque scripsit amico (Ep. 234), dicitque se post emensum septuaginta ferme dierum iter, Cucu-

suum tandem advenisse, innumeraque mala passum esse, tum ex Isaurorum metu, tum ex intolerandis febribus. Obnixè rogat autem, ut sibi assidue scribat, haud leve solatium ex ejus literis percepturo. Quia vero ex numero eorum erat Briso, qui alium exsilii locum postulabant, ut ne id amplius curet, admonet: nam se re omnium gravissima, viæ nempe molestiis, jam perfunctum esse. Non scribentem autem sibi Brisonem in alia epistola haud leviter objurgat.

Alias quoque post adventum Cucusum literas misit, Prænio nempe sibi amicissimo, Gemello (194) et Aetio (196): Gemellum vero laudat a fortitudine, a loquendi libertate, a sincera benevolentia. In alia vero epistola, cum Gemellus a quibusdam dira perpressus sacro se lavacro tingere vellet, laudibus extollit illum Chrysostomus ab animi constantia, et ut quamprimum sese sacra baptismatis unda abluat hortatur. Cum audisset autem Gemellum ad aliquem magistratum evectum fuisse, ea de re ipsi gratulatur in alia epistola (124); queritur vero postea (Ep. 79), quod ad taie munus assumptus, sibi non rescripserit. Nescitur autem utrum Cucusum jam pervenerit (T. 3. c. 546. et Ep. 118), quando epistolas duas scripsit ad episcopos et presbyteros pietatis causa in carcere inclusos, quos ad patientiam hortatur, repositam ærumnis talibus coronam commemorans, idque egregie in prima præsertim epistola. Polybio item scripsit tunc Constantinopoli versanti, ac de Isaurorum incursionibus verba facit (Ep. 143), qui Cucusum pene obsessum tenebant, et famem in regionem illam induxerant. Aliam quoque Polybio epistolam misit (127), et quidem hiemis tempore, de qua inferius agetur.

His etiam, qui se Cæsareæ officiose exceperant, literas misit (Epist. 81). Inter eos Hymnetius eminebat, quem medicorum principem vocat; eumque ut sibi amicum, cujus et amicitiae et peritiæ summæ periculum fecerat, videre admodum exoptat; sed quia Isaurorum incursiones Cucusi aditum intercludebant, id damni ut literarum frequentia sarciat, precat. In alia vero epistola (58) Seleucum episcopum ipsi commendat, gravissima tussi laborantem (Epist. 37): qui Seleucus, Chrysostomi videndi desiderio inductus, Cucusum venit, et tussim et itineris difficultatem et hiemem quæ instabat despiciens. Profecturus autem Cæsaream, Tranquillinum episcopum, qui, ut ex Chrysostomi dictis arguitur, prope Cæsaream sedes habebat, invisere voluit. Huic vero literas ad Tranquillinum dedit Joannes noster, quem hortatur ut Seleucum benigne excipiat. Tranquillinus vero Euppsychium ad Chrysostomum miserat, qui de rebus plurimis illum faceret certiore. At Euppsychius ille nondum advenerat. Hortatur vero Tranquillinum ut ea, quæ sibi Euppsychius narraturus erat, per literas nuntiet.

Paulo post suum in exsilii locum adventum, literas misit ad alios non paucos, qui sibi Cæsareæ vel beneficia præstiterant, vel amicitiae sinceræ signa dederant, ad Firminum nempe, Cytherium, Leontium, Faustinum, Helladium et Evethium; quos, ut etiam

pene alios omnes amicos et notos, hortatur, ut se frequenter literis solentur. Carterio quoque, Cappadociae præsidi, literas (256) misit Chrysostomus, gratiasque illi egit, quod tumultus sedaverit, et omnem lapidem moverit, ut ipse in securitate versaretur. Ait vero se, licet in desertissimo loco, Cucusi nempe, degentem, in illa solitudine tamquam in portu versari, ac morbi malorumque reliquias sensim deponere. Amicorum siquidem per literas consortium omnes abstergere videbatur exsilii molestias.

Episcopis etiam scripsit (Epist. 85. 86. 87. 88. 89. 90), qui pro sua et Ecclesiae causa stabant, nimirum Lucio, Mari, Eulogio in Palæstina episcopo, Joanni Jerosolymitano, Theodosio Scythopolitano, et Moysi; quos hortatur ut in eadem animi firmitate perseverent (Pallad. Dialog.) Eulogium vero, in Palæstina episcopum, summopere celebrat, qui quavis tuba clarior apud omnes Orientales et quam longissime disditos homines rei veritatem promulgaret. Eulogium tamen, Cæsareæ in Palæstina episcopum, inducit Palladius, quasi Theophili Alexandrini partes sectantem et aspera quæque molientem. Sed vel alius Palæstinae episcopus hic Eulogius fuerit, vel si idem ipse sit, in adversam partem postea transiisse oportet.

Ad Theodorum Mopsuestenum scribit. — A teneris annis amicum habebat Chrysostomus Theodorum, qui tunc Mopsuestiae episcopus erat, nihilque non agebat, ut Chrysostomi causam defenderet ac propugnaret. Huic epistolam (112) misit Chrysostomus, illicque ut jam pridem et ab initio sibi noto gratias agit, hortaturque et obsecrat illum ut eandem erga se caritatem perpetuo vigentem retineat. Circa hanc epistolam aliquæ insurgunt difficultates, quas videsis in notis ad Tom. 3, c. 668 et 669, et in Tom. 6, c. 515.

Epistolas etiam ad alios misit episcopos, Anatolium Adanæ, Rufinum item episcopum, cujus vero loci nescitur, ad Urbicum et Bassum, perinde ignotorum locorum episcopos, ad Porphyrium Rhosi episcopum. Anatolio dicit (111) se comperisse ipsum se, licet de facie sibi non notum, ardenti amore prosequi, optaque congressum secum: quia vero nulla spes erat id fieri umquam posse, hortatur illum ut epistolarum frequentia congressum hujusmodi compenset. Bassum (310), quem Constantinopoli amicum habuerat, leniter objurgat, quod cum adeo vicinus esset, ne literas quidem sibi mittere dignaretur. Porphyrium vero, quem Rhosi episcopum fuisse nihil jam dubitamus, pro more ad literas sibi frequenter mittendas cohortatur. His jungenda epistola (50) ad Heortium episcopum, cujus sedes non procul Cucuso erat. Is infirmitate corporis laborabat: atque, ut ex Chrysostomi dictis argui videtur, Heortius amicus scribere sibi solebat, quod tamen adversa valetudine laboraret, non ab illo didicerat. Verum quia, inquit ille, tabellariorum fortasse penuria non scribis, ideo homines, qui ad te proficiscantur nactus, literis te licesso, rogo et obsecro, ut quoties facultas dabitur, nobis quam sapissime scribas, et qua valetudine sis exponas. Quamquam enim in desertissimo orbis loco habitamus, ac prædonum

metu obsidemur, multasque in tam vasta solitudine calamitates perpetimur, tamen si frequenter a te, cui carissimi sumus, literas accipimus, quæ nos de tua valetudine certiores faciant, ingentem hinc, tot licet ærumnis oppressi, consolationem accipimus. Quanta enim caritatis vis sit exploratum habes, quodque non amicorum dumtaxat præsentia, sed etiam literæ ingens solatium afferant.

Hesygium quoque sibi amicissimum, vicinum habuit; ita ut, si licitum ipsi fuisset, inquit in epistola 74, neque Isaurorum metus, neque corporis imbecillitas prohibere potuissent, quominus ipsum adiret; neque tamen ob Isaurorum metum ab illo petit ut Cucusum veniat, sed ut quam frequentius poterit ad se literas mittat. Hesygius vero literis ab Joanne petiit, ut sibi ignosceret, quod non venerit, quia nempe morbo laborabat. Respondet Chrysostomus (*Epist.* 24) laudatque eum, quod ea de causa non venerit: licet enim tam carum caput exosculari aveat, satis sibi fore ait, si quamdiu sive per ægritudinem, sive per anni tempestatem id non licebit, literæ ultro citroque mittantur. Hoc ipsum fere illi repetit in epistola 176: ubi itineris difficultatem cum corporis imbecillitate conjungit, ac significare videtur se vel hieme jam appropinquante, vel in ipsa hyemis tempestate has dedisse literas.

Cum Tillemontio opinamur alium Hesygium esse illum, quem venerandum et nobilissimum dicit, a quo se multum amari ex sola fama didicerat, a quo postulat (*Epist.* 198), ut frequenter sibi literas mittat; id ipsumque repetit in epistola 225. Idemque literarum consortium postulat a Candidiano jam olim amico suo, qui Cucuso procul degebat (*Epist.* 42).

Antiochiam multas literas mittit.— Antiochiam quoque, ubi in magna existimatione erat, innumeras pene epistolas misit exsul: quarum multæ perire, plurimas quoque ex iis quæ supersunt non novimus utrum ad Antiochenos spectent, quia sæpissime non notat, nec dat locum internoscendi, quo in loco habitent ii ad quos literas dirigit; verisimile autem est plurimas ex illis, quæ hujusmodi notam non ferunt, ad Antiochenos missas fuisse. Inter eos, qui Antiochiæ sedes habebant, amicitia illi conjunctissimi erant Marcianus et Marcellinus fratres, quorum postremus in duobus Mss. Marcellianus vocatur. Hos vero obsecrat in epistola 129, ut se frequenter de valetudine sua certiores faciant. Theodotum vero diaconum monet, ut Marcellianum et fratrem conveniat, et apud eos id agat, ut Chrysostomum purgent apud Carteriam, quæ de Chrysostomo querebatur, quod ad eam non scriberet: qua de re inferius. Marcellianum vero et fratrem hic nobilissimos vocat. Scripsit etiam illis epistolam 221, et queritur quod sileant, nec literas sibi mittant, nec acceptam sibi esse dicit excusationem, quam per Constantium presbyterum miserant. Verum antequam illi hanc epistolam acciperent, eorum ipse literas accepit, quæ illi vicissim læcessabant quod sibi non scriberet. Respondet illis Chrysostomus, atque ipsos non sine causa parem querimoniam afferre confite-

tur. Ex dictis vero ejus eruitur illos, nisi ægritudine detinerentur, ipsius videndi causa Cucusum venturos fuisse, id quod ille admodum exoptare testificatur. Alias etiam ipsis misit epistolas, nempe 19, 65, 100, et 129: in quæ eadem ipsa repetit, sibi nimirum sapius scribendi licentiam a prædonibus Isauris eripi, literarumque frequentiam exoptare se testificatur.

Marciano etiam alteri Tribuno epistolam se misisse commemorat (*Epist.* 211), quæ jam amissa putatur. Sed in epistola 122 ad illum missa summopere laudat illum, quod pupillarum patrociniū suscipiat, viduarum mœrorem leniat, paupertatem leveat plebeisque universam frumento, vino, oleo aliisque omnibus rebus alat, ac pro more ut sibi frequenter scribat hortatur. Marcellino etiam ut amico veteri scribit epistolas 31 et 188, eadem fere ipsa quæ in cæteris enuntians: nam innumeræ pene sunt ejusdem formæ et tenoris epistolæ. Antiocho item amico scribit epistolam 189, difficultatem scribendi ob tabulariorum penuriam memorans, frequentes ab eo literas petens, illumque Artemidoro cuidam commendat in epistola 177. Alypius vero quidam Chrysostomo admodum addictus ipsi prior scripserat epistolam (186, 178), laudat dubie cum primo Cucusum advenisset, sed cum excusatione, ne ex illa festinatione quasi admodum præceps argueretur. Respondet illi Chrysostomus, se, ut prius diligentiam et festinationem ejus laudaverat, jam tarditatem arguere.

Ad Euthalam quoque pietatis singularis feminam literas misit 32, 178, queriturque quod multas ipse, paucas illa sibi literas mittat, dicitque tantum sibi gaudium amicorum literas afferre, ut solitudinis molestiam nullam sentiat. Cum Amprucla et quibusdam aliis, quæ cum illa versabantur, majori etiam caritatis vinculo nexus fuisse videtur, ut ex quatuor epistolis ad illam missis tribus (191, 103, 96) percipitur. Erat Amprucla fortasse Syra, vel alterius fortasse nationis, neque Græcæ scribere sciebat; ex sincero autem, quo erga Chrysostomum tenebatur, affectu vexata malisque multis et illa et sociæ suæ pene obruta fuerat. Illam vero solatur Chrysostomus, præsentia omnia fluxa esse dicens, futura autem bona firma et in æternum manentia. Harmatium vero, probum virum et opulentum, qui hominibus suis imperaverat, ut omnia quibus egere posset Chrysostomus ipsi suppeditarent, literis suis (75) monet sibi omnia affluere, et se nullo opus habere, sed si gratificari sibi velit, literis se frequenter de sua et familiæ totius valetudine certiores faciat.

Hyemis vero tempore, sive hyeme ineunte, cum jam hyemis tempus vias intercluderet, Musonio scripsit epistolam 216: quem laudat a sinceritate caritatis, ab amoris ardore, ab animi constantia, ab ingrunitate simulationis experte; queritur autem, quod licet jam secundo scribat ipsi, nullam adhuc ejus acceperit epistolam, quod silentium crebris desiderat epistolis compensari.

Magis inclarescit in exilio quam Constantinopoli.— Joannes vero in exilio degens magis inclarescebat,

quæ cum Antiochiæ vel Constantinopoli esset (*Sozom. l. 8. c. 27*). Cum enim pecuniis abundaret, quas tum Olympias diaconissa, tum alii multi ministrabant, captivos plurimos ab Isauris redemit, multis etiam egenis necessaria largitus est; eos, qui pecuniis non egebant, colloquiis sibi conciliabat. Eratque admodum carus tum Armenis apud quos degebat, tum finitimis omnibus. Multi quotidie ad eum confluebant ex urbe Antiochia, ex Syria et ex Cilicia. Atque, ut pluribus infra dicitur, eos qui evangelium prædicabant in Phœnicia, juvabat, et monitis et largitionibus, alios quoque mittens, qui eidem operi incumbere: etiamque Gotthorum et Persarum Ecclesias curabat.

Porphyrus in episcopatum Antiochenum intrusus. — Illos autem qui sibi addicti erant, tam Constantinopoli, quam Antiochiæ, in ærumnis ideo versantes, fovebat sustentabatque pro viribus (*Pallad. Dialog. Sozom. l. 8. c. 24*). Cum vero Flavianus episcopus mortuus esset anno 404, Porphyrius vir a probis moribus abhorrens, sese Antiochenum episcopum post Flaviani obitum indignis modis ordinari curavit ab Acacio (*Pallad. Dialog.*), Severiano et Antiocho, statimque Chrysostomi condemnationi subscripsit: quapropter multi in Syria ab ejus consortio sese sequestrarunt, ac seorsim collectas celebrantes, multas ærumnas ac molestias sunt perpassi. Nam Cleus Antiochenus insignior clam plebem colligebat, accedentibus etiam mulieribus quæ opibus pollebant. Tota fere Antiochena Ecclesia Joannis invisendi causa in Armeniam migravit, et in reditu omnes ejus philosophiam prædicarunt: quæ res Severianum et Porphyrium ita mordebat, ut ejus ideo extremam perniciem molirentur.

Hoc circiter tempus Cucusum venit presbyter quidam a Domino episcopo ad Joannem missus. Erat autem Dominus ipsi conjunctissimus, quem rogat frequenter literas solatii causa sibi mittat. Accessere quoque alii presbyteri ipsius invisendi gratia, et fortassis Antiocheni, quibus ad sua revertentibus literas dedit ad Elpidium episcopum deferendas, ep. 25: in quarum principio dicit, se frequentius ipsi scripturum fuisse, nisi latronum metus, anni tempestas, et tabellariorum inopia, facultatem sibi adimerent; precaturque ut frequenter se literis compellet. Eorundem presbyterorum ministerio eadem pene ipsa scribit ad Magnum episcopum. Dona autem undique accipiebat a viris probis, et insignibus feminis æqui bonique amantibus, ita ut rerum omnium copia abundaret. Quapropter cum quotidie muneribus res familiaris ultra modum augetur, cœpit ille donantibus munera remittere, et ut largiendi flammam facerent rogare, ut videre est in epistolis 50 ad Diogenem, 61 ad Theodotum ex Consularibus, et 232 ad Carteriam. Diogenes vero dona sua miserat per Aphraatem, virum religiosissimum, quem jusserat Chrysostomo nolenti munera relinquere. Aphraates ne literas quidem ab illo se accepturum esse minabatur, nisi ipse munera acciperet. Chrysostomus vero componendæ rei mo-

dum excitavit, epistolamque misit 51 Diogeni, qua hortatur illum, ut Aphraatem jubeat munera illa deferre in Phœniciam, illisque offerre qui regionis istius gentiles ad Christianam fidem adducere curabant, unde major utilitas futura erat. Inde vero conjungimus Diogenem illum Antiochiæ fuisse, atque Aphraatem in reditu suo per Phœniciam fuisse transiturum.

Carteria vero tanto erga Chrysostomum affectu ferebatur, ut nisi gravi morbo detenta fuisset, Cucusum ejus visendi causa prefectura fuisset, ut liquet ex epist. 227 (*Epist. 18*). Morbo autem perseverante ipsa suapte manu unguenta quædam confecit, quæ Chrysostomo misit, ut liquet ex epistola 34. Illa vero longam peregrinationem iniit, ut fertur in epist. 44 ad Theodotum diaconum. Sub hæc autem Libanio, viro clarissimo, suavit, ut Cucusum Chrysostomi visendi causa proficisceretur: quod ipsi admodum placuit, ut videre est in elegantissima epistola 232. Venit ergo Libanius, et perexiguo tempore cum Chrysostomo versatus est, ut in epistola 230 ad Elpidium episcopum narratur. Is de rebus, quæ Antiochiæ tum gerebantur, probe instructus erat, et de Severa nobili piaque muliere multa retulit, quam nunquam viderat Chrysostomus. Sed ex narratu Libanii motus Joannes noster epistolam illi misit 229. Cum porro Libanius venit, Constantius ille presbyter Chrysostomo carissimus cum illo erat; literas porro illi dedit Joannes ad Constantium alterum presbyterum adferendas.

Adolia matrona Antiochena caritatis vinculo juncta. — Ex piis autem et nobiles feminis, quæ Chrysostomi ductu viam salutis capessebant, nullam magis curabat, nullaque ipsi magis cordi erat, quam Adolia, matrona, ut videtur, Antiochena. Hæc vero Libanio Antiochiæ ad Chrysostomum proficiscenti nullas dederat literas, quæ causa non mediocris doloris ipsi fuit, ut in epistola 231 testificatur. Illa vero se a propinquis proditam fuisse, gravesque tragedias pertulisse, prius dixerat. At Chrysostomus illam, ut terrenarum rerum curas missas faciat, et ad se Cucusum veniat cohortatur epist. 133, illam aditurus ipse, si licuisset. In morbum autem illa incidit, ut in epistola 52 fertur: nihilominus tamen illam, ut quando per corporis valetudinem licebit. Cucusum veniat hortatur. In epistola vero 57 illam, quandoquidem ob corporis infirmitatem iter Cucusum suscipere non poterat, precatur ut frequentissime literas sibi mittat, sequæ de valetudine sua certiore faciat. Ingravescente autem morbo Adolia tamen Chrysostomo scripsit; qua de re in epistola 33 agitur, ubi de valetudine ejus se admodum sollicitum esse testificatur.

Autumni tempore, mense circiter Septembri, edicit Chrysostomus presbyteros, aliosque qui incendii ecclesiæ Constantinopolitanæ causa in carcerem trusi fuerant, emissos liberatosque fuisse ex lege 29 Augusti ad Studium Præfectum Constantinopolitanum (*Vide cod. Theodos. 161. t. 2, l. 37. p. 75*): quæ fortassis ipso sollicitè postulante data fuerat: Chrysostomum enim amicus erat ille. Hoc tempore frater ejus obiit, et Chrysostomus ipsum consolandi causa epistolam

scripsit, *Studio Præfecto urbis* inscriptam : scripta nimirum fuit vertente anno 404, cum adhuc Præfectus urbis esset : nam in fine istius anni Optatus in ejus locum substitutus, Præfectus urbis creatus est.

Cum autem presbyteros illos a carcere solutos expectaret, epistolam 114 scripsit Elpidio Laodicæ episcopo, veneratorii seni et sanctissimo præsulì, quem summopere laudat a pietate, a prudentia et a sollicitudine, qua totius orbis et sui etiam Joannis curam suscipit. Cum cuperet autem ille scire quo in statu res Chrysostomi tunc essent; narrat ille se in desertissimum locum, nempe Cucusum, relegatum esse, sed in quiete et tranquillitate versari, omnium officii gaudere, atque morbi reliquiis depulsis, jam Isaurorum metu liberatum esse : adesse sibi presbyteros Constantium et Evethium, sperareque se alios ex carcere solutos ad se quamprimum advoluros esse. Obsecrat denique illum, ut pro se preces fundat, et literas sibi mittere ne desinat; salutaturque Asyncritum religiosissimum presbyterum, totumque Clerum ipsius. Alias quoque epistolas scripsit ad Elpidium, nempe 131, 138, 142, 230 et 25, semperque cum magna reverentiæ significatione. Quia vero Elpidius æqui bonique amans, neque Atticum in Constantinopolitanum, neque Porphyrium in Antiochenum episcopum admittere voluit, episcopatu depulsus fuit. Verum anno 408, curante Alexandro, Porphyrii successore, in sedem suam restitutus fuit.

Cyriacus quoque Synnadenensis episcopus, ob incendium supra memoratum in carcerem conjectus, cum presbyteris et aliis solutus et liberatus fuerat Septembri mense circiter; sed ita ut exsul esset, ut fert titulus, id est, Constantinopoli et fortassis ipsa Synnada exclusus. Cum porro tot ærumnis fractus in mœrore versaretur, epistolam 125 illi cæteris longiore in nisit Chrysostonus : qua ut calamitates illas fortiter ferat hortatur, exemploque sanctorum Veteris Testamenti ad quælibet illata mala sustinenda corroborat; seque ipsum in exemplum affert, et quot malis affectus, quot calamitibus impetitus fuerit recenset : hinc ad exempla sanctorum Novi Testamenti et apostolorum vertitur, ut ejus animum erigat, demumque his verbis longam epistolam sive orationem claudit : *Quamobrem te rogo ac veluti genibus tuis advolutus obtestor, ut mœrorem et luctum abjicias, ac pro nobis apud Deum memor sis, nobisque rescribas.*

Chalcidia et Asyncritia Chrysostomo add. ctæ. — Duo erant quæ iter intercludebant iis, qui ad invisendum Joannem Cucusum venire peroptabant, nimirum hyemis tempestas et Isaurorum incursiones. Ea vero de causa haud dubie Chalcidia et Asyncritia nobiles feminæ, ipsi caritatis vinculo junctæ, quæ Chrysostomum invisere summopere cupiebant, se a carpenda via his de causis deterreri Chrysostomo scripsere. Ille vero epistolam 242 scripsit : nulla dicit ipsis esse excusatione opus, sibi que sincerum illarum affectum non ignorantem, perinde rem se habere ac si revera venerint. Idem ipsum Asyncritiæ repetit in epistola 77, et pro more suo, ut frequenter sibi literas mittat,

hortatur. Asyncritia et Chalcidia piæ mulieres simul vitam agebant, cum aliis secum pietate conjunctis. Chrysostomo admodum addictæ frequenter ipsi literas mittebant, ut ex ejus ad illas epistolis, quarum plurimæ supersunt, liquidum. In titulis vero aliquando Asyncritia, interdum Chalcidia, prima ponitur; sæpe etiam separatim singulas literis compellat. Hæ in ærumnis et molestiis versabantur, ut ex Joannis epistolis arguitur; et fortasse, quia Chrysostomo addictæ erant, in Porphyrii, qui Antiochenam sedem invaserat, odium incurserant. Chalcidia a longo jam tempore caritatis sibi vinculo juncta erat, ut fertur in epistola 39. Ipsa vero in gravem morbum incidit, ut ex epistola 98 discimus : quæ res Chrysostomum non vulgari dolore affecit.

Fronto Ducaus epistolam 192 inscribit *Asyncritiæ*, quam lectionem sequutus est etiam vir cl. Tillemontius. Sed contra hanc lectionem reclamant omnes Manuscripti etiam antiquissimi, qui habent *Onesicratiæ*. Sic etiam legit Savilius, neque aliam lectionem memorat. Onesicratiæ igitur tum ob filia suæ obitum, tum quod alia præcessisset plaga, afflictam et mœstam consolatur Chrysostomus. Non posse quidem tantam mœroris nubem auferri fatetur, sed rem saltem moderatius esse ferendam : obitum enim non vere mortem esse, sed peregrinationem atque a deterioribus ad meliora commigrationem. Asyncritiæ autem licet literas multas scripserit Chrysostomus, numquam de filia ipsius loquitur. Cum autem Asyncritiæ plurimas, Onesicratiæ hanc unam tantum scriptam reperiamus, nomen ejus in Asyncritiam mutare quispiam ausus est.

Namæa quædam matrona, ut videtur, Antiochena, erga Chrysostomum optime affecta, tardius tamen ad illum scripserat, atque ita ut etiam audaciæ veniam peteret. Dicebat porro se illum tam ferventi caritate diligere, ut, nisi morbo laboraret, iter adeo molestum, totque prædonum incursionibus obsessum susceptura fuisset, illius visendi causa. Respondit Chrysostomus epist. 47, illam, nedum culpanda esset, quod scribere ausa fuerit, arguendam potius quod tardius id fecerit, unamque delendæ culpæ superesse viam, si nimirum sexcentas literas, græcæ niveum imbrem literarum, ad se mitteret.

Hyemis tempore literas accepit Callistrati, Isauriæ episcopi, atque ut ex Chrysostomi responso argui posse videtur, se illum invisurum fuisse dicebat, nisi anni tempestas et itineris longitudo obfuisent. In epistola vero sua Chrysostomus ait posse illud sui invisendi desiderium epistolarum frequentia compensari, ut postea, cum tempestas commodior esset, de congressu cogitetur.

Agapetæ etiam anno 404 vertente scripsit, viro amicitia vinculis sibi conjunctissimo, precaturque illum ut quam frequentius poterit de sua valetudine certorem se faciat. Alteram vero ipsi scripsit epistolam, rogante religiosissimo viro Elpidio presbytero, qui montus Anani incolas prædicatione sua ad fidem Christi perduxerat, ibique ecclesias et monasteria construxerat, et Agapetæ sanctissimi viri benevolentiam sibi

conciliare studebat. Illum vero tam obnixè, tam ferventer Agapeto commendat Chrysostomus, ut nihil dubium esse videatur, quin Agapetus sanctum illum Ecclesiæ præconem et officiis et facultatibus suis quantum potuit postea juverit.

In epistolis ad Olympiadem nullus ordo reperitur, perinde atque in cæteris omnibus Chrysostomi epistolis, ubi nulla temporis ratio servatur, sed omnes permixtim positæ sunt. In epistola autem 14 ad Olympiadem, dicit se jam tres epistolas Olympiadi misisse, unam per prætorios milites, alteram per Antonium, tertiam per famulum ipsius Anatolium: duæ vero postremæ longiores erant. Illam, quam per prætorios milites miserat, cum Tillemontio putamus esse decimam tertiam, quam biduo postquam Cucusum advenerat, per prætorios milites misit, de qua jam superius actum: illas vero duas, quarum altera per Antonium, altera per Anatolium Olympiadis famulum missa fuit, eæ sunt, quæ prima et secunda jam in editis numerantur, et conciones adhortationesque dici possunt potius quam epistolæ.

In prima vero Olympiadem de diuturnitate calamitatis quæ Ecclesiam Dei conturbabat mœrentem, exemplis Veteris et Novi Testamenti consolatur, ostenditque Deum sæpe ad justorum exercitium et probationem diuturnitatem ærumnarum permittere, ut hinc et præmia augeantur. In secunda, quæ prolixior est, et paulo post primam missa fuit, idem argumentum persequitur, multisque rationibus, argumentis, exemplis, quæ longius esset referre, Olympiadi ut omnem deponat mœrorem suadere nititur. Quia vero illud maxime Olympiadem angebat, quod a Chrysostomo sejuncta esset, quod illum docentem et concionantem non ultra audiret: licere dicit Olympiadi, absente se, libros suos legere; imo provisurum se, si modo tabellarios nanciscatur, ut crebras et prolixas literas suas accipiat. *Quod si doctrinam nostram, inquit, viva voce audire cupis, fortasse hoc quoque continget; imo non fortasse, sed certe; cave dubites.* Sic ille putabat; sed alio modo res cessit, ita providente Numine. Plus enim proderat exsul Ecclesiæ Dei et prædicationi evangelii, quam cum in episcopali throno sederet, ut mox videbitur.

In tertia ad Olympiadem epistola, idem ipsum argumentum persequitur, exemplisque plurimis et argumentis probat in calamitatibus non modo mœstiam omnem esse deponendam, sed etiam in tranquillitate et animi alacritate versandum esse. Hanc vero tertiam epistolam cum scripsisset, necdum ad Olympiadem misisset, per honorabilem quemdam virum, Patricium nomine, ipsius Olympiadis epistolam accepit: qua se omnino mœstam, et quasi luctu obrutam declarabat, maxime vero quod non potuisset alium exsiliū locum, Cucuso commodiorem, Joanni Chrysostomo impetrare. Ille vero hac accepta epistola, tertiam, de qua modo dicebamus, apud se retinuit, neque illam Olympiadi misit, sed aliam egregiamque, quæ nunc inter epistolas ejus quarta decima numeratur.

Primo illam sat asperè redarguit, quod tantæ mœ-

stitiæ se dederit, quantam illa in epistola sua exhibuerat. Quia vero ideo maxime dolebat, quod non potuisset alium commodiorem Cucuso locum Joanni impetrare; hinc occasione sumpta narrat illi omnia, quæ sibi in tanto itinere maximeque Cæsareæ acciderant, quæ nos in decursu supra attulimus. Quia vero mala omnia recenset, quæ sibi Phœtrius Cæsareæ episcopus, intulerat, Olympiadi edicit ut illa omnia silentio tegat. Cæterum ut Olympiadem sui causa plangentem soletur, se ait omni molestia liberatum esse, firmioreque valetudine frui, quam cum Constantinopoli degeret, neque ullo, quod illa timebat, frigore torqueri: cælum illud, quo fruebatur, Antiocheno magis similem sibi videri; de Isauris autem nihil jam sibi metuendum esse: nam in regionem suam se receperant, idque ex Præfecti cura et studio factum esse. Ille vero Præfectus Sopater erat, qui plus officii sibi exhibuerat, quam a patre postulandum videretur: vir probus, benignus, communisque pauperum portus. Sic illum laudat Chrysostomus in epistola 64 ad Cyriacum episcopum: quem precatur ut filii ipsius, qui in istis partibus literarum studiis operam dabat, curam gereret, ipsique officia impenderet.

Dixerat Olympias in epistola sua Heracliden, Ephesinum episcopum a Chrysostomo constitutum, et ab ejus adversariis episcopatu pulsum, ut superius diximus, tunc in carcere et in vinculis detentum dira pati. Jam ejus causa literas miserat Chrysostomus ad Pentadiam matronam, monens ut omnem diligentiam adhiberet, ad calamitatem tantam vel tollendam vel leniendam: Olympiadi vero dicit, Licet Heraclidi, si velit, *instantiam*, dare, atque ita molestiis omnibus liberari; nihil enim aliud superest. Quæ certe quomodo quadrare possint non intelligo. Tillemontius veroputat legendum esse *ecclasiam*, abdicationem episcopatus, quæ videtur vera lectio. Sed cum omnes omnino Mss. et Editi *instantiam* habeant, hanc lectionem mutare non ausus sum.

De Marutha episcopo.—De Marutha episcopo majore cum affectu et instantia loquitur Chrysostomus in eadem epistola decima quarta ad Olympiadem. Maruthas igitur ille episcopus sanctissimus, a Theophilo cæterisque Chrysostomi inimicis circumventus, in eorum conventibus adfuit, etiamque in conciliabulo ad Quercum: cum enim ex Perside tum veniret, non poterat accuratam rerum tunc Constantinopoli gestarum notitiam habere. Alioquin vero audierat fortasse, Epiphanium quoque, Cypri episcopum, sanctum virum adversus Chrysostomum insurrexisse. Verum ut non sat perspecta rerum Constantinopolitanarum conditione, Chrysostomi inimicis, multisque etiam consceleratis sese adjunxit: ita etiam divinæ ultionis minister fuit. Cum enim Cyrini, Chalcedonensis episcopi, inter primipilares Chrysostomi inimicos acerrimi, pedem imprudens calcasset, hinc dolores maximi exorti sunt, sectiones pedum et crurum frequentes a medicis adhibitæ, ac paulo post in cruciatibus diem clausit extremum, ut supra diximus.

Necdum tamen iniquam illam inimicorum Chrysos-

tomi conspirationem agnovisse videbatur Maruthas : id enim insinuat Chrysostomus cum Olympiadi dicit, *Omnibus officiis eum complecti ne desinas, ut eum e barathro extrahas* : nimirum ex societate cum improbis illis Arsacio, Porphyrio, Severiano, Antiocho. Ut autem videas quanto studio, prædicationi evangelii in omnibus, ut ita dicam, orbis partibus advigilaret, posthabitis semper iis, quæ ad se speciatim spectare videbantur, quæ sequuntur ad verbum sunt referenda : *Nam ejus opera ob Persidis negotia egeo. Atque, si id a te fieri potest, ex eo intellige, quidnam illic ipsius studio atque opera perfectum sit, et cur istuc profectus sit faciam, ac num ei duas epistolas, quas ad eum misi, reddideris. Si mihi scribere velit, rursus scribam; sin rescribere gravetur, saltem quid illic perfectum fuerit tibi exponat, et num quid rursus eodem proficiscens præstiturus sit : nam ego hac de causa ipsum convenire studebam. Utcumque sit, quidquid tuarum partium est præsta, munusque tuum exple, etiamsi omnes prono capie in præceptis serantur : merces enim tua numeris omnibus absoluta erit.*

Hic vides novum Paulum sua omnia nihil curantem, dummodo evangelium Dei prædicetur et propagetur. Utrum vero Maruthas Chrysostomo tandem rescripserit, vel societatem aliquam cum illo inierit pro evangelii in Perside prædicatione, qua de re ille tantopere sollicitus erat, prorsus ignoramus. Nihil quippe ea de re apud historicos, vel in ejus operibus, vel in epistolis, quod grave dictu est, reperimus. Certum autem est Marutham in Mesopotamia episcopum fuisse, aut Supharenorum, aut Sophenes provinciarum, aut, ut alii volunt, Martyropoleos, quam, Theodosio I, ut narrant, pecunias subministrante, ipse Maruthas construxerat. Certum item est hujus nominis urbem in Mesopotamia in confinio Persidis fuisse. Martyropolis autem vocabatur, quia ibi multorum martyrum Reliquiæ depositæ fuerant. Ait vero Chrysostomus in homilia, imo potius in libro illo, cui titulus, *Quod Christus sit Deus : Prædicatione non hic tantum, sed et apud Persas floret, etiamsi ab illis oppugnetur : etenim apud illos quoque martyrum examina nulla.* Maruthas ergo in Perside evangelium Christi mirifice propagavit, magorum et Chaldæorum incantationes devicit, Isdegerdem regem morbo detentum, cui magi remedium afferre tentaverant, integræ valetudini restituit, miracula alia multa patravit.

Gotthorum Catholicorum magnam curam gerit Chrysostomus. — Quantum Gotthorum Catholicorum Constantinopoli degentium curam gereret Chrysostomus, vidimus supra ad annum 599 (*Epist. 14*). Gotthos enim Scripturam sacram Gotthice legere, Gotthumque presbyterum se præsentem Gotthica lingua concionari jussit, et post illum ipse Græce concionatus est. Nec minorem curam gerebat Gotthorum in Gotthia degentium. Non ita pridem illo miserat in episcopum Unilam, virum admirandum; sed Marses, Gotthi monachi, apud quos Serapion, episcopus Heracleæ, perpetuo delitescerat, nuntiaverunt ei, Unilam obiisse, postquam tanto episcopo digna gesta

plurima ediderat. Moduariumque diaconum venisse, qui id narraverat, ac regis Gotthorum literas affererat, petentis ut episcopus in Gotthiam mitteretur. Metuens itaque Chrysostomus ne Arsacius et sui illo statim episcopum mitterent, Olympiadem ea de re monet in eadem epistola decima quarta, ut illos tantisper ob hiemem remoretur : neque enim illa tempestate aut in Bosporum, aut in illas partes navigare poterant. Duo enim inde mala consequutura erant, et quod ab illis creandum episcopum ille esset, qui tot mala perperaverant, et a quibus creari nefas esset; et quod ab illis crearetur, qui probitatis rationem nullam haberent. Operæ pretium autem fore dicit, si Moduarius clam et sine strepitu se convenire possit.

Quis hujusce negotii exitus fuerit prorsus ignoramus : nam in epistola quoque 206 ad Theodulum diaconum missa mediæ et asperrimæ hiemis tempore, illum huic negotio advigilantem hortatur ut Deum ea de causa precetur, et moras trahi curet. Ad monachos Gotthos in agro Promoti degentes eodem tempore epistolam misit 107, illosque beatos prædicat ob ærumnas et molestias sibi illatas, additque præmia et coronas talia patientibus apparari. Illi vero omne studium exhibebant, ut nullus in ecclesia Gotthorum tumultus oriretur. Hortabatur autem illos ut negotium quantum poterunt extrahant. Hic enim semper agitur de novi episcopi creatione.

In eadem epistola decima quarta de Hilario quodam episcopo agit Chrysostomus, qui a se per literas petierat facultatem abundi in civitatem suam, pollicitus, compositis rebus, se ad ipsum Chrysostomum reversurum esse. Quia vero ejus præsentia non parum ipsi utilis erat, cum vir pius esset, constantique ac fervido animo, eum Chrysostomus hortatus fuerat, ut postquam illo profectus fuisset, statim ad se rediret; atque Olympiadem rogat de operam, ut epistola sua et celeriter et tuto ipsi reddatur, quod ipse quoque Hilarius peroptabat : si vero non adsit Olympiadi Helladius presbyter, qui epistolas suas reddat, monet illam ut per aliquem prudentem virum illæ reddatur. Cum Tillemontio putamus, hunc Hilarium esse de quo hæc verba profert Palladius (*Pallad. Dialog*) : *Hilarius, vir sanctus et senex, in intimum Pontum pulsus est, plagis concisus, non a judice, sed a Clero : qui decem et octo abhinc annis panem non gustavit, olera sola et frumentum coctum edens.*

Pæanii laudes. — Epistolam item scripsit 204 ad Pæanium, virum piæ, sibi addictissimum, æqui verique amantem, dignitate præstantem, qui multum Constantinopoli et in Imperio toto poterat, et potentia sua ut Christianum decebat utebatur. Laudat vero illum a zelo, a vigilantia, ab animi laboribus, a fiducia et libertate qua episcopis restiterat, cum id tempus requireret, tametsi cum debita moderatione; quodque, cum alii fugerint, alii relegati sint, ipse solus stet, nullumque ordinis desertorem fieri sinat, eosque etiam, qui adversariorum partes sequebantur, ad suas mira suavitate traducat. Illum vero ideo maxime celebrat, quod in uno constitutus loco universi pene

terrarum orbis curam gerat, Palæstinæ vero maxime, Phœniciæ et Ciliciæ. Additque Palæstinos et Phœnices virum ab adversariis missum, nempe Arsacium, non admisisse; in Cilicia vero episcopos Tarsensem et Ægensem a partibus illorum stare, atque ut audierat ipse ab amico suo, episcopo Castabalarum, ipsos a Constantinopolitanis cogi ut illorum iniquitati assentirentur, sed interim tamen resistere. Hortatur porro ille Pæanium, ut multum sollicitudinis et vigilantiam adhibeat, quo huic etiam parti remedium afferat, et ad consobrinum suum Theodorum episcopum scribat: qui videtur esse Theodorus Mopsuestenus Joannis nostri a puero amicus. Pharetrium deinde, Cæsariensem episcopum, revocat in memoriam, cujus iniqua in Chrysostomum gesta superius vidimus: quæ certe nullam veniam merebantur. At cum presbyteri ejus et Clerus omnis pro Chrysostomo starent, ne qua hinc dissensio oriretur, Pæanium hortatur, ut prudenter pro more suo cum illis agat, et Pharetrio dicat, Joannem audivisse quod ipse Pharetrius multo de iis quæ acciderant dolore afficeretur, ac se paratum esse dicat ad quidvis patiendum, ut ea quæ nefarie acta fuerant emendantur. Ait denique se optimè valere, ac vehementer optare ut ejus congressu frui possit.

Cum didicisset illum Constantinopolin reversum esse, gratulandi causa epistolam ipsi misit 220; seque dicit jam non in peregrina regione versari putare, voluptateque perfundi, non quod dignitas illi major obtigerit: dignitatem enim ejus esse animæ virtutem, quæ numquam ipsi auferri possit; seque ideo exultare quod ejus reditus magnam afferat consolationem iis qui vexabantur, torquebantur, in vincula conjiciebantur, qui ad illum tamquam ad latissimum portum confugient. Aliam quoque Pæanio epistolam 93 scripsit, cujus tempus ne conjectura quidem assignari potest. Cum autem adversarii ejus maxime sæverent, aliosque dire vexarent, magis lugendos esse dicit eos qui mala hujusmodi inferrent, quam qui paterentur: his enim coronas, illis supplicia parari. Deinde rogat de valetudine sua certiolem se faciat.

Chrysostomus exsul gregis sui curam gerit.— Licet autem exsul et Constantinopoli procul esset, non minorem tamen sibi commissi gregis curam gerebat, advigilabatque ut presbyteri et Clerus sibi addictus suo fungerentur officio. Ad Theodorum scribens de negligentia Salustii presbyteri queritur (*Epist.* 210), quem nuntiatum sibi fuerat vix quinque homilias ad Octobris usque mensem habuisse: atque ipsum et Theophilum presbyterum, alterum ex pigritia, alterum præ metu ad Collectam non venire. Salustium vero maxime amicum suum ut vehementer excitet precatur: in tanta enim rerum tempestate magnam exhibere fortitudinem et vigilantiam oportere dicit. Eadem de causa ad Theophilum presbyterum epistolam 212 misit, se summopere doluisse significans, quod ille et Salustius raro ad Collectam accederent, ut sibi dictum fuerat: si res secus se haberet, id sibi nuntiaret; sin verum esset, negligentiam emenda-

ret. Ad Salustium deinde epistolam misit 203, ubi eadem fere repetit, ipsum nempe ad Octobrem usque mensem homilias quinque tantum habuisse, Theophilum vero nullam: an id verum sit, sibi indicet rogat; et si res ita se habeat, uterque diligentius rem agat: *Quis enim, inquit, illos veniam dignos censeat, qui dum alii vexantur et in exsilium mittuntur, neque præsentia neque doctrina sua populo tempestate jactato pro virili succurrere student?*

Ad Severinam et Romulam Constantinopoli versantes, epistolam misit 219: quas ex diuturno silentio carpere non audet, sed quia fortassis ex tabellariorum penuria se epistolas mittere non posse dictura erant, Salustium sibi admodum dilectum indicat, qui ad eam rem ipsis opem ferre possit. Valentino quoque scripsit epistolam 217: quem laudat, quod ad ferenda pauperibus subsidia sit semper paratus. Quia vero Domitianus presbyter, cui commiserat Joannes noster ut viduarum et virginum curam gereret, significaverat ipsi, illas fame vexari, ad Valentinum confugit Chrysostomus, illumque obsecrat et orat, ut Domitiano auxilia conferat, additque ea, quæ in tam gravi tempestate ac procella erogantur, majori mercede donari. Precatur etiam ut ad se scribat, quod huic petitioni annuerit. Chrysostomi precibus annuisse videtur Valentinus: nam in epistola 41, postquam dixerat se hanc tertiam epistolam misisse, cum ipse nullam a Valentino accepit, adjicit, se probe scire eum, qui literas suas attulit, cum honore ab illo exceptum fuisse, et in iis rebus, quæ opem ipsius requirebant, quæ sanarum partium erant præstitisse: de cætero obsecrat et pluribus precatur ut literas sibi mittere non desinat. Cum porro Valentinus in honoris gradum quempiam evehctus fuisset, neque id Chrysostomo per literas nuntiasset, epistolam ipsi 116 scripsit, atque redarguit illum, quod rem tantopere sibi gratam ab aliis discere passus sit, neque sibi scripserit. Veram quidem dignitatem esse dicit animæ virtutem, sed quia ipse mundi honoribus ad utilitatem illius uti didicerat, quo potentior evasit, eo latior portus egentibus efficietur.

Philippus et Euthymius presbyteri scholis Constantinopoli præerant; cumque ea, qua decebat, dicendi libertate usi fuissent, ex scholis ejecti fuere. Chrysostomus vero epistolas scripsit 213 Philippo, 218 Euthymio. Philippum vero arguit, quod sibi literas non miserit; utrumque consolatur, hanc jacturam dicens in mercedis locum haberi debere. Plurimas vero alias scripsit epistolas ad presbyteros Severum 101, Acacium 208, Sebastianum 214, Pelagium 215, salutationis tantum et amicitia signa præ se ferentes; neque percipi potest cujus Ecclesiæ presbyteri essent. Symmacho autem presbytero (*Epist.* 45), qui longo intervallo a se distabat, et ærumnia opprimebatur, hæc consolationis verba dicit: Non novum et præposterum esse, si is qui angustum iter tenet prematur, sed iter hujusmodi ad coronas, præmia et æterna bona ducere.

Olympiadis animi firmitas.— Olympias, quæ de

incendio, ut jam dictum fuit, accusabatur, ab inimicis Chrysostomi diris exercebatur molestiis. Minæ sæpe intentabantur: de opum jactura, de exsilio, imo de morte agebatur. Verum illa Chrysostomi monitis et literis roborata, hæc omnia tranquillo animo ferebat, et majorem in dies animi firmitatem consequabatur. Quam rem cum comperisset Chrysostomus, epistolam illi misit decimam septimam, ubi luculenter tantam animi constantiam, in adversis alacritatem, ad omnia dira adversaque paratam laudibus celebrat.

Pentadia quoque iisdem queis Olympias, imo forsasse majoribus exposita ærumnis, fortiter illas et imperturbato animo ferebat, ut legitur in epistola 94: *cujus hic quædam afferenda videntur: Ecquod insidiarum et machinarum genus prætermiserunt?..... In forum te, quæ præter ecclesiam et cubiculum nihil noras, pertraxerunt; a foro ad tribunalia, a tribunatibus ad carcerem. Falsorum testium linguas acuerunt, impudentem calumniam concinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora consumperunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas et cruciatus intulerunt, nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigrent, ut iis quæ videras contraria diceres. At tu inalar aquilæ sublimis volantis, eorum retibus fractis, ad libertatis fastigium virtuti tuæ consentaneum ascendisti: sic te comparans, ut ab ipsis minime circumscribereris; imo etiam, quantum ad hujus incendii crimen attingebat, cujus nomine miseri atque infelices homines maxime gloriabantur, eos calumniæ convinceres. Sic illam in tota epistola laudibus celebrat.*

In altera quoque, quam ad ipsam misit, epistola 104 illam perinde encomiis exornat. Quoniam vero audierat illam de discessu ab urbe cogitare, ab ipsa petit ne de re hujusmodi cogitare pergat: primo, quod concivibus subsidium esset et administriculum iis, qui in laboribus versabantur; secundo, quod anni tempus id facere non permetteret: cum enim imbecillitate corporis laboraret, hiemis tempore et in tanta vi frigoris pedem movere non debebat.

Chrysostomus in morbum incidit. — Hiems autem illa gravior (Anno 405), quam solebat fuit, ut dicit ipse Chrysostomus ep. 6 ad Olympiadem. Ingravescente autem frigore in morbum ille incidit, ita ut ad portas usque mortis, inquit, accesserit, ac per duos menses in lecto decubuerit, stomachi et capitis doloribus, vomitibus, insomniis ex cruciatus: cætera autem aegritudinis incommoda pluribus ille describit. Ubi autem ver advenit, mutatioque aeris, omnia sponte dilapsa sunt; ita tamen ut magna ipsi adhuc in victus ratione cura opus esset. Postquam hæc dixit, ad Olympiadem sermonem convertit, quam ingenti amoris et caritatis affectu se prosequi declarat. Illa vero quoque gravi morbo oppressa, in extremum vitæ periculum venerat; sed cum Chrysostomus hanc illi epistolam scripsit, commoda valetudine fruebatur. Ipsam porro summis laudibus extollit, quod non modo res tam adversas forti et constanti animo fer-

ret, sed eas etiam pro nihilo putaret, aliosque ad paria certamina acueret, et philosophiam omni tempestate superiorem adeptam esset.

Olympiadis virtus et animi firmitas. — Hinc epistolæ responsionem modestia plenam misit Olympias, se non tropæum crexisse dicens, non victoriam retulisse; nec coronam adeptam esse. Reponit Chrysostomus in epistola septima, totum orbem id affirmare, quod ipse in epistola superiore dixerat, et ubique terrarum præclara Olympiadis gesta decantari; licet enim uno in loco res acta fuerit, eam tamen ad terminos orbis pervasisse. Ipsam vero merita et palmas auctiores reddidisse ex modestia sua et animi demissione. Narrat deinde quomodo patria expulsa, domo, amicis et cognatis relictis, alia gravia expectaret, Dei tamen semper gloriam prædicaverit. Demum dicit pejore in conditione eos esse, qui tanta mala inferunt, quam eos qui illa cum gratiarum actione patiuntur; imo vero hi coronis destinantur, illisque supplicia parantur: idque sanctorum exemplo palam facere satagit. Inter mala illa ponit calumniam, de qua beatam Olympiadem ad tribunal adductam incusaverant, quod videlicet ejus opera ecclesia incensa fuisset.

Olympias Constantinopoli pulsa fuit. — Hinc liquet hanc epistolam scriptam fuisse, postquam Olympias Constantinopoli pulsa et in exsiliū missa fuerat. Sozomenus vero dicit (Sozom. l. 8. c. 24) Optatum Præfectum auri summa illam mulctavisse, ipsamque Constantinopoli relicta Cyzicum commigrasse; quasi illa sponte sua Constantinopolin reliquerit. Verum fide dignior Chrysostomus est, qui dicit ipsam pulsam et in exsiliū missam fuisse, idque repetit in epistola decima sexta: *Quid enim est, inquit, civitate pelli, et ex aliis locis in alia subinde migrare, atque undique exagitari et proscribi et ad tribunalia trahi et a militibus raptari, atque ab iis, qui sexcentis beneficiis affecti fuerant, contraria nunc perpeti, ac tum a famulis, tum a liberis vexari, cum horum præmium casum sit, et purissima illa bona, quæ nec verbis ullis explicari queunt, nec finem habent, verum immortalem fructum atque oblectationem præbent?* Sic paucis ille verbis narrat quanta et quam dira passa sit Olympias, etiam postquam Constantinopoli pulsa fuerat. Hæc sibi succedentia mala Olympiadem in mœstitiam conjecerant: quapropter nihil non agit Chrysostomus, ut illam spe futurorum honorum, quæ ejusmodi continuis ærumnis mirifice augenda erant, ad omnia patienter, imo tranquille ferenda inducat.

Anthemio, qui consul hoc anno 405 electus fuerat, ac præterea Præfectus Prætorii erat, epistolam 147 scribit, qua ipsi ut amico gratulatur, magis ob virtutem, quam ob novam dignitatem. Quapropter iis etiam gratulatur, qui injuste lædebantur; imperium enim ejus communem eorum qui injuria afficiebantur partum fore putabat.

Primo vere Chrysostomus valetudinem pene integram recuperavit. Verum Isauri, qui hiberno tempore ad loca sua reversi, ab incursionibus destiterant, in-

eunte vere, per omnes vias effusi sunt; ita ut etiam ingenuas matronas caperent, et viros, qui in eorum manus inciderant, obruncarent. Quapropter cum aditus omnes interclusi essent, Theodoto diacono, cui epistolam 140 scribit, et supra memorata recenset, ut sibi ignoscat petit, quod ea de causa non frequenter illi scripserit. Cum vero sciret illum de valetudine sua certiolem fieri cupere, dicit illi se superiore hyeme gravi morbo ægrotasse, nunc vero paululum recreatum esse; sed ex aeris inconstantia nunc quoque perturbari, etiamque tunc denuo hyemem vigere; sperare tamen, cum æstas effulserit, se morbi reliquias deponiturum esse. Addit corpus suum nulla re æque labefactari, ut frigore, nec rursus ulla re æque juvari, ut æstate et caloris solatio.

Eodem, ut putatur, anno ætatis tempore Theodotus diaconus Chrysostomum invisurus Cucusum venit: ac post discessum inde suum, quem moleste tulit Joannes noster, diu tacuit ille, nec Chrysostomo literas misit. Qua de causa ille epistolam 59 scripsit, qua tantum ejus silentium amico animo carpit, neque posse illum sui excusandi causa Isaurorum metum obtendere, quandoquidem multi erant, qui post discessum ejus Cucusum venerant.

Epistolam 138 ad Elpidium, episcopum Laodiceum, eodem circiter tempore scripsisse videtur. Erat ille sincerus amicus, et tamen se raro illi scripsisse fatetur: verum et anni tempestas et solitudo loci, in quo arctius quam in carcere inclusus tenebatur, et eorum qui se adirent infrequentia, quos tamen non omnes sibi fidos esse putabat, ac denique morbus, qui illum per totam fere hyemem lecto affixerat: hæc omnia, inquit, se ne plures scriberet literas contibuerant, sequè tamen frequentissime illum ut fidum amicum in animo versare.

Eadem circiter tempestate Anatolio scripsit epistolam 205. Erat ille Anatolius *eparchicus*, id est, ut puto, *Expræfectus*; qui postquam Joannes noster in exsilium pulsus fuerat, multa in ejus gratiam dixerat feceratque. Ait vero se, ne ipsi scriberet, longa corporis ægitudine detentum fuisse, ab illoque petit ut de sua suorumque valetudine se literis certiolem faciat.

Chrysostomus Antiochenis scribit. — Cum Antiochenis maxime literarum semper consortium habuit, et cum Clero ejusdem civitatis. Erant autem istic quatuor presbyteri sibi addictissimi atque amicitia nutu conjunctissimi, nempe Castus, Valerius, Diophantus et Cyriacus: his vero hoc circiter tempore epistolam scripsit 130. Orditur autem dicens, caritatis vincula creditore quovis vehementiora esse. Creditor enim postquam debitas sibi pecunias recepit, nihil ultra requirendum habere, sed debita caritatis postquam soluta sunt, eadem manere, imo semper accrescere. Quia vero illi de ipsius valetudine certiores fieri peroptabant, ait ille se stomachi imbecillitate liberatum esse, atque valere, nec obsidione, nec latronum incursionibus, nec loci solitudine, nec adversis casibus conturbari, sed otio, securitate ac quiete frui, ac singulis diebus de illorum statu curam habe-

re, ac cum iis qui accedebant de rebus ad ipsos spectantibus colloquia miscere.

Hæc epistola aliis circumpositis longior est. Verum aliam hanc longiorem ipsi misit, ubi multa enarrat de tentationum et adversitatum fructu: ait vero se, licet epistolæ limites excessisse videatur, sperare tamen ipsos vinculis amoris obstrictos, breviorẽ illam esse putaturos esse. Res ex voto Chrysostomo cessit: longam enim illam epistolam brevem sibi visam fuisse dixerunt, ut in epistola 22 ad ipsos missa narratur. Ea enim est vis caritatis, inquit ille, quæ numquam expleri possit, ita ut si decuplo longior epistola fuisset, brevis tamen visa fuisset amantibus. Hæc autem ille pluribus persequitur. Quoniam vero ipsi hortati illum fuerant ut Romano, presbytero Antiocheno, sanctimonia et morum suavitate insigni, literas mitteret: morem ipsis gerens, epistolam 23 ad Romanum presbyterum misit, quem ut caritatis lege sibi semper adstrictum laudat a morum virtutisque suavitate, qua omnes qui ad ipsum accedebant suos redderet. Rogat autem literas sibi mittat, et se precum suarum subsidio juvet. Romanus vero hæc epistola concitatus, non modo Joanni rescripsit, sed etiam id effecit, ut caritatis et benevolentia erga Chrysostomum suæ fama non in Armeniam tantum, sed et in Cappadociam, *quavis tuba luculentius* pervaderet. Hortatur autem illum ut de valetudine sua sibi frequentius literas mittat, et in precibus sui memoriam non intermittat. Aliam quoque epistolam 222 misit iisdem presbyteris, Casto, Valerio, Diophanto et Cyriaco, qui ipsum ut prolixa sibi epistola responderet precati fuerant. Mutuo autem illos amoris vinculo constrictos deprædicat, optareque se dicit ut congressu frui liceat, sed quia id sperare non poterat, ingentem saltem literarum copiam ad se mittant.

Epistola 93 scripta fuit Aphthonio, Theodoto, Chæreæ presbyteris et monachis, aliisque in sodalitate Zeugmatis versantibus: eorumque precibus sese commendat, ut qui, cum mundo valedixissent et jam in tranquillo portu versarentur, noctes in dies ad precandum commutaverint; insuperque ut de valetudine sua se literis certiolem faciant exoptat. Eadem fere ipsa repetit in epistola 70 ad eosdem missa: in ejus fine dicit, se quidem exacta hieme et exorto vere a gravi morbo liberatum fuisse, sed ipsius reliquias adhuc circumferre, quas augebant etiam Isaurici tumultus: quare in arumnarum solatium literas sibi frequenter mittant exoptat. Sub hæc literas ipsi miserunt Theodorus, Nicolaus et Chæreas, quibus testificabantur se Cucusum ipsius visendi causa venturos fuisse, nisi Isaurorum incursiones impedimento sibi fuissent. His respondit Chrysostomus epistola 146, se tamen ipsos ex affectu tali quasi præsentibus semper habere, nec dubitare se quin aliquando mutata rerum conditione ad se veniant. Se autem ait quiete et otio frui, corpusque suum licet non integra valetudine fruatur, sat commode se habere, et Isaurorum incursiones valetudini suæ officere.

Chrysostomus de propagatione fidei semper sollicitus.

— Numquam ærumnæ, morbi aliæve sollicitudines Joannem nostrum averterunt a sollicitudine propagandæ fidei. Jam vidimus ipsum, qua die exsilii locum petens Nicæam pergebat, scripsisse Constantio presbytero, ut ne ex præsentē tempestate amoveretur ab officio et a re suscepta, sed pro more suo eos, qui adhuc Græcorum superstitioni, seu idololatriæ dediti erant, ad Christianam fidem convertere pergeret, et impiam religionem exterminaret, atque Phœnicæ, Arabiæ et Orientis Ecclesiarum curam gereret. Eadem semper ardens cupidine Chrysostomus ad Nicolaum presbyterum scripsit epistolam 55 : quem Nicolaum opinatur v. cl. Tillemontius eum esse qui, ut modo dicebamus, cum aliis quibusdam Chrysostomo scripsit : quod si non certum, verisimile admodum videtur. Nicolaum illum summopere laudat, quod evangelicæ prædicationi in Phœnicia semper advigilaret, ac monachos illo misisset, atque in tanta rerum difficultate illos istic manere coegisset. Hortaturque illum ut Gerontium presbyterum, quem suum dicit, statim atque a morbo convalescerit, urgeat ut iter illuc suscipiat, curetque ut Joannes quoque presbyter suus una cum Gerontio eodem pergat. Se ipsius Nicolai videndi et amplectendi magno teneri desiderio dicit, sed tamen illum nunc istic manere necesse omnino esse.

Ad Gerontium porro illum supra memoratum, in Phœniciam profectum, binas scripsit epistolas, quarum prima perit; in secunda vero 54 illum cohortatur et obsecrat, ut, quanto major est tempesta, quanto majora ingruentia mala, tanto majore studio et se et alios ad illud operis suscipiendum excitet, cum a morbo convalescerit. Dicit autem se Constantio presbytero id negotii commisisse, ut sive ad ædium extructiones, sive ad sublevandam fratrum inopiam largam illis sumptus et pecunias suppeditet, imo largius quam antea.

Jam vidimus Joannem nostrum munus seu summam pecuniæ, quam Diogenes ipsi miserat, recusavisse, et illi scripsisse ut eam summam in Phœniciam ad evangelii præcones mitteret, et Abraatem, quem sibi miserat ad eam rem expediret : qui vir erat ad eis solatium afferendum idoneus. Joannes vero presbyter eadem de causa in Phœniciam se contulerat : quapropter Chrysostomus illum commendat in epistola 55 Simeoni et Mari presbyteris et monachis in Apameensi regione versantibus : illosque hortatur ut, si quos generosos et præstantes viros nanciscantur, qui ad eam rem auxiliarem manum afferre possint, eos illo mittant. Cum didicisset autem Alphium quendam, quem Joannes presbyter adierat, illum excitavisse, atque in Phœniciam misisse, imo auri summam ipsi dedisse : Alphium ideo celebrat Joannes noster, et ut sibi frequenter literas mittat hortatur.

Tumultus in Phœnicia contra Evangelii præcones.— Exorto magno in Phœnicia tumultu, cum evangelii præcones in ærumnis, et forsitan in periculo versarentur; metuens Joannes noster ne a prædicando evangelio desisterent, epistolam 125 scripsit presbyteris et monachis gentiles in Phœnicia instituentibus.

Hortatur autem cunctos et singulos, ne quis eos ab exortum tumultum in fraudem impellat vel abducat ad Phœniciam relinquendam : quo majores enim difficultates et ærumnæ obijciuntur, eo majora sibi præmia reservari. Cum enim impietatis partem in Phœnicia jam sustulerint, curandum esse ne tantus labor fructu careat. Se ita providisse ait, ut nihil unquam deesse possit, utque omnia ipsis affluenter suppeditentur. Quod si ille in Cucusi solitudine versans tantam illorum curam gerat, multo magis ipsos, quibus omnia abunde suppetunt, quæ suarum partium sunt, abunde præstare debere. Ait vero se religiosissimum Joannem presbyterum misisse qui illos cohortetur. Se demum omnia abunde præstitisse : quod si illi alios se ab officio avertebant audiant, videant in cujus caput tanta jactura cadat.

Sub hæc autem nec multo postea, gentiles Phœnicie in furorem acti, in monachos evangelii præcones insurrexerunt, ac complures vulneribus affecerunt, quosdam etiam occiderunt. Quæ res Joannem nostrum admodum commovit : statimque virum quasi-vit, qui tanto malo remedium afferre posset. Nec magis idoneus sese menti obtulit, quam Rufinus presbyter, cui epistolam ille misit 126, illumque rogavit, imo ursit, ut quam celerrime posset se ad iter illud accingeret : certum enim sibi esse, si preces, lenitatem, mansuetudinem, patientiam, et eam qua pollebat animi fortitudinem adhiberet, ipsum vel aspectu solo adversarios in fugam acturum esse. Ait vero se, cum primum ejus in Phœniciam adventum audierit, tunc sine cura et in securitate futurum esse. Mirari vero se dicit, quod cum Theodorus presbyter ad se venisset, nullas ipsius Rufini literas sibi attulisset : quapropter hortatur illum ut, cum in Phœniciam proficiscetur, in singulis mansionibus sibi literas mittat : quod si fratres adhuc illo mittere oporteat, id sibi notum faciat. De sanctorum vero martyrum Reliquiis, quas poposcerat, ne ultra curet hortatur : se enim Terentium presbyterum misisse ad Otreium, Arabissæ episcopum, qui multas ac minime dubias Reliquias habebat, quas paucis postea diebus in Phœniciam ipsi missurus erat.

In epistola quoque 28 ad Basilium presbyterum, dicit illum, quem de facie numquam viderat, adversus gentiles decertare, ut eos ad viam veritatis deduceret : utrum autem in Phœnicia id ageret, incertum. Prior illi literas misit Chrysostomus, pietatis ipsius fama commotus, hortaturque illum ut subinde sibi literas mittat.

Constantius presbyter a Chrysostomo missus vexatur.— Dixit supra Joannes noster in epist. ad Gerontium 54, se Constantio presbytero commisisse, ut iis, qui in Phœnicia gentiliū conversioni dabant operam, pecunias abunde suppeditaret. Neque explicat ibi qua de causa Constantius, qui Chrysostomi lateri hærebat, in illas partes iter suscepit : verum in epist. 62 Casto, Valerio, Diophanto, et Cyriaco, presbyteris Antiochenis, ipsum commendat ut inique vexatum ob quoddam ignotum nobis negotium, precaturque ut curent, ne huc atque illuc circumagatur,

neve per judicium tribunalia eam ob causam distrahat-
tur atque laceretur, ob quam eum ornari, ac publico
præco iio celebrari par erat. Illum vero Cucuso ad
illud negotii proficisci non ita necessarium putaverat,
ut in epist. 76 ad Chalcidiam dicit; et alioquin me-
tuebatur ne in Isaurorum manus incideret. Chalcidia
vero et Asyncritia in partem ærumnarum, quæ Con-
stantio inferebantur, veniebant, illumque dire vexa-
tum videntes admodum dolebant. Quapropter in epist.
60 ipsas consolatur.

Isauri semper vias regionesque vicinas infestabant;
sed hiemis tempore aliquando saltem receptum ha-
buisse dicuntur. Verum in hieme quoque aliquando
erupisse palam esse videtur ex iis, quæ in mox me-
morandis epistolis narrat Joannes noster. Ad Alphi-
um scribens epist. 35, dicit, se illi sæpius scripturum
fuisse, nisi hiems et prædonum impetus vias infestas
redderet. Narrat vero Alphi-um amicitia conjunctissi-
mum sibi dona misisse, sed nihil se recepisse; eum
enim qui afferebat metu prædonum pedem retulisse:
monetque illum ut a mittendis donis absteineret; se
enim ingentium donorum loco ejus sinceram et ar-
dentem benevolentiam habere. Eadem fere ipsa dixit
in ep. 49 ad eundem Alphi-um, quem laudat, quod
eos, qui cum pietate viverent, recreare studeret, id
est, muneribus suis quietem illis conciliare.

Monachi duo Romulus et Byzus in solitudine dege-
bant, et pietatis fama celebrabantur. His misit Chry-
sostomus epistolam 56, qua se summopere efflagi-
tare dicit, ut ipsi Cucusum veniant, ut tam religiosos
viros ipsis oculis conspiciere possit. Quia vero tum ob
itineris longitudinem, tum ob hiemis tempus, tum ob
Isaurorum metum id minime licebat, literis suam
erga eos benevolentiam voluit testificari, hortatur-
que illos ut sibi rescribant et de salute sua certiores
se faciant. Hypatio etiam presbytero venerandæ æta-
tis viro scripsit epist. 97, qua illum in ærumnis con-
solatur. Sed longiore eidem misit epist. 180, et
quem jam in aliis literis laudaverat, hic quoque cele-
brat, quod in tanta senectute populum religionis causa
vexatum foveret et confirmaret: seque dicit sæpius
ipsi scripturum fuisse, nisi tum hibernum tempus,
tum prædonum metus obsessent: diaconorum etiam
Eusebii et Lamprotati, qui ærumnarum Hypatii con-
sortes erant, mentionem facit. Danieli quoque pre-
sbytero scripsit epist. 199; quem laudat et admodum
celebrat a patientia, fortitudine, loquendi libertate,
quam cum sociis suis exhibere non desinebat, sibi-
que ait in hieme versanti ac prædonibus vexato scri-
bere non desinat.

Hæc ipsa, ut putatur, hieme epistolam accepit
Theodoti diaconi, qui summopere illum invisere et
Cucusum proficisci cupiebat, sed hibernum tempus
et negotiorum difficultas impedimento fuerant. Huic
epistolam ille misit 44, utque suaserat ipsi Theodotus,
ad plurimos alios scripsit; non autem ad Carteriam,
quam cæteris adjunxerat Theodotus, quia nuper ipsi
litteras miserat, et quia didicerat illam longam iniisse
peregrinationem; precaturque Theodotum ut Marcel-

lianum et fratrem conveniat, et cum illis agat, ut, si
quando Carteriæ scribant, se apud illam purgent, ut
qui non per negligentiam tacuerit. Epist. vero 43 ad
Bassianam misit, quam arguit quod sibi literas non mit-
tat, quod tamen facile possit, cum præsto habeat Theo-
dotum diaconum, qui mittendi facultatem dare possit.

Hoc ipso anno epist. 148 misit ad episcopos, Cyria-
cum, Demetrium, Palladium, Eulysium, qui Romam
confugerant, et de quibus mox mentio habebitur. Hos
vero beatos et ter beatos dicit, ob sudores, ærumnas,
labores et pericula, quæ pro omnibus orbis Ecclesiis
subierant: qua de causa etiam ab universis sanæ
mentis hominibus celebrabantur, et amplam a Deo
mercedem erant accepturi. Dicit autem Cyriacum dia-
conum, qui Romam navigaturus erat, nunc proficisci
non potuisse, quod multo labore confectus esset. Sed
Joannem presbyterum et Paulum diaconum, cum un-
dique vexarentur, et nusquam consistere vel delite-
scere possent, Romam ipsos adire coactos fuisse, ro-
gatque cum caritate ipsos excipiant.

Arsacius moritur, et Atticus in sedem C. P. intruditur.
— Jam ad alia evocamur, quæ etsi prorsus rerum
faciem non mutaverunt, multa induxerunt nova. Tertio
namque idus Novembris Arsacius, qui Constantino-
politana sedem invaserat, seu potius in eam in-
ductus fuerat, obiit: vir quem laudibus extollit So-
crates (*Socr. l. 6. c. 20*); Sozomenus vero dicit fuisse
illum mansuetum et religiosum, sed laudem illam
minuisse clericos quosdam, qui omnia pro lubito
agebant (*Sozom. l. 8. c. 27*): verum infamia quadam
notasse illum ea, quæ contra Chrysostomi fautores
gesta sunt. At deliro seni non sua fortasse, sed aliorum
facinora, hanc notam invexere. Ut res est, Græci
illum in Menæis suis sanctorum numero adscripsere.
Tantæ sedis ac dignitatis occupandæ cupidine ducti
plurimi, machinas omnes intendere: demumque At-
ticus presbyter, ex ambientibus unus, qui contra
Joannem Chrysostomum episcopum suum, cum in
exsilium pelleretur, multa moverat, electus ordina-
tusque fuit: vir industrius, mediocriter doctus et
eloquens, erga eos autem, qui partes suas non secta-
bantur, ardens et terribilis.

Episcopi plurimi Romam confugiunt. — Ex Oriente
Romam multi advenerant (*Pallad. p. 26, 27*), tum ut
fuga securitati suæ consulere, tum ut Innocentium
Papam de calamitatibus, quæ Orientalem Ecclesiam
divexabant, informarent, atque eum ut remedia ad-
hiberet inducerent. Cyriacus, Synnadorum episcopus,
nullis instructus epistolis, sed ad eam rem tractandam
idoneus, edictum Imperiale ostendebat, quo edice-
batur, ut quisquis cum Theophilo, Arsacio et Por-
phyrio non communicaret, ab episcopatu arceretur,
et quidquid opum vel facultatum haberet amitteret.
Post eum Eulysius, Apamæ in Bithynia episcopus,
venit: qui literas afferebat quindecim episcoporum e
Synodo Joannis, et optimi senis Anysii, Thessalonices
episcopi, et præsentem et priorem totius Constanti-
nopolis direptionem testificantes. Anysius vero dice-
bat se iudicio Romanæ Ecclesiæ acquiescere.

Elapso mense accessit Palladius, Helenopoleos episcopus, se furorem magistratus declinandi causa fugisse narrans, et quæ tunc dira exercebantur significans. Post Palladium venit Germanus presbyter, et cum illo Cassianus diaconus, in toto orbe Christiano celeberrimus: qui literas afferebant totius Cleri Joannis Chrysostomi, testificantes episcopum suum tyrannice in exilium actum esse per factionem Acacii Beroensis, Theophili Alexandrini, Antiochi Ptolemaidos, et Severiani Gabalorum. Ad hæc breviculum ostenderunt, quo pretiosa vasa tradiderant coram iudicibus, Studio Præfecto urbis, Eutychiano Præfecto Prætorii, Joanne Comite thesaurorum, Eustathio Quæstore et Tabulariis, in auro, argento et vestibus, calumniam Joanni episcopo conflictam propulsantes. Qua de re actum est, cum de expulsionem Chrysostomi verba fecimus.

Post illos rediit, qui jam ante venerat Demetrius, Pessinuntis episcopus, qui Orientem percurrerat, prædicans Romanorum communionem cum Joanne episcopo, ostensis Innocentii Papæ literis; tunc autem afferens literas episcoporum Carie, qui Joannis communionem amplectebantur, aliasque presbyterorum Antiochiæ, qui Romanam disciplinam sequebantur, deplorabantque Porphyrii ordinationem contra jus f. s. que inducti.

Post illos omnes venit Domitianus presbyter, œconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et Vallagas quidam, presbyter Nisibenus, narrans monasteriorum Mesopotamiæ afflictionem. Hi etiam protulerunt Acta Optati Præfecti, in quibus ferebatur honestas mulieres ex genere consulum diaconissas Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in oculis populi ad eum adductas, coactas fuisse aut cum Arsacio communicare, aut fisco dare ducentas auri libras. Ascetæ quoque et virgines aderant, ostendentes sulcata latera in equuleo, et in tergo verberum notas.

Innocentii Papæ literæ. — His inspectis omnibus Innocentius Papa Chrysostomo, a quo literas acceperat, rescripsit, et ad patientiam in tanta subeunda calamitate cohortatus est (*Sozom. l. 8. c. 26*). Episcopis etiam, presbyteris, diaconis et universo Clero Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui sibi literas miserant, per Germanum presbyterum et Cassianum diaconum respondit, tantum malum sibi renuntiari dicens, ut sola patientiæ consolatione sanari posse putet. Tum eos, qui non auditum Joannem damnauerunt, ut facinorosos improbat: necessariumque esse ait Synodum cogere, quæ de tanta re possit discernere. Se vero omnia, quæ ipsi narrabant, audivisse dicit a coepiscopis suis Demetrio, Cyriaco, Eulysio et Palladio, qui tunc Romæ erant.

Innocentius Papa et Honorius Imp. Synodum œcumenicam celebrari cupiunt. — De Concilio igitur Œcumenico cogendo ad Honorium Imperatorem tunc Ravennæ versantem scripsit. Qui rem summopere probans jussit Occidentalium Synodum cogi. Coacti igitur episcopi Italia, ut ait Palladius (cæteræ namque Occidentis provinciæ et regiones septentrionalium na-

tionum invasionibus laborantes, vix poterant in Italiam episcopos suos mittere): una fuit autem episcoporum sententia; nimirum ut tanto malo remedium afferretur, necessarium esse Concilium œcumenicum Occidentalium simul et Orientalium, et Thessalonicæ indicendum esse, ut facilius Orientis et Occidentis præsules illo accurrere possent. His assentiens Honorius, Romano Pontifici Innocentio scripsit, ut episcopos quinque Constantinopolin mitteret, presbyteros duos, et diaconum, qui suam ad fratrem Arcadium epistolam afferrent.

Epistolam igitur Arcadio fratri scripsit, quam ipsi tertiam ea de re mittere dicit, rogatque episcopos Orientales curet Thessalonicæ congregari, cogatque Theophilum, qui omnium malorum causa esse ferebatur, Concilio adesse. Se legatos ipsi mittere probos et veri amantes, quos ut bene excipiat hortatur. Qui vero missi fuere legati, erant episcopi Æmilius, Cythegius, Gaudentius et Marianus; quintus autem a Palladio non nominatur: presbyteri autem duo erant Valentinianus et Bonifacius.

Anysius vir jam senex et probus, episcopus Thessalonicensis, literas Eulysio dederat, ut vidimus, Innocentio Papæ afferendas, quæ se pro Chrysostomo stare testificabatur. Muic summas gratias egit Chrysostomus in epistola 162. Eam tardius quam par fuisset se misisse testificatur, ob loci solitudinem. Virumque laudat a fortitudine et constantia, hortaturque ut pari virtute pergat Ecclesiam defendere. Epistolam quoque 163 misit ad episcopos omnes Macedoniæ, eadem ferme ipsa ferentem. Illorum autem undecim in titulo nomina profert, agmenque ducit Anysius Thessalonicensis; ad cæterosque omnes etiam non nominatos dirigitur. Epistolam quoque 164 misit ad Alexandrum, Corinthi episcopum, amicitia sibi conjunctum, de quo tamen queritur quod literas nullas ad se mittat.

Chrysostomus Isaurorum incursionibus cogitur sedes mutare et Arabissum confugere. — Jam diu Isaurorum incursiones regionem illam et omnia circum loca infesta habuerant. Verum anno 403 vertente, et initio sequentis 406, longe acrius insilitere; et cum periculum esset ne Cucusum, non ita munitum locum, invaderent caperentque, Joannes noster ad fugam capessendam coactus est: ac securitatis causa in asperissima hieme loca subinde commutavit, ita ut modo in urbibus, modo in terræ faucibus et saltibus, versari compelleretur. Tandemque Isaurorum tumultu tantisper sedato, loca deserta relinquens, Arabissum confugit, in quo oppido arx erat reliquis omnibus vicinis locis tutior, in arce autem sedes habuit, in oppido enim tuto versari non poterat.

Hæc porro narrat ipse Joannes noster in epistola 69 ad Nicolaum presbyterum. Addit autem esse sibi hanc sedem omni carcere deteriorem. Præterquam quod enim Isauri quotidie omnia invadebant, atque igni et ferro tum ædificia, tum corpora delebant, famem etiam, quam et loci angustia et multitudo eorum qui illo confugebant, minabatur, pertimo-

accibat ille. Ad hæc vero diuturni morbi quem et hiems et perpetua fuga pepererat, etsi jam sedatus erat, tamen reliquias adhuc ille circumferebat. Vix autem quisquam ad illum commeari audebat, quod vix undique interclusæ essent. Eadem ferme ipsa repetit in epistola 70 ad Aphthonium, Theodotum et Chæream presbyteros et monachos, quid ad illum proficisci peroptabant; sed quia in tali rerum conditione illud iter suscipi non nisi cum grandi periculo poterat, hortatur illos ut sibi per crebras literas consolationem pariant.

In epistola vero 127 ad Polybium ait, sibi jam adimi literarum solatium per nivis ingentem vim, quæ vias omnes intercluserat; sed magis invium inaccessibilemque reddi locum ab Isaurorum terrore; qui tantus erat, ut nemo domi manere auderet, omnesque aufugerent, ita ut urbes tunc parietes tantum et tecta essent, prærupta autem et saltus in urbes mutarentur. Tantus scilicet erat Isaurorum furor: alios jugulabant vel comburebant, alios ex captivis servos efficiebant. Adolescentes quoque in mediis noctibus aufugere coacti in nivium congerie frigore obrigescens moriebantur. Superiora brevius recenset in epistola 134 ad Elpidium episcopum, atque se sedes sæpius mutavisse, neque in castello, in quo tunc quasi in carcere inclusus manebat, satis tutum esse: Isauri namque hujusmodi arces obsidere non dubitabant. Quapropter petit ut ignoscat sibi, si raro ipsi literas mittat, rogatur frequenter ille, cui hæcebat, id muneris exsequatur.

Epistolas item duas scripsit 67 et 68 ad Theodotum diaconum sibi addictissimum, in quarum altera dicit: *Tot Armeniae mala sunt, ac tempestas altera omnia exceperit: nam quocumque tandem quisquam venerit, cruentos torrentes, cadaverum agmina, domos solo aequatas, urbes eversas perspicit.* Oppidi autem Arabissi episcopus erat Otreius Chrysostomo amicitia eonjunctus, ut liquet ex epistola 126 ad Rufinum. In epistola 135 Theodoto diacono gratias agens, quod sui invisendi causa jam in asperrima hieme venisset, et quod secundo Arabissum venturus fuisset, nisi Isauri vias præclusissent, se quidem magna quiete et otio frui ait, tamenque obsidionem in dies ingravescere. *Jam, inquit, media nocte præter omnem expectationem trecentorum Isaurorum agmen oppidum percursavit, peneque nos cepit.* Putat v. cl. Tillemontius his significari Isaurorum illud agmen in oppidum ingressum fuisse; quod tamen non videtur Joannes his verbis significare. Imo, si in oppidum ingressi fuissent, cædes haud dubie, direptiones, aliaque mala intulissent, quæ Chrysostomus describere non neglexisset.

In epistola vero 70 ait se cum gravi corporis aegritudine conflictari. At in epistola 131 ad Elpidium gravem dicit accessisse morbum, cujus adhuc reliquias circumferebat: quod ipsum dicit in epistola 138. Ad Olympiadem vero scribens epistolam 15 ait, se e gravissimo omersisse morbo, sed morbi reliquias adhuc circumferre: et adesse sibi quidem medicos optimos,

sed necessariarum rerum inopiam, medicinæ utilitatem labefactare; nec modo abesse medicamenta cæterasque res, verum etiam famem et pestem imminere; hæcque mala Isaurorum incursiones parturire, qui omnes vias intercluderent, hincque periculam creati iis qui iter facerent. Andronicum enim quemdam ait in illorum manibus incidisse, atque ab iis spoliatum, sic salvum tamen evasisse.

Constantius presbyter in Cyprum fugit. — Non ipsi semper præsto fuere medici: nam in epistola 105 ad Chalcidiam ait se medicorum penuria laborare. Hæc vero Chalcidia virtute singulari prædita, quæ magnas per vitam suam ærumnas passa fuerat, in omnium gravissimam tunc inciderat. Illam vero solatur Chrysostomus, fluxa esse præsentia tum bona tum mala dicens, et ærumnas quanto graviore sunt, tanto majora præmia et coronas conciliare. Hanc vero novam Chalcidiæ ærumnam esse posse opinatur Tillemontius Constantii presbyteri sibi conjunctissimi et Chalcidiæ addicti casum illum, qui a Palladio narratur (*Pallad. Dialog.*): cum videlicet Porphyrius Antiochenus, ægre videns illum ob singularem pietatem in pretio haberi, pecuniis impetravit Imperatorias literas, quæ ille ut populi perturbator in Oasim relegabatur. Quod ut rescivit Constantius, amicorum subsidio in Cyprum aufugit.

Theodotus vero diaconus Chrysostomo addictissimus, de quo supra loquebamur, in asperrima hieme ipsum invisurus Arabissum venerat, atque iterum venturus erat, nisi Isauri vias præclusissent. Eodem circiter tempore et fortasse cum Theodoto diacono, ad Chrysostomum venit Theodotus alter lector (*Epist. 61*), filius Theodoti ex consularibus, quem pater miserat ad Chrysostomum, ut ipsius doctrina et exemplo in vera philosophia, quam profitebatur, radices ponere valeret; eodemque tempore Theodotus pater munera Chrysostomo misit, precabaturque illum, ut filium suum apud se retineret. Respondit vero Joannes noster se jam a Theodoto tantum munus accepisse, cum filium suum tanta virtute præditum sibi misit, ut summopere miretur, quod aliis quoque se numeribus cumulare voluerit: quapropter munera isthæc ipsi remisit; filium vero ejus se libentissime retenturum fuisse dixit, sed quia Isauri omnia circum ferro igneque populabantur, ipseque quotidie sedes mutare cogebatur, ideo se illum Theodoto diacono misisse, mandasseque illi ut Theodoti lectoris assidue curam gereret, in idque magno studio et diligentia incumberet.

Theodoti lectoris historia. — Theodotus autem lector postea apud Chrysostomum sese excusavit quod ab illo secessisset: discessus vero causam fuisse dicebat, tum quod oculorum infirmitate laboraret, tum quod nimium frigus extimesceret: dicebat etiam aliquos esse qui sibi insidias struerent, id est, ut ex sequentibus liquet, qui patrem suum adversum se concitarent. Reponit Chrysostomus in epistola 136, se Theodotum quasi presentem semper habere, atque animo complecti; hortaturque illum ut mala quæque

præsentia spernat, utpote fluxa, quæ semper manentibus præmiis compensentur, atque ut assidue Scripturam sacram legat, quantum per oculorum imbecillitatem licebit. Cum porro mœroris causæ Theodoto lectori semper increscerent, patris ut videtur exasperatus animus et oculorum imbecillitas; his de causis ad Chrysostomum scripsit: qui ea qua par erat consolatione illum recreavit in epistola 102: circa oculorum invaletudinem hortatur illum ut medicos consulat, et ad rem tantam advigilet. Patri haud dubie scripsit Chrysostomus, ut illum cum filio pacatius agere curaret. Quæ res ex voto cessit illi, ut liquet ex epistola 141. Nam cum Theodotus lector Chrysostomo scripsisset se a patre honorifice exceptum fuisse; ille Theodoto exconsulari patri rescripsit, gratias agens quod rem ita composuerit, hortaturque illum ut cum pari affectu deinceps procedat.

Armenie mala quanta. — Theodoto etiam diacono fidelissimo suo scripsit, postquam is Arabisso discesserat, se absentia ipsius maxime torqueri declarans, tot nempe malis circumseptum (*Epist.* 67). Queritur etiam se infrequentius literas ab illo directas accipere; fatetur tamen tabellariis interclusas esse vias: rogat ergo, si pauciores, longiores saltem epistolas mittat. In sequenti autem 68 se duas ejus epistolas accepisse ait cum ingenti lætitia, et ut frequenter id faciat cohortatur. Hinc quanta essent Armeniæ mala describit. Ibi tunc videre erat cruentos torrentes, cadaverum agmina, domos solo æquatas, urbes eversas. Sub hæc autem Theodotus quoque conquestus est, quod pauciores ipse Chrysostomi literas acciperet. Respondit ille in epist. 137, Theodotum totidem literas, una minus a se accepisse, quot ipse acceperat. De cætero hortatur ut quam sæpissime poterit ad se scribat; si autem vel anni tempestas vel Isaurorum incursus id prohibeant, cum ejus animus sibi exploratus sit, hinc se amplam diuturni silentii consolationem accepturum esse.

Plurimas quoque alias, Arabissi inclusus, epistolas scripsit, in quibus ad diversos eadem ferme recenset, se nempe inclusum ibi manere, cum ægritudinibus conflictari, Isauris omnia circum depopulari, oppida, vicos et campos humano sanguine cruentare, vias interclusas esse, ita ut literas vel mittere vel recipere rarissime possit. Ubi consideres velim, quam nefando odio et livore inimici ejus ducti fuerint: neque enim satis habuere illum ex sede sua depulisse, sed in loca illa deserta, incursionibus barbarorum funestata, abduci curavere. Imo vero, quia tanti viri fama et sanctionia innumeros in loca illa tam procul posita attrahebat, in extremos, ut mox videbimus, imperii fines illum postea amandari curavere. Arabisso autem Cucusum rediisse putatur anno 406.

Chrysostomus ad Occidentales Episcopos literas mittit. — Cum porro sciret Chrysostomus Occidentales episcopos a partibus suis stare, et ea quæ Constantinopoli et in expulsiōne sua et postea gesta fuerant vehementer improbare, epistolas bene multas ad eosdem episcopos misit, et quidem per Evethium pre-

sbyterum, quem in Occidentales partes misit. Quæ 152 inscribitur, ad episcopos missa significatur, nec in titulo Occidentales memorantur. Sed a principio ad Occidentales dirigi indicatur his verbis: *Et privatim singulis et universim omnibus gratias vobis deferre debemus, non nos duntaxat, sed etiam omnes Orientales episcopi, diversarum urbium clerici, ac laici vario modo pulsati, quod paterna viscera exhibentes, vicem nostram doluistis, fortiterque stetitis.* Hortaturque illos ut in cœptis persistent. In sequentibus quoque epistolis ad eosdem missis 153 et 154, ut eandem semper in resuscepta fortitudinem exhibeant obsecrat, et perturbationem illam, quæ Orientales Ecclesias invaserat, sedare conentur.

Inter episcopos autem illos, qui Chrysostomi partes amplexi fuerant, eminebat Chromatius, episcopus Aquileiensis, qui tuba clarius, inquit Joannes noster, pro causa ipsius et contra adversarios suos declamabat. Hujus conspectu atque congressu frui peroptabat Chrysostomus; sed quia illud temporis conditio non ferebat, Evethium presbyterum, qui sibi a latere semper stabat, ad illum misit, precans ut benigne exciperet, ac redeunti literas daret sibi afferendas; tum etiam, si tabellarios nancisci posset, de salute sua certiosem se faceret. Hic vero Chromatius ad Joannem nostrum scripsit, ut memorat Palladius in Vita Chrysostomi. Hujus etiam mentio habetur in epist. Innocentii ad Chrysostomum. Hunc quoque Chromatium Aquileiensem honorifice commemorat Hieronymus præfatione in librum Paralipomenon et in epistola 66.

Episcopis etiam Occidentalibus, qui ad Arcadium Imp. Concilii œcumenici postulandi causa veniebant, per Evethium presbyterum epistolas misit 156, 157, 158, 159, iisdem pene verbis conceptas, fortitudinem laudans, precansque, ut constanti animo in re tam bene cœpta perseverent. Ad hæc vero epistolam scripsit 160 *Episcopo, qui ab Occidente venerat*, ita concinnatam, ut posset singulis Occidentalibus episcopis offerri. Presbyteris etiam Romanis, qui cum episcopis in Orientem venerant, literas misit ep. 161, per eundem Evethium afferendas. Qui Evethius etiam peculiarem epistolam 162 ad Anysium, Thessalonicensem episcopum, attulit, similiterque alteram 163 ad Anysium cæterosque omnes Macedoniæ episcopos, quorum undecim nominantur; et eam insuper, quæ 164 inscribitur, ad Alexandrum Corinthi episcopum, de quo amice queritur, quod sibi literas nullas mittat.

Episcopis etiam illis Orientalibus, qui sui causa Romam se contulerant, et cum Occidentalibus episcopis ad Imperatorem Arcadium migrabant, epistolas misit 165, 166 et 167: quas eidem Evethio presbytero ipsis tradendas consignavit. Gaudentio quoque, Brixiano episcopo, quem jam olim noverat, epistolam 184 scripsit, laudatque illum a constantia et fortitudine atque a perseverantia, et paucis indicat jam de rerum summa agi.

Legati itaque (*Pallad. Dialog.*), Amilius Benaventis episcopus, Cythegius, Gaudentius, Marianus, et

alius cujus nomen expressum non fuit; presbyteri vero Valentinianus et Bonifacius, et diaconus unus, acceptis literis Honorii Imperatoris, Innocentii et Italorum episcoporum, Chromatii Aquileiensis, Venerii Mediolanensis et aliorum, instructi etiam commonitorio Synodi Occidentalis, Roma profecti sunt una cum Cyriaco, Demetrio, Palladio et Eulysio episcopis Orientalibus, qui Constantinopolitani dissidii causa Romam venerant. Ut autem ex Palladii dictis liquidum est (*Pallad. Dialog.*), nondum sciebant illi Atticum post Arsacii mortem sedem Constantinopolitanam invasisse. In commonitorio autem Occidentalis Synodi dicebatur, Joannem in iudicium accedere non debere, nisi prius ipsi restituta fuisset et Ecclesia et *communio*: jure namque conquerebatur ille, quod et absens et indicta causa damnatus fuisset.

Episcopi ab Honorio Imp. ad Arcadium missi, male excipiuntur. — Consensu igitur navi versus Græciam vela dederunt, cumque jam prope Athenarum littora pervenissent, a tribuno quodam detenti fuere, qui centurionem illis adjunxit, jussu cohibere ne Thessalonicam, quo se conferre atque Anysio literas dare volebant, appellerent (*Pallad. supra*). Conjectos igitur in navigia duo dimisit. Infructu autem vento vehementi, Ægeum mare et freta sine cibo trajecerunt, et tertie diei hora duodecima (*Pallad. Dialog.*). Constantinopolin appulere prope suburbanum Victoris. Ubi retenti ab exactoribus portuum, jussu cujusdam sibi ignoti, retro discesserunt, et inclusi fuere in arce quadam Thraciæ maritima, cui nomen Athyra; Romani quidem in una domuncula, ii autem qui cum Cyriaco erant in diversis separatim, illicque vexati sunt, ita ut ne famulus quidem præsto esset, qui illis ministraret.

Ait porro Sozomenus (*Sozom. l. 8. c. 28*), Joannis adversarios Imperatori Arcadio, credulo nimis et imbecillo, suasisse, id in contumeliam Orientalis Imperii factum esse; atque hinc evenisse ut illi cum ignominia dimitterentur, Joannes autem longius, in oppidum scilicet Pythientem, transferretur.

A legatis vero Romanis petebant ii, qui tam dire illos vexabant, literas Imperatoris et episcoporum. Responderunt illi, se non nisi Imperatori ipsi et episcopis posse literas illas dare. Cum vero persisterent illi negantes, venit primo Patricius notarius, tum alii id ipsum petentes, demumque Valerianus Cappadox ex militum numero, læso Mariani episcopi pollice, Imperatoris et aliorum literas ipsi abstulit.

Postridie autem vel aulici Imperatoris, vel ipse Atticus, miserunt eis qui tria millia numismatum offerrent, si cum Attico communicare vellent, et de Joannis iudicio tacerent. His rejectis, illi ad preces conversi sunt, ut cum nihil possent pacifice peragere, ob tantam scilicet inhumanitatem, Ecclesias suas repetere sine periculo possent. Idque ipsis, inquit Palladius, variis revelationibus declaratum fuit; ita ut etiam diacono S. Emmelio Paulo, viro mitissimo et prudenti, Paulus apostolus apparuerit. Valerianus ergo tribunus illos in putridam navem immisit, mercede, et rumor erat, nauclero data, ut navigantes illos per-

deret, adjunctis etiam viginti militibus: sic illos statim Athyris expulit. Cum tanto igitur periculo navigantes Lampsacum appulerunt, et mutata navi vicesimo die Hydruntem applicuere. Nec quidpiam ediscere potuere vel de beato Joanne vel de quatuor Orientalibus episcopis qui secum Roma veuerant.

Cum episcopis Orientalibus Roma redeuntibus asperime actum est. — Quod spectat ad episcopos illos Orientales, rumor statim fuit illos in mare demersos fuisse (*Pallad. Dialog.*); at illos in extrema Imperii et apud barbaros ablegatos fuisse deprehensum est. Nam ut quidam diaconus retulerat, Cyriacus Ene-senus Palmyram ductus in Per-arum castello erat, octoginta milliaribus ultra Emesam; Eulysius vero, Bostrorum episcopus, in castello Arabum, Misphas dicto, trium dierum itinere Bostris distante; Palladius Sycen in vicinia Blemnyum et Æthiopum, Demetrius in Oasi Mazicibus proxima.

A militibus autem, qui eos in assignata loca deduxerunt, tam aspere habiti sunt, ut mori præoptavissent. Pecunias enim, quas sumptserant, abreptas inter se partiti sunt, et in vilia jumenta ipsos conjicientes, bidui iter uno die conficiebant multa nocte illos in diversoria immittentes, et summo mane ante lucem proficisci cogentes, ita ut ne miseris quidem escas stomachus retinere posset. Turpibus etiam et inhonestis verbis illos impetere non timebant: Palladio etiam famulum abstulerunt, vim ipsi inferentes ut tabellas deponeret. Demetrium autem unus ex ductoribus ita vexavit, ut cum Zibinam multa nocte pervenerit, statim ille gravissimis toto corpore doloribus cruciatus, vivendi finem fecerit: ita ut qui hæc viderunt omnes Dei vindictam agnoscerent. Palladius vero jam prædixerat: In hoc itinere miserabiliter peribis.

In tanto itinere sanctos viros Ecclesiis appropinquare non sinebant, sed diversoria petebant, ubi meretricum erant agmina vel synagoge Samaritanorum aut Judæorum, præcipue autem Tarsi, ubi in angustias redacti sunt. Unus vero ex episcopis alios solatus est, dicens his omnibus Deum gloria affici, multasque ex illis meretricibus, quæ in Dei oblivione venerant, aut eum ne norant quidem, visis episcopis ita vexatis, in timorem Dei venisse, et forte conversas fuisse.

Plerique autem ex episcopis (*Pallad. Dialog.*), qui Theophilo hærebant, non modo humanitatem nullam erga episcopos illos exhibuerunt, sed etiam innumeris prætorianos induxerunt ut cum illis aspererent. Qui autem præcipue huic vexationi operam dedere, erant episcopi Tarsi et Antiochiæ, Eulogius Cæsareæ Palæstinæ; ante omnes autem episcopus Ancyræ, et Ammonius Pelusii, qui tum donis, tum minis milites adversus eos magis exasperabant, ut ne laicis quidem illos excipere volentibus id permitterent.

Sæcus autem fecere alii episcopi, qui a Palladio cum laude commemorantur; nempe Cappadociæ secundæ episcopi, qui cum lacrymis exsulibus episcopis condoluere. Inter eos autem eminuerunt Theodorus, Tyanorum episcopus, Bosporius Coloniæ, qui

quadragesimum octavum annum in episcopatu agebat; Serapion Ostracinae, qui ab annis quadraginta quinque episcopale munus gerebat. Hi in partem ærumnarum, quæ tunc obruebantur exsules episcopi, commiseratione sua venerunt, ut in partem præmiorum in futuro iudicio admitterentur.

Attici in sedem C. P. intrusi molimina. — Atticus vero, omnium contra Joannem moliminum artifex, cum videret neminem fere Orientalium episcoporum secum communicare velle, imo vero ab se segregatum manere populum Constantinopolitanum, Joanni ut antistiti suo addictissimum (*Pallad. Dialog.*); Scripturarum sacrarum legumque divinarum expertus cum esset, ab Imperatore literas impetravit, ut vel nolentes ad se converti cogeret. Rescriptum autem Imperatoris hæc ferebat: *Si quis episcoporum non communicat cum Theophilo, Porphyrio et Attico, Ecclesia quidem ejiciatur, et a propriis facultatibus abigatur. Hoc publice prolatum edictum id effecit, ut ii qui facultatibus pollebant, ipsis etiam inviti conjungerentur: alii pauperiores et in sana fide infirmiores, donorum sollicitationibus allecti ad ipsos accesserunt: alii genere, facultatibus, et corruptibili gloria posthabitis, fuga sibi consuluerunt: ex iis quidam Romam confugerunt, alii ad montes, alii in Ascetarum monasteria. Nec adversus episcopos modo edictum emissum fuit, sed aliud etiam contra laicos his verbis expressum, ut videlicet, si qui cum memoratis supra non communicarent, qui in dignitatibus essent constituti, suo honore et dignitate excederet, milites cingulum amitterent: reliqua plebs atque opifices, gravi auri pondere mulctati, subjacerent exsilio.*

Episcopi multi vexati et sedibus pulsati. — Postquam edicta hujusmodi pronulgata fuere, multi per Orientem variis modis vexati pulsique fuere (*Pallad. in Dialog. supra*). Episcopi qui, ut diximus, minis vel ærumnis a debito officio amoveri non poterant, aufugere. Palladius Helenopolcos, quo auctore et duce hæc scribimus, Romam se recepit, ubi post Chrysostomi mortem adventi anno 407. Rhodo episcopus Asiae Mitylenen aufugit: Brisso, frater Palladii Helenopolitani, Ecclesia sua ultro derelicta, ad agellum suum se recepit, ubi terram propriis manibus excoluit: Hilarius, vir sanctus et senex, in intimum Pontum pulsus est, plagis concisus, non a iudice, sed a Clero. Is decem et octo annos transegerat, non panem edens, sed olera tantum et frumentum coctum. Antonius vero episcopus in speluncis Palæstinæ se ipsum conclusit: Timotheus Maronæ, et Joannes in Lydia episcopus, in Macedoniam se recepisse dicebantur: Gregorius in Lydia episcopus, in Phrygia esse narrabatur. Lampetium dicebant in oppido Lydiæ esse, ubi juvante se quodam Eleutherio lectionibus operam dabat. Eugenius in patria sua se continebat: Elpidius, magnus ille Laodicæ Syriæ episcopus, et Pappus per totum triennium precibus vacantes de scala domus suæ non descenderunt: Heraclides Ephesius per quadriennium Nicomediæ in carcere inclusus mansit.

Presbyteri et monachi male excepti. — Episcopi autem illi, inquit Palladius, qui præ metu ad Attici partes transierant, in alias Thraciæ Ecclesias translati sunt, Attico nempe vi extortæ illorum adhesionem non satis fidente. Anatolium episcopum dicebant esse in Gallis. Presbyterorum vero alii in Arabiam et Palæstinam amandati sunt. Tigrius in Mesopotamiam relegatus est, Philippus in Ponto exsul obiit, Theophilus in Paphlagonia erat; Joannes, Æthrii filius, Cæsariæ monasterium construxit. Stephanum in Arabiam relegatum et custodum manibus abstractum, Isauri in Taurum dimiserunt: Salustium in Creta esse dicebant: Philippus monachus et Presbyter Scholarum, dicebatur in Campania ægrotare, et Stephanus diaconus in Thebaidos carcere detineri. Paulus diaconus, Oeconomus adjutor, narrabatur in Africa versari: alius Paulus diaconus Anastasiæ Jerosolymis versabatur. Helladius presbyter Palatii in agello suo Bithyniæ vitam agebat. Multi Constantinopoli delitescabant; alii in patriam quisque suam abierant. Silvanus, sanctus episcopus, in Troade piscabatur, et ex piscatu vitam sibi comparabat. Stephanus monachus, qui Romanorum epistolas detulerat, ea de causa verberatus, decem mensibus Constantinopoli in carcere vitam egit: cum autem propositum ipsi fuisset ut Attico hæreret, et non acquievisset, lateribus et pectore unguarum vi laceratus est: cujus rei testis fuit ipse Palladius. Stephanus vero Christi providentia, in secunda fortasse certamina reservatus, post decimum curationis suæ mensem, Pelusium relegatus est. Provincialis quidam miles ex scholis Palatinis, ut Joannis fautor accusatus, post varii generis plagas et atrocissimas abrasiones, Petras exsul missus est.

Episcopum alium memorat Synesius (*Synesius Epist. 96 et 97*), Alexandrum Basilinopolitanum, Cyrene in Libya natum, qui juvenis monasticam vitam exercuerat, posteaque presbyter creatus cum Constantinopolim venisset, a Chrysostomo, qui ejus pietatem cæterasque animi dotes probe noverat, Basinopoleos episcopus creatus fuit. Cum vero Chrysostomus a sede sua pulsus fuit, ejus ille partibus semper hæsit, ideoque vexatus Ptolemaidem in Libya se recepit, neque umquam a Chrysostomi partibus abscedere voluit.

Narrat vero Palladius (*Pallad. Dialog.*) scopum Ecclesiæ Romanæ fuisse non communicare unquam cum Orientalibus episcopis, præsertim cum Theophilo, donec dedisset Dominus locum universali Synodo, quæ putrefactis membris eorum, qui hæc patrarant, mederetur: additque etiam post mortem Joannis, viguisset tamen illam Innocentii et Romani Concilii declarationem, quia in tanto tumultu multi indigni ad Ecclesias occupandas involaverant. Id ipsum dicit Theodoretus (*Theodoret. l. 5. c. 34*): adjicitque etiam post mortem magni doctoris orbis terrarum, Occidentales episcopos, episcoporum Ægypti et Orientis, Bospori et Thraciæ, communionem non ante admisisse, quam divini illius viri nomen una cum cæteris defunctis episcopis consignassent.

Chrysostomus Innocentio Papæ literas mittit. — Chrysostomus eum episcopis Occidentalibus causam suam suscipientibus scribit, de felici rei exitu dubitare videtur, quod nequitiam, potentiam, pervicaciam adversariorum suorum probe nosset. Nec ideo minore cura et studio ad res componendas utendum esse existimabat, ut videre est in epistola ad Innocentium Papam (T. 3. c. 533), cui summas agit gratias quod tantas tempestates, tantos fluctus pro viribus sedare conatus sit: ita ut, si conatus ejus felices exitus habuissent, jam pacata omnia essent, et Ecclesia tranquilla pace frueretur. Rogatque illum ne ex adversariorum furore animum despondeat, cum tot videat populos dispersos, clericos vexatos, episcopos sedibus pulsos: et quanto major tempestas est, tanto majus studium adhibeat precatur. Seque frequentiores ipsi literas missurum fuisse ait, nisi Isauri perpetuis incursionibus vias intercluderent.

Hanc epistolam Romam attulere Joannes presbyter et Paulus diaconus, ut in illa dicitur, quæ res difficultatem movet non tam facile solvendam. In epistola enim 148 ad Cyriacum, Demetrium et cæteros, quæ scripta putatur anno 403, ait Chrysostomus Joannem presbyterum et Paulum diaconum iter parare, ut ipsos conveniant: si autem anno 403 hanc epistolam scripserit Chrysostomus, quo pacto dicere possit se tertium annum in exilio agere, qui tunc secundum tantum inire poterat? Opinatur Tillemontius Joannem et Paulum, qui tunc iter parabant, profectionem suam in annum sequentem distulisse.

Alia ejus epistolæ. — Joanni autem presbytero et Paulo diacono epistolam dedit 168, Probæ, matronæ Romanæ, adferendam, cui illos commendat, illamque ut frequentius sibi literas mittat precatur. Iisdemque, ut putatur, epistolas sequentes 169 et 170 tradidit, quarum prior Julianæ et iis qui cum illa erant dirigitur, quibus gratias agit, quod illos omnes, quos Romam miserat benignissime excepissent, quodque tam sævos tumultus, qui tum Ecclesiam Orientalem agitabant, conspescere studeant: posterior vero Italianæ inscribitur, quam a fortitudine celebrat, quod neque sedandæ Orientali tempestati incumbere desineret; acuitque illam ut in hoc tam laudando studio perseveret.

Diversis quoque per Occidentem episcopis literas hoc circiter tempore misit, vel ut gratias ageret pro pace in Ecclesia Orientali restitucanda laborantibus, vel ut aceret et ad constanter agendum inflammaret. Talis est epistola 151 ad Asellum episcopum: tales epistolæ 152, 153, 154, ad episcopos simpliciter inscriptæ, id est, ut ex serie liquet, ad episcopos Occidentales. Iisdem missa fuit epistola 181, ubi dicit illos ab omnibus prædicari atque celebrari, quod etsi tam longe dissiti erant, fortiter strenueque adversus illos qui Ecclesiam perturbabant steterint: « Quod si, » inquit, « necdum importunæ suæ contentioni et injusto bello finem imponere volunt, qui horum a principio malorum auctores fuerunt, ne vos

conturbet illud, neve animos vestros debilitet: quanto enim major vobis exoritur labor, tanto etiam major corona necetur. »

Venerio quoque Mediolanensi misit epistolam 182, et Hesychio Salonensi in Dalmatia epist. 183: quos perinde laudat a virtute et constantia, et hortatur ut cœpta perficere satagant. Summopere prædicat S. Aurelii Carthaginensis episcopi virtutem, constantiam et loquendi libertatem in epistola 149: quem etsi tanto terrarum intervallo ab se dissitum, sibi tamen caritate conjunctissimum esse significat, ita ut ferventer admodum causam suam defendat, hortaturque illum ut in hoc præclaro certamine perseveret.

Libros duos egregios scribit mittitque ad Olympiadem. — Hoc ultimo, ut putatur, exsilii sui anno, librum composuit, cujus vel titulus solus Christianæ philosophiæ summam complectitur: *Quod qui seipsum non lædit, nemo lædere possit* (T. 3. c. 459). Hic quidquid ad pium vitæ institutum pertinet, apposite profertur. Quia vero vix contingere potest, ut qui in via salutis incedit, ærumnis non prematur, quantæ utilitatis sint ærumnæ et calamitates, tum ex Scripturis, tum ex sanctorum exemplo palam facit. Post hunc continenter alium librum edidit, cujus titulus: *Ad eos qui scandalizati sunt ob adversitates quæ contigerunt, populique et multorum sacerdotum persecutionem ac perversionem*, etc. (T. 3. c. 479): ubi idem scire argumentum persequitur quod in præcedenti libro tractaverat. Agitur hic de ferendis rebus adversis, cujuscumque tandem generis sint, exemploque sanctorum Veteris Novique Testamenti ad eam rem instituuntur Constantinopolitani, qui tunc a scelestis perversisque nominibus vexabantur. Ad eos vero maxime spectat oratio, qui probos videntes a seditiosis nefariisque hominibus vexari, divinam incusarent providentiam. Atticum autem, qui a consceleratis in successorem Arsacii cooptatus fuerat, acerrime perstringit, cum ait cap. 20: *Nihil ergo istorum tibi offendiculo sit, non sacerdos ille nunc depravatus, lupus quovis sævis in gregem insiliens*. Unde comprehari omnino videtur, hunc librum editum fuisse postquam legati Innocentii Papæ, episcopi Orientales, qui cum legatis venerant, aliique multi episcopi, sacerdotes, clerici, et cujusvis generis et conditionis, Attico auctore, pulsati direque vexati fuerant, ut supra vidimus.

Epistolæ quædam ad Olympiadem. — Per totum autem annum 406 comoda valetudine fruebatur Chrysostomus, ut in Epistola ad Elpidium 142 sat perspicue insinuat, ubi ait se jam Isaurorum tumultibus liberatum, otio ac quiete frui atque in securitate degere. In hieme autem tunc versabatur, quæ in Armenia asperior esse solebat. Joannes vero imbecillo corpore præditus, dum frigus sæviret, domi se perpetuo includebat, raroque e limine pedem efferebat; indeque factum ut in hieme illa bona valetudine frueretur. In epistola quoque quarta ad Olympiadem ait se bona valetudine frui, atque in magna securitate esse; adeo ut Armenii ad stuporem usque mirarentur,

quod vir adeo imbecilli corporis, intolerandam frigoris vim perferre posset, cum ii etiam, qui tali hiemi assueti erant, hinc non vulgarem in modum afficerentur. Olympiadi autem se misisse ait librum, quo probat neminem lædere posse eum, qui se ipsum non lædit, necnon alium librum idipsum comprobantem, quem postremum eum esse cui titulus est, *Ad eos qui scandalizati sunt*, etc., jam nihil dubitamus.

Neque silentio prætereundum id quod paulo antea Olympiadi dixit, se nempe certo in sedem suam restituendum fore. En ejus verba: *Quod si tibi mæroris causam id affert, quod a nobis sejuncta sis, hujus etiam rei lætum finem exspecta. Atque hoc non consolandi animi tui causa nunc dico, sed quia exploratum mihi est ita fore. Nam nisi ita futurum esset, jampridem, nisi me opinio fallit, per mihi illatas calamitates e vita cessissem. Ut enim etiam omnia quæ Constantinopoli perpessus sum præteream, quanta, postquam ex urbe excessi, in tam longo ac molesto itinere pertuli, quorum multa ejusmodi erant, ut mortem afferre possent; quanta postquam huc veni, quanta postquam Cucuso migravi, quanta denique postquam Arabissi commoratus sum, intelligere tibi licet.* Ita putabat ille Constantinopolin sibi remigrandum esse. Verum alio, quam sperabat, inodo res cecidit.

In fine autem epistolæ 4 ad Olympiadem hæc ait: *De Pelagio monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur quot quantisque coronis digni sint qui forti animo in acie steterunt, cum viros, qui tam pie ac sancte tantaque cum tolerantia vixerant, abripi atque in fraudem impelli videamus.* Illic putatur agi de Pelagio hæresiarcha, qui hoc tempore errores suos circa gratiam Dei publicare cœpit.

Inter epistolas Chrysostomi, quas bene multas jam memoravimus, alix quædam sunt, quæ nullam vel temporis vel occasionis qua datæ fuere, notam præ se ferunt. Hujusmodi sunt epist. 36 ad Maronem quemdam presbyterum et monachum, cui sinceræ benevolentix signa profert, dicitque se ob tabellariorum penuriam rarius ipsi literas dare, et pro more rogat de valetudine sua certiorum se faciat. Ejusmodi sunt etiam epistola 46 ad Rufinum, epistola 58 ad Theodosium ex Ducibus; epist. 63 ad Tranquillinum quemdam; epist. 71 ad Malchum, quem ob filix mortem mœstum solatur; ep. 92 ad Moysen presbyterum, qui monachus fuisse fertur in quadam regione; epist. 171 ad Montium, epist. 187 ad Procopium, 195 ad Claudianum, 201 ad Herculium, 209 ad Salvionem, quod nomen varie scriptum legitur: alii enim *Salbioni* habent, alii numero plures *Galbioni*, fateorque me ad hanc præferendam lectionem propendere.

Epistolam vero ad Cæsarium monachum in secundo suo exilio, ut fertur in titulo, a R. P. Lequien, viro mihi amicissimo, jam reprobata, supposititiâ esse pluribus probavimus in *Monito* Tomo 3. col. 747.

Chrysostomi inimici livore correpti illum Arabissum et postea Pityuntem amandri curant. — Per Oricn-

tem ~~omnium~~ volitabat Joannis nostri fama, qui Cucusi et postea Arabissi exsul, omnes circum populos et pane et verbo Dei paverat. Confluebant item Antiocheni ejus invisendi causa, et Antiochiæ ejus sanctitas prædicabatur. Hæc ejus adversarios mordebant, atque invidiæ flamma accensi Severianus et Porphyrius, ac quidam alii episcopi Syriæ, ut alio transferretur moliri cœperunt (*Pallad. Dialog.*). Clerici quoque qui illos sectabantur mirabundi dicebant: *Videte mortuum terribilem, vivos victoresque terrentem, ut pueros terrent larvæ. Papæ! ii qui sæcularibus potestatibus atque ecclesiasticis opibus succincti sunt cum potestate et cum rerum imperio, sacerdotem solum, extorrem, corpore infirmum, exsulem timent et pallent titubantes.* Id cum illi ferre non ultra possent, impetrarunt ut Arabissum transferretur, id curantes videlicet, ut vi vexationum virum tam infirmo corpore in interitum deducerent. Cum autem non minus splenderet virtute, et paria præstaret Arabissi iis quæ Cucusi jam ediderat, rursus ab aula Imperatoria rescriptum acrius impetrarunt, ut intra brevissimum tempus assignatum Pityuntem duceretur, locum regionis Tzanorum desertissimum, ad litus Pontici maris situm.

Milites autem Præfecti Prætorio, qui illum ducebant, in via ipsum maxime urgentes, dicebant id se habere in mandatis; ita ut intelligeretur, si tam dire vexatus in via moreretur Joannes, illos ad majores gradus evehendos esse. Unus tamen ex illis, de præsentii militia minus sollicitus, aliquam illi furtim exhibebat humanitatem. Alter autem usque adeo ferox et asper erat, ut blanditias, queis se occurrentes quidam precabantur ut sancto parceret, pro injuriis haberet illud unum satagens ut mala morte Joannem necaret. Cum pluvia vehemens decideret, id nihil curans proficiscabatur ille; ita ut in dorso et in pectore aquarum rivus decurrerent. Ingentem rursus solis æstum pro deliciis habebat, cum nosset B. Joannis caput, Elisæi instar calvum, æstu vexari. In urbe aut vico, ubi balnearum solatium esset, ne momento quidem per mittebat infelix ille Joannem morari.

In his omnibus, inquit Palladius (id est, ni fallor, in itinere Arabissum, ubi per aliquod tempus mansit, et in itinere Arabisso Pityuntem) per tres menses vir sanctus, difficillimum illud iter agens, veluti sidus coruscans perstabat, inquit Palladius, habens corpusculum ut pomum in supremis ramis a sole rubens. Cum autem Comanis appropinquassent, raptim prætergressi, extra muros in martyrio quinque aut sex millibus distante manserunt. Eadem ipsa nocte apparuit Joanni loci illius martyr nomine Basiliscus, qui episcopus Comanorum cum esset, martyrium passus est Nicomediæ in Bithynia sub Maximino, una cum Luciano, presbytero Antiocheno; dixitque illi, *Confide, frater Joannes; crastina enim die simuletimus.* Narrabant autem, cuidam etiam presbytero ibidem manenti prædixisse: Para locum fratri Joanni; venit enim.

Jo. Chrysostomus Comanis in Ponto moritur. — Ora-

culo fidens Joannes, sequenti die milites precatus est, ut ad hanc quintam usque ibi permanerent (*Sozom. l. 8. c. 28*). Illi vero nihil curantes profecti sunt, atque ad triginta circiter stadia pergentes, ad martyrium unde discesserant redire coacti sunt, quod ille ægrotaret: capitis enim dolore laborabat, quod solis radios ferre non posset. Sic igitur reversus, splendidas vestes, vita sua dignas, requirit, exutusque prioribus, illas induit, omnibus ad calceamenta usque mutatis, atque alias presentibus distribuit. Et sumptis Dominicis symbolis, coram adstantibus ultimam orationem emisit: et cum pro mere suo dixisset, *Gloria Deo propter omnia*, et ultimum, *Amen*, obiit, appositus est ad patres suos et ad Christum transiit.

Mira in ejus exsequiis monachorum et virginum frequentia. — Obiit autem 14 Septembris, Honorio septimum et Theodosio iterum consulibus. Tanta autem in sepultura ejus multitudo virginum, monachorum, et aliorum sanctitate fulgentium adfuit e Syria, Cilicia, Ponto atque Armenia, ut plerique putarent

quasi dato signo eos advenisse (*Socr. l. 6. c. 21. Pallad. Dialog.*). Cum celebritate autem, ut victor athleta, una cum Basilisco in eodem martyrio sepultus est. Adversarii autem ejus, qui illum tam dire vexaverant, variis modis ultionem divinam sunt experti, ut pluribus narrat Palladius (*Dialog.*). Arcadius vero princeps iners, qui facile pravis dolosisque consiliis circumveniri poterat, post clapsos septem cum dimidio menses ab obitu Chrysostomi mortuus est; quidam vero ob illatas Chrysostomo calamitates ex Dei vindicta quadragenarium sublatum fuisse putarunt.

Corpus ejus Constantinopolin relatum. — Memoria S. Joannis Chrysostomi paulo post obitum ejus per totum orbem restituta fuit (*Theodorct. l. 5. c. 36*). Corpus autem ejus Constantinopolin cum ingenti celebritate relatum fuit anno 438. Theodosius vero junior Imperator, inquit Theodoretus, oculos et frontem loculo admovens, pro parentibus suis supplicavit, petens ut iis, qui per imprudenciam peccassent, veniam concederet.

STILTINGI COMPENDIUM CHRONOLOGICUM

GESTORUM ET SCRIPTORUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

EXCERPTUM EX ACTIS SANCTORUM MENSIS SEPT. T. IV.

Compendium chronologicum gestorum et scriptorum, ante diaconatum.

Circa annum 314 natus est S. Joannes Chrysostomus.

Circa annum 309, absolutis eloquentiæ studiis, sacras literas discere incipit, exponente S. Meletio episcopo, qui Joannem baptizat illo tempore. Hic deinde lector ordinatus.

Circa initium anni 372, relegato S. Meletio, Chrysostomus magistro accipit Carterium et Diodorum, ad quorum disciplinam deinde pertrahit Maximum et Theodorum.

Circa annum 373 scribit duo prima opuscula, seu epistolam geminam ad Theodorum lapsam. T. I.

Circa annum 374 Sanctus quæritur ad episcopatum; at se occultando evadit.

Sub finem anni 374, aut initium anni 375, amplectitur vitam monasticam in solitudine.

Circa annum 375 scripti sex libri de Sacerdotio. T. I.

Anno 376 scripti tres libri adversus Oppugnatores vite monasticæ. T. I.

Forte non diu post, ac verisimiliter in solitudine, scripta Comparatio regis et monachi. T. I.

Item in solitudine scriptus liber de Compunctione ad Demetrium; post hunc vero alter de Compunctione ad Stelechium. T. I.

Anno 377, aut 378, probabiliter scripti tres ad consolandum Stagiriū emergumentum. T. I.

In diaconatu.

Sub finem anni 380, aut initium anni 381, Sanctus, ob morbum ex eremo Antiochiam reversus, ordinatur diaconus.

Anno 381 scriptus liber ad Viduam juniorem, ac probabiliter ad eandem non diu post scriptus est liber de non iterando Conjugio. T. I.

In diaconatu probabiliter exaratus est liber de Virginitate. T. I.

Circa annum 382 compositus liber in S. Babylam, contra Julianum et gentiles. T. II.

In diaconatu verisimiliter scripta Synopsis in varios sacre Scripturæ libros; sed tota, quam edidit Montfauconus, non est Chrysostomi. T. VI.

In presbyteratus anno primo.

Circa initium anni 386 Chrysostomus ordinatur presbyter, inunusque concionandi ordiens, primam habet Homiliam. T. I.

Post hanc, mense Januario aut Febuario, habet Homiliam de Ozia, eam nimirum, quæ de eo argumento secunda est impressa. T. VI. Secutæ sunt ante Quadragesimam tres aliæ de Ozia aut de Seraphinis, videlicet tertia, quinta et sexta.

In principio Quadragesimæ inchoati sunt octo Sermones in Genesim. T. IV.

In eadem Quadragesima, consequenter mense Martio, habitæ videntur aliæ quinque Homiliæ, nempe duæ de Prophetarum obscuritate. T. I. tertia contra Manichæos dicentes, Dæmones gubernare mundum. T. II. quarta contra ignaviam. *Ibid.* et quinta de Diabolo tentatore. *Ibid.*

Eodem anno, verisimiliter mense Majo, habita Homilia in S. Meletium. T. II.

Eodem verisimiliter anno ægrotavit Chrysostomus, habuitque Homiliam in illud Apostoli: *Hoc autem scitote*, etc. T. VI.

Mense Augusto habita est Homilia prima contra Anomæos. T. I. Post hanc sub finem Augusti aut initium Septembris, Sanctus dicere cœpit contra Judæos, habuitque consequenter duas priores orationes contra Judæos. T. I. et forte alias hodie perditas.

Mense Novembri Sanctus resumit certamina adversus Anomæos, illoque et sequenti mense contra illos habet Homiliam secundam, tertiam, quartam et quintam de Incomprehensibili.

Post tertiam dicta videtur Homilia de Anathemate. T. I.

Post quintam vero secutæ videntur duæ aliæ, nimirum de Non vulgandis fratrum peccatis. T. III. et de Non desperando. *Id.*

Die XX Decembris Homilia in S. Philogonium habita. T. I.

Die XXV Decembris habita Homilia in Natalem Domini. T. II.

Ante finem anni figenda Homilia in abutentes illo Apostoli dicto, *Sive per occasionem*, etc. T. III.

Anno 387, secundo presbyteratus.

Primo die anni 387 dicta Homilia in Kalendas. T. I.

Die II Januarii habita Homilia I de Lazaro et Divite; post quam deinde secuta est secunda, ac etiam tertia mense Januario. T. I.

Die VI Januarii verisimiliter dicta Homilia in Epiphaniam. T. II. ac postridie in S. Lucianum. T. II. Die XXIV Januarii dicit in Laudem S. Babylæ. T. II. ac paulo post in laudem S. Juventini et Maximini. *Ib.*

Post illas de martyribus conciones, habet quartam Homiliam de Lazaro et Divite. T. I. deinde secuta Homilia in illud Apostoli, *De dormientibus*, etc. T. I.

Mense Februario Chrysostomus iterum Anomæos impugnare incipit. Dictæ tunc Homiliæ quinque contra Anomæos hoc ordine: primo septima. T. I. secundo alia. T. VI. tum octava, nona, et post aliquas forte decima contra Anomæos. T. I.

Inter prædictas media fuit Homilia de Resurrectione mortuorum. T. II. forte etiam Homilia de Viduis. T. III. mense Februario sigenda.

Mense Februario etiam sigendæ Homilia in Terræ motum, aliæque hanc sequens. T. I.

Ante Quadragesimam habita Homilia contra Quartodecimanos, alias tertia contra Judæos nominata. T. I. sive circa finem Februarii.

Circa finem Februarii aut initium Martii, dicta Homilia in illa Apostoli ad Timotheum verba, *Modico vino utere*, etc. T. II.

Circa initium Martii exorta Antiochiæ gravissima seditio, in qua dejectæ sunt Theodosii Imperatoris statuæ.

Homilia prima post illam seditioem, vocata secunda de Statuis. T. II. dicta est paucis diebus ante Quadragesimam; deinde aliæ hoc ordine: Dominica ante Quadragesimam seu XIV Martii, tertia Homilia; tum quarta, quinta, sexta, septima, octava, decima-quinta, sex diebus consequentibus primæ hebdomadæ. Deinde die lunæ sequentis hebdomadæ nona, et postridie decima, post quam nimio Antiochenorum terrore cessare cogitur Sanctus. Prioribus illius hebdomadæ diebus dicta Catechesis prima. T. II.

Die XXVI, aut XXVIII Martii, habita est Homilia decima sexta, necdum inchoatis judiciis; post judicium vero decima septima sigenda est die 2 aut 3 Aprilis (uti et Catechesis secunda). T. II. tum decima octava, undecima, duodecima, decima tertia, consequentibus diebus habitæ.

Deinde post unum saltem aut plures dies dicta est decima quarta. Circa Dominicam Palmarum aut in illa ipsa Dominica, XVIII Aprilis, habita Homilia decima nona, post morbum Sancti. Deinde in hebdomada sancta, dicta vigesima, alias vigesima secunda. In festo Paschali, XV Aprilis, dicta vigesima prima.

Post Pascha Sanctus Homilia quasdam habuit modo perditas; deinde mense Majo et Junio Sermones de Anna. T. IV. ex quibus supersunt quinque, amissis aliis cum Homilia in Pentecoste dicta.

Circa finem Junii, Sanctus morbo satis diuturno correptus est. Post morbum vero dicta Homilia de Decem millium debitore. T. III. tum tres aliæ de Davide. T. IV. Non diu post habita videtur Homilia de Dilectione inimicorum. T. III.

Circa mensem Augustum editus Liber contra Judæos et gentiles ad probandam Christi divinitatem. T. I.

Deinde mense Septembri et Octobri quinque posteriores contra Judæos orationes dictæ. T. I.

Post medium Octobrem habita Homilia in Psalmum xli. T. V.

Ab Octobri fere finito usque ad Quadragesimam anni sequentis forte habitæ sunt Homiliæ hæc quinque: primo de Eleemosyna. T. III. tum tres in locum Pauli, *Habentes eundem Spiritum*. *Ib.* ac demum alia in illa Pauli verba, *Utinam sustineretis modicum quid*, etc. *Ib.*

Anno 388.

Anno 388, die XVII Februarii sive Dominica ante Quadragesimam, dicta Homilia prima in Genesim. T. IV. Sequentes vero continuis fere diebus habitæ, subinde tamen interruptæ per Homilia modo perditas. Ita priores triginta duæ consequenter dictæ, ultimaque ex illis die Mercurii, V Aprilis habita. Postridie in Cæna Domini, dictum de Juda proditore. T. II. tum de Cruce. *Ib.* ac in festivitate paschali habita Homilia contra Ebriosos inscripta. *Ib.* Sequenti Dominica, XVI Aprilis, Sanctus inchoat Homilia quinque consequenter habitas in Principium Actorum. *Ib.* Deinde disputare incipit de Mutatione nominum. *Ib.* tractatque de eo verisimiliter usque ad festum Pentecostes, ita ut ultima de Mutatione nominum Homilia videatur post Pentecosten dicta. Hisce forte intercessit Homilia in Ascensionem Domini. T. II. et altera in Pentecosten. *Ib.* Resumpta vero Geneseos expositio circa Junium, ac finita mense Septembri aut Octobri.

Fortè sub finem anni 388 habitæ Homiliæ duæ in illud Apostoli, *Salutate Priscillam et Aquilam*. T. III.

Anno 389 et sequentibus.

Sub finem anni 388, aut initium 389, sigendum initium Expositionis in Joannem. T. VIII. quæ intra annum videtur finita.

Deinde anno 389 aut 390 ceptæ Homiliæ in Matæum. T. VII. absolutæque anno 390 aut 391.

Anno 391 videtur exposita Epistola ad Romanos. T. IX.

Circa annum 392 sigenda probabiliter Expositio utriusque Epistolæ ad Corinthios. T. X.

Ab anno circiter 393 usque ad annum 397 videntur compositæ Interpretationes Epistolarum S. Pauli ad Galatas. T. X. ad Ephesios, ad Philippenses, utriusque ad Timotheum, ad Titum, et verisimiliter ad Philemonem, omnes T. XI.

Item illis annis Expositio Psalmorum composita dictaque ad populum. T. V.

Anno 397 probabiliter igitur Interpretatio priorum aliquot capitum Isaïæ, quod ultimum videtur opus in presbyteratu. T. VI.

Incerto tempore.

Tempore prædicationis Antiochenæ, id est, ab initio fere anni 386 usque ad posteriores anni 397 menses, et maxime quidem annis duobus prioribus habitæ videntur sequentes Homiliæ, videlicet Homilia de reprehensio Petro. T. III. Homilia septem de Laudibus S. Pauli. T. II. Homilia novem de Pœnitentia. T. II. majori ex parte Homilia de Cœmeterio et cruce. *Ib.* quam intra dies viginti secuta est altera de SS. Martyribus Bernice, Prosdoco et Domnina; alia de hisce martyribus. *Ib.* Homilia de Juda proditore. *Ib.* de Cruce et Latrone. *Ib.* de Ascensione. *Ib.* Gemina de Pentecoste. *Ib.* est loci incerti. Homilia panegyricæ, incerto tempore Antiochiæ habitæ, gemina de S. Pelagia, de S. Ignatio, de S. Eustathio, de S. Romano gemina. *Ib.* Homilia in verba Jeremiæ, *Domine, non est in homine*, etc. T. VI. Homilia duæ de Maccabæis præter aliam dubiam. T. II. Homilia de sanctis Martyribus. *Ib.* Hanc secuta est, quæ probat, non esse ad gratiam concionandum. *Ib.* Aliæ de Martyribus, de S. Juliano Anazarbeno, de S. Barlaamo. *Ib.* Homilia in locum Apostoli, *Nolo vos ignorare, fratres*. T. III. Homilia de S. Droside, de Martyribus Ægyptiis. T. II. et alia de Martyribus. *Ib.* Homilia post Terræ motum. *Ib.* loci magis incerti, ac varie admodum dubiæ; Oratio in laudem Diodori Tarsensis dicta. T. III.

Gesta et scripta in episcopatu, 398.

Mortuo Nectario, episcopo Constantinopolitano, Chrysostomus, clam Antiochia eductus, perductusque Constantinopolim, ibidem consecratur episcopus XVI Februarii anni 398.

Mox Sanctus Constantinopoli contra hæreticos, præsertim contra Anomæos concionatur. At prima Homilia perditæ. Secunda vero et tertia sunt, quæ

tomo primo inscribuntur XI et XII contra Anomœos. Secuta est Homilia in Paralyticum per tectum demissum. T. III. tum paulo serius alia. *Ib.* in verba Christi: *Pater, si possibile est, etc.* Verisimile est, Sanctum deinde eodem anno aegrotasse, dictamque post morbum Homiliam in verba Apostoli, *Scimus quoniam diligentibus Deum, etc.* T. III.

Anno 598 item composita videntur duo opuscula, primum contra Clericos, qui cum virginibus cohabitabant, alterum contra Regulares feminas, quæ cum viris habitant. T. I.

Eodem anno Sanctus iuvat S. Porphyrium ad impetrandum Arcadii edictum, quo templa idolorum clauduntur Gazæ in Palestina. Eodem verisimiliter anno Flavianum Antiochenum cum Ecclesia Romana et Alexandrina conciliat.

Eodem aut sequenti anno translata solemniter reliquæ ad ecclesiam suburbanam, assistente Eudoxia Imperatrice, et ad solemnitatem postridie veniente Imperatore. Dictæ hæc occasione aliquot homiliæ, videlicet de S. Phoca martyre. T. II. et ex iuper editis apud Montfauconum. T. XII secunda et tertia.

Anno item 398, tempore æstivo, cœpta rebellio Triglidi contra Arcadium, eaque continuata anno seq.

Sub finem anni 398, aut initium 399, cœpta Expositio Epistolæ ad Colossenses. T. XI.

Anno 399.

Anno 399, mense Januario, Eutropius consul, omni dignitate orbatus et relegatus, ad ecclesiam fugit; quo tempore habita Homilia in Eutropium. T. III. Post aliquot dies, ubi Eutropius ecclesiam reliquerat, eaque occasione captus erat, dicta Homilia de capto Eutropio. *Ib.*

Mense Febuario habita est Homilia I ex ante ineditis T. XII. Habita eodem verisimiliter anno quarta, quinta, sexta, septima et octava. In Paschate vero dicta Homilia contra Ludos et Theatra. T. VI. Deinde ede ineditis nona, ac verisimiliter decima et undecima. Eodem anno coram Chrysostomo accusatus est Antoninus episcopus Ephesus.

Anno eodem, mense Julio, Gainas, Gothorum dux, aperte contra Arcadium rebellare incipit. Ante ipsius rebellionem Chrysostomus impedivit, ne Ariani ecclesiam haberent Constantinopoli. Post rebellionem ad Gainam legatus profectus est Sanctus, ac Saturninum et Aurelianum exsilio liberavit, reduxque Homiliam habuit de Saturnini et Aureliani liberatione. T. III.

Ante prædictam legationem habita videtur gemina Homilia de Vanitate divitiarum in illud, *Ne timearis, cum dives factus fuerit homo, etc.* T. V.

Anno 400, et duobus sequentibus.

Anno 400 circa Februarium aut Martium Sanctus proficiscitur in Asiam, ibique in concilio episcoporum septuaginta Heraclidem Ephesius ordinat episcopum; deinde varios deponit episcopos, Simoniacos, Quartodecimanos, Novatianos, atque æstivo tempore redit Constantinopolim. Prima Sancti homilia post reditum. T. III. statim habita. Tum controversia oritur inter Sanctum et Severianum Gabalorum episcopum, qui ob tumultum populi fugere cogitur. Verum, petente Arcadio, Chrysostomus Severiano benignum se præstat, eumque brevi oratione cum populo conciliat. T. III.

Anno item 400, verisimiliter exposita utraque Epistola S. Pauli ad Thessalonicenses. T. XI. et partim saltem post iter Asiaticum.

Anno 401 mense Febuario, S. Porphyrius Gazensis venit Constantinopolim, iuvaturque a Chrysostomo ad obtinendum edictum Imperatoris ad destruenda Gazæ templa idolorum. Eudoxia eo tempore irata erat Chrysostomo.

Eodem anno in Paschate inchoata est Expositio libri Actorum. T. IX.

Circa annum 402 Chrysostomus exponit Epistolam ad Hebræos. T. XII.

Scripta incerti temporis.

Homiliæ aliquot anno incerto sed ante primum exsiliium, Constantinopoli habitæ, nimirum Homilia in dictum istud apostoli, *Si esurierit inimicus tuus, etc.* T. III. Homilia de Seraphim prima et quarta. T. VI. ac tres homiliæ invicem secutæ de Nuptiis et Coniugio.

Homiliæ aliæ, de quibus non constat, utrum Antiochiæ an Constantinopoli sint dictæ; videlicet Homilia de Angusta porta et oratione Dominica. T. III. Homilia de Gloria in tribulationibus; alia in locum Apostoli: *Oportet hæreses esse, etc.* alia in Eliam et viduam. Homilia de Futurorum deliciis et presentium vanitate. Homilia in Magnam hebdomadam. T. V. Homilia in illud propheticum, *Ego Dominus Deus feci lumen et tenebras, etc.* contra Manichæos maxime dicta. T. VI. alia de perfecta Charitate. *Ib.* alia de Continentia. *Ib.* ac duæ de Consolatione mortis ¹.

Exordia persecutionis in Sanctum, anno 403 captæ.

Anno 403 mense Aprili, S. Epiphanius venit Constantinopolim, indeque post aliquot dies discedit, ac mense Maio in reditu moritur.

Eodem anno, circa Augustum, Theophilus venit Constantinopolim. Circa Septembrem inchoat conciliabulum ad Quercum, in quo condemnatur Chrysostomus, forte sub finem Septembris.

Habita a Sancto ante abductionem Homilia, T. III. 415. non item alia, quæ pro supposititia habenda.

Triduo post latam in conciliabulo sententiam, Sanctus violenter urbe expellitur, et in Bithyniam ducitur; postridie vero revocatur, et post paucos dies rediit in urbem.

Die ipso reditu habita Homilia brevis. T. III.

Postridie dicta altera Homilia. *Ib.*

Post aliquot dies aut hebdomadas dicta Homilia de Chanaanæ. *Ib.*

Circa mensem Decembrem Eudoxia iterum exacerbatur contra Chrysostomum occasione ludorum, qui ad statuam ipsius agebantur; Arcadius vero in festivitate Natalis Domini cum Chrysostomo communicare detestat. Interim episcopi rursus vocantur Constantinopolim ad iudicandum.

Exsiliium anno 404.

Anno 404, circa Martium, causa Sancti iterum agitur, ac tandem sine novo examine prior sententia ab aliquot episcopis confirmatur; Sanctus vero ab Arcadio ecclesia interdicitur.

Die XVI Aprilis, in pervigilio Paschatis, et nocte sequente, clerici et populus Chrysostomo adherens per manum militarem violenter ecclesiis eiecitur.

Non diu post Chrysostomus literas et legatos mittit Romam ad Innocentium papam, cui gesta adversum se exponit, et cuius opem flagitat.

Die XX Junii Chrysostomus urbe expellitur in exsiliium, et ecclesia cum curia eodem die comburitur.

Scripta factaque in itinere.

Post unum alterumve diem scripta ad S. Olympiadem epistola 11.

Die XVI Junii Arsacius Sancto substituitur episcopus. Hinc orta persecutio contra eos, qui ejus communionem fugebant.

Circa finem Junii aut initium Julii, scripta epistola 118 ad episcopos et presbyteros incendii causa in carcere degentes.

Die III Julii Nicææ scripta epistola 10 ad Olympiadem.

Ibidem quoque data videtur altera ad detentos in carcere, sive epistola 174.

Ibidem quoque, aut XXVIII Junii, aut probabilius IV Julii data epistola 221 ad Constantium, presbyterum Antiochenum.

Mense Julio, in Galatia aut Cappadocia, scripta est epistola 121 ad Arabium; octava ad Olympiadem, et

¹ In homiliis cæterisque scriptis dubiis tractat Siftingus § 55 Commentarii sui de Rebus et scriptis Joannis Chrysostomi; ibi etiam tractat de Commentario in Danielum t. VI. M.

verisimiliter epistola 119 ad Theophilum presbyterum.

Sub finem illius mensis, antequam Sanctus veniret Casaream, scripta epistola 9 ad Olympiadem, sub initium gravis morbi, quo laboravit in via ac Casarea.

Casarea deinde scripta epistola 120 ad Theodorum, et duodecima ad Olympiadem tempore morbi.

Epistolæ Cucusi datæ circa septem.

Cucum perductus Chrysostomus sub finem Augusti aut initium Septembris, scribit epistolam 13 ad Olympiadem, epistolam 234 ad Brisoneum, et 193 ad Præanum. Eodem forsitan tempore data epistola tertia ad detentos in carcere, extra ordinem impressa. T. III. Eodem verisimiliter tempore datæ epistolæ 194 ad Gemellum, 196 ad Aetium, et 143 ad Polybium.

Circa idem tempus exarata epistolæ 236 ad Carterium, Casarea præfectum; 81 ad Hymnetium, et 228 ad Theodorum, medicos Casarienses; item 80 ad Firminum, 82 ad Cytherium, 83 ad Leontium, 84 ad Faustinum, 172 ad Helladium, 173 ad Evethium, amicos Casarienses.

Eodem fere tempore scribit ad multos episcopos: nimirum epistolam 87 ad Eulogium Casarea in Palestina antistitem; 88 ad Joannem Hiero-olymitanum; 89 ad Theodosium Scythopolitanum; 85 ad Lucium, 86 ad Marinum, 90 ad Moysen, episcopos; item epistolam 235 ad Porphyrium Rhosensem; 111 ad Anatolium Adanensem, episcopos in Cilicia; atque 112 ad Theodorum Tyanensem in Cappadocia.

Non diu post adventum, verisimiliter mense Septembris, scriptæ epistolæ 108 ad Urbicum episcopum, 109 ad Rufinum, 110 ad Bassum, 30 ad Eortium, 26 ad Magnum, 27 ad Donnum, episcopos omnes; item 223 ad Hesyrium, et non diu post 74 ad eundem; item 73 ad Agapetum, 42 ad Candidianum, 224 ad Marcianum et Marcellinum, et paulo post 226 ad eosdem; 188 ad Marcellinum a priore distinctum; 242 ad Chalcediam et Asyncritiam; non diu post 77 ad Asyncritiam solam. Item ad Adoliam data 153, et 115 ad Theophilum presbyterum. Mense item Septembris data ad Carteriam epistola 227, ad Hermatium 75, ad Olympiadem 1, eaque admodum prolixa; item 64 ad Cyriacum episcopum, et 134 ad Diogenem.

Ante finem Septembris, ut videtur, data epistola 129 ad Marcianum et Marcellinum, 34 ad Carteriam, ad Olympiadem 2, eaque longissima.

Aliæ eodem anno, et aliquæ forsitan sequenti.

Sub initium Octobris data epistola 114 ad Elpidium episcopum; item 3 et 14 ad Olympiadem, 207 ad monachos Gothos, et 204 ad Præanum. Mense Octobri scripta 198 ad Hesyrium, 20 ad Agapetum, 29 ad Chalcediam et Asyncritiam, 98 ad Chalcediam, 18 ad Carteriam, 52 ad Adoliam, ad eandem non diu post 33, et post aliquot dies 57; ac 25 ad Elpidium episcopum.

Mense Octobri aut Novembri scriptæ epistolæ 232 ad Carteriam; 225 ad Constantium presbyterum, a priore alium; 229 ad Severum; 231 ad Adoliam; 230 ad Elpidium episcopum; item epistola 17 ad Olympiadem, 94 ad Pentadiam, 103 ad Ampruciam, et non diu post 191 ad eandem; item 95 ad Præanum.

Circa Novembrem data epistola 24 ad Hesyrium, 65 ad Marcianum et Marcellinum, 40 ad Asyncritiam, 179 ad Adoliam, 202 ad Cyriacum episcopum.

Sub finem anni data ad Hesyrium epistola 176, ac 19 ad Marcianum et Marcellinum, 122 ad Marcianum alterum; paulo post 211 ad Timotheum presbyterum; item 200 ad Cathistratum Isauriæ episcopum, 206 ad Theodotum diaconum; item 5 ad Olympiadem, 104 ad Pentadiam, 96 ad Ampruciam, item 210 ad Theodorum, 230 ad Sallustum presbyterum, 212 ad Theophilum presbyterum, 147 ad Anthemium, 218 ad Euthymium presbyterum, 213 ad Philippum presbyterum, 97 ad Hypatium presbyterum, et 180 ad eundem, 199 ad Danielelem presbyterum; item epistola 44

ad Theodotum diaconum, et verisimiliter 43 ad Bassianam.

Anno 404 item scripta epistola 45 ad Symmachum presbyterum, 47 ad Nemaam, 178 ad Euthaliam, 32 ad eandem, 186 ad Alypium, 187 ad Procopium, 189 ad Antiochum, 36 ad Marouem presbyterum et monachum, 37 ad Tranquillum episcopum, 38 ad Hymnetium medicum; item 190 ad Brisoneum, 195 ad Claudianum, 219 ad Severinam et Romulam, 58 ad Theodosium ex ducibus, 201 ad Herculum, 113 ad Palladium episcopum, 197 ad Studium urbis præfectum, 116 et 217 ad Valentinum, 124 ad Gemellum, 205 ad Anatolium præfectum, 144 ad Diogenem.

Anno 404 aut 405 data epistola 39 ad Chalcediam, 220 ad Præanum; item epistola 222 ad Castum, Valerium, Diophantum et Cyriacum, et 93 ad Aphthonium, Theodotum et Chæream, monachos et presbyteros.

Epistolæ ante 405 datæ.

Circa initium anni 405 Sanctus in gravem incidit morbum, qui usque ad tempus verum aut initium ætatis duravit. Post morbum illum, necdum omnino sublato, circa Aprilem aut Majum scripta epistola 6 ad Olympiadem, deinde 7 et 16 ad eandem.

Eodem anno data epistola 138 ad Elpidium episcopum, 59 ad Theodotum diaconum, deinde 67 et 137 ad eundem; 61 ad Theodotum consularem, 62 ad Castum, Valerium, Diophantum et Cyriacum; ac deinde 66, 130, 107, et 22 hiemali tempore datæ ad eosdem; 91 ad Romanum presbyterum.

Eodem anno Chrysostomus insignis ostendit studium pro conversione gentium in Phœnicia, eaque occasione multas scribit epistolas.

Scripta tum epistola 146 ad Theodotum, Nicolaum, Chæream, presbyteros et monachos; 143 ad Nicolaum presbyterum; 126 ad Rufinum presbyterum; 54 ad Gerontium presbyterum; 53 ad Nicolaum presbyterum; 21 ad Alphiim, ac deinde 72, 35 et 49 ad eundem; 123 ad presbyteros et monachos in Phœnicia fidem prædicantes; 28 ad Basilium presbyterum; 56 ad Simeonem et Marinum, presbyteros et monachos; ac 56 ad Romulum et Byzum monachos. Denique eodem anno scriptæ epistolæ sequentes, videlicet 175 ad Agapetum, 100 ad Marcianum et Marcellinum, 31 ad alterum Marcellinum, 60 ad Chalcediam et Asyncritiam, 99 et 106 ad Asyncritiam, 76 et 105 ad Chalcediam, 185 ad Pentadiam, 41 ad Valentinum, 79 et 132 ad Gemellum, ac 50 et 51 ad Diogenem.

Sub finem anni 405, Sanctus frequenter locum mutare cogitur, gravissimaque patitur.

Aliæ anno 406.

Anno 406, post varias locorum mutationes, Sanctus Arabissi habitat. Data epistola 136 ad Theodotum lectorem, uti et 102 ad eundem; 141 ad Theodotum consularem, 23 et 78 ad Romanum presbyterum; item epistola 127 ad Polybium, 128 ad Marinianum, 69 ad Nicolaum presbyterum, 70 ad Aphthonium, Theodotum et Chæream; 131 ad Elpidium episcopum; 140, 135 et 68 ad Theodotum diaconum, 15 ad Olympiadem. Eodem anno ad Olympiadem scriptus liber quo ostenditur, neminem lædi nisi a se ipso. T. III. et paulo post alius de eis, qui scandalizati sunt. 1b. item epistola 4 ad Olympiadem; epistola 142 ad Elpidium episcopum.

Eodem anno Sanctus ad legatos Roma Constantinopolim missos varias dat epistolas, videlicet 156, 157, 158, 159, episcopis inscriptas; 160 episcopo, 161 Romanis presbyteris, qui illis aderant; 165, 166, 167 ad episcopos legatis aditos; item 162 ad Anysium Thessalonicensem; 163 ad omnes Macedoniæ episcopos; 164 ad Alexandrum Corinthi episcopum; 155 ad Chromatium Aqueleensem. Deinde, intellecto infausto legationis exitu, scribit ad Innocentium papam, et epistolam 182 ad Venerium Mediolanensem, et probabilius 183 ad Hesyrium Salonensem; 184 ad Gaudentium Brixiansem; 149 ad Aurelium Carthagi-

nensem; 150 ad Maximum episcopum; 151 ad Asellum episcopum; 152, 153, 154 et 181 ad episcopos, 148 ad Cyriacum, Demetrium, Palladium, Eulysium, episcopos Orientales; 168 ad Probam matronam Romanam; 169 ad Julianam, Probæ nurrum, et 170 ad Italicam etiam nobilem matronam.

Aliquot incerti temporis.

Epistolæ temporis incerti sunt, 48 ad Arabium, 192 ad Onesiratiam, 46 ad Rufinum, 63 ad Tranquillum, 177 ad Artemidorum, 71 ad Malchum, 92 ad Moysen presbyterum, 101 ad Severum presbyterum, 139 ad Theodorum Syriæ consularem, 171 ad Montium, 208 ad Acacium presbyterum, 209 ad Salvionem aut Gallionem, 214 ad Sebastianum presbyterum, 215 ad Pelagium presbyterum, 216 ad Musonium, 117 ad Theodoram.

Mors Sancti atque usque ad corpus translatum.

Anno 407 Sanctus cogitur locum exsilii mutare, duciturque Pityunta; sed fractus itineris laboribus in ipso itinere prope Comana in Ponto XIV Septembris moritur, ibique in ecclesia S. Basilii martyris sepelitur.

Circa annum 414 nomen Chrysostomi, urgente Innocentio papa, sacris diptychis inseritur primum ab Alexandro Antiocheno, deinde etiam ab Attico Constantinopolitano, et Cyrillo Alexandrino, aliisque omnibus imperii Orientalis episcopis.

Ante annum 438 festivitas Sancti a Constantinopolitanis celebrari cœpta.

Anno 438 sacrum corpus Constantinopolim magno cum honore translatum.

Hæc sufficiant pro brevi chronotaxi, cum omnia fusius in Commentario sint probata.

IN DUAS

JOANNIS CHRYSOSTOMI AD THEODORUM LAPSUM

PARÆNESES SEÛ EPISTOLAS

MONITUM.



In editione Saviliana hæc duæ Paræneses sive, ut Savilius vocat, Orationes transpositæ sunt; ita ut quæ prior esse debuerat, sit posterior. Ipsam porro Savilii notam, observatu certe dignam, huc partim afferre operæ pretium fuerit. « In hac editione errore nescio quo transpositæ sunt istæ duæ ad Theodorum lapsam orationes, et quæ prior esse debuit, posteriore loco collocatur, et quæ posterior, priore: correctore nostro auctoritatem, ut puto, sequuto editionis Moguntinæ Florilegiorum, ubi sic citantur. Porro hujus orationis, quæ in nostra editione octava est, meminit magnificus cum præconiis Sozomenus lib. 8, cap. 2, cujus verba a me qua a Codd. Mss., qua a conjecturis emendatiora facta visum est adscribere. Οὐ μόνος δὲ (Chrysostomus) κατὰ τοῦτοις (Carterio et Diodoro) ἔρολτα ἔπεισε δὲ τῆς αὐτοῦ (al. αὐτῆς) γνώμης εἶναι ἑκαίρους αὐτοῦ γενομένους ἐκ τῆς Λιβανίου διατριβῆς, Θεόδωρον τινα καὶ Μάξιμον ὃν δὲ μὲν (Maximus) ὑπερον ἐπίσκοπος ἐγένετο Σελευκίας τῆς Ἰσαύρων, Μάρου δὲ ἐπιτάς τῆς Κιλικίας Θεόδωρος, [πρὸς ὃν παρόντα γράφει ὁ θεὸς Χρυσόστομος ἐπιστολὴν δευτέραν], etc. » Hæc postrema verba uncinis inclusa in editione Roberti Stephani et Christophorsoni habentur: horum vero sensus est: Divum Chrysostomum secundam epistolam scripsisse ad Theodorum lapsam: quæ clausula si vere Sozomeni esset, alicujus in re quam tractamus momenti foret; verum eam a librario quopiam inductam fuisse putat Henricus Valesius, hac permotus ratione, quam et nos probamus: videlicet Joannem nostrum Sozomeni ævo nondum Chrysostomi nomen adeptum fuisse: cum autem in codice Fuketiano hæc clausula non exstaret, illam expunxit Valesius. Savilius etiam qui illam uncinis inclusit, suspectam habuisse videtur. Sozomeni ergo memoratus locus sic habet; Græca brevitatis causa præterimus: « Neque solus (Joannes) nos magistros adibat (Carterium et Diodo-

rum), sed etiam suos ex Libanii schola sodales ad idipsum agendum induxit, Theodorum nempe et Maximum: quorum hic quidem Seleuciæ in Isauria episcopus deinceps fuit, Theodorus episcopus Mopsuestiæ in Cilicia, vir in sacris Scripturis et in reliquis disciplinis rhetorum et philosophorum apprime eruditus. Atque hic quidem cum divinis legibus initio daret operam, et cum sanctis viris versaretur, hoc vivendi institutum probabat, civilemque vitam damnabat. Verum in proposito non perseveravit, mutataque sententia, ad pristinam vitam abreptus est. Cumque, ut in more est, propositum suum ex veterum exemplis defenderet, eruditione namque præditus erat, in urbem rediit, hoc consilium pristino anteponebat. Cumque comperisset Joannes cum in sæcularibus negotiis versari, et de uxore ducenda cogitare, divinam et tum verbis, tum sententiis humanam facultatem excedentem epistolam ad ipsum misit. Qua perfecta ille, penitentia ductus rursus facultatibus et nuptiis renuntiavit: Joannisque consilio servatus, ad philosophicam vitam regressus est. » Videtur sane Sozomenus de secunda epistola sive parænesi verba facere, ubi Chrysostomus Theodorum a connubio avertere conatur. Ita censent Savilius, Valesius et Tillemontius; cui sententiæ ego non repugno, licet hæc oscitanter a Sozomeno narrari compertum habeam. Jure autem ab omnibus exploditur Valesius, qui unam putans haberi Chrysostomi ad Theodorum parænesin, nempe secundam, ausus est circa prioris authenticam dubitare. Certe Chrysostomum ne vel primorioris quidem labris attigerit oportet, qui primam parænesin non inter elegantissimos ejus fetus recenseat.

Unam igitur epistolam ad Theodorum Mopsuestenum hic memorat Sozomenus, et quidem, ut videtur, secundam: unam item ad eundem Hesychi ti in

Synodo Constantinop. Collat. V. p. 470 : unam pariter Theodorus Cæsareæ ibid. p. 490, sed multorum versuum, πολυβιβλον, id est, admodum longam : quod sane videatur ad primam potius quam ad secundam referri : nam secunda longissima dici non posse videtur ; maxime vero si comparetur cum aliis Chrysostomi operibus. Læcius tamen Byzantinus duas ad Theodorum Mopsuestenum epistolas sive paræneses commemorat ; pariterque Isidorus Hispalensis in Chronico. His perspectis, Tillemontius in eam omnino propendet sententiam, ut putet unam tantum ad Theodorum Mopsuestenum haberi parænesin, nempe secundam : primam vero ad alium cognominem a Chrysostomo missam arbitretur. Præter auctoritatem vero quam profert Sozomeni, Hesychii et Theodori Cæsariensis, qui unam, ut vidimus, ad Theodorum Mopsuestenum commemorant epistolam, his rationibus et argumentis nititur Tillemontius : « Qui fieri possit ut in neutra parænesi nulla alterius paræneseos mentio occurrat, etiam ubi Chrysostomus iisdem rationibus utitur et exemplis ? Cur in primæ decursu nusquam compellatur Theodorus, cujus nomen in titulo solum comparet ; in secunda vero non infrequenter Theodori nomen profertur ? Quod autem gravius existimandum est, Theodorus in secunda memoratus, nondum vigesimum, teste Chrysostomo, attigerat annum ; contra vero, eodem auctore Chrysostomo, is ad quem prior parænesis mittitur, annos vitæ reliquos non plus quinquaginta sperare poterat, etiam si ad extremam proveheretur senectutem, quod de viro tantum fere quadragenario dici possit. Ad hæc vero is, quem in prior parænesi alloquitur Chrysostomus, in aperta vitia et crimina proruperat, ut ex variis orationis locis colligitur. At non eousque perniciæ devenerat Theodorus Mopsuestenus, qui si jam baptizatus in ea crimina lapsus esset, nequaquam potuisset secundum canones in episcopatum postea cooptari. »

Hæc Tillemontius, qui sane non animadvertit se cum Chrysostomo ipso pugnare. Siquidem in fine secundæ epistolæ, quam ad Theodorum Mopsuestenum missam Tillemontius ipse fatetur, se non unam, sed multas etiam epistolas ad eundem misisse. S. doctor testificatur his verbis : *Scio me justos epistolæ limites excessisse : verum ignosce ; non enim lubens hoc egi, sed amoris dolorisque vi compulsus : quo motus affectu mihi vim intuli ut etiam hanc scriberem epistolam, velantibus licet multis ac dicentibus : Finem fac vane laborandi ac in petris serendi. Ego autem nemini aurem præbui : spes enim est, dicebam apud me, Dei auxilio literas aliqua profuturas esse.* Ex quibus liquet multas a Chrysostomo ad Theodorum lapsam missas epistolas fuisse : quod indicatur his verbis : *vim mihi intuli ut etiam hanc scriberem epistolam ; quod declarant etiam hæc amicorum Chrysostomi dicta : Finem fac vane laborandi atque in petris serendi.* Quibus certe innuitur non unam alteramve, sed multas epistolas a Chrysostomo ad Theodorum lapsam missas fuisse : quarum prima, quæ est parænesis illa

longior, et postrema supersunt. Ruit itaque illud ex Sozomeni, Hesychii et Theodori Cæsariensis testimonio desumptum argumentum, qui unam tantum ad Theodorum Mopsuestenum lapsum memorant epistolam, quorum etiam postremus potius primam, quam secundam parænesin indicare videtur, uti jam diximus. Ruit etiam illud quod adjicit Tillemontius, in neutra alteram jam datam indicari (unde tamen non video quid inferri possit) ; in secunda namque aliæ antea datæ memorantur, et in iis haud dubie illa, quæ prima prodit.

Circa illum autem superius allatum Chrysostomi locum quædam observanda sunt. Nimirum cum in prior illa parænesi longiore Chrysostomus omnia, quæ ad Theodorum ad stationem, ut ait ille, reducendum opportuna erant, exhausisset : in sequentibus epistolis ad idem propositum pertinentibus, dictorum memoriam breviter refricabat, paucisque verbis epistolas texebat : indeque est quod in postrema Theodorum rogat, ignoscat sibi si epistolæ limites excesserit ; non enim hæc de posteriore parænesi, si priori comparatur, dici possunt ; nam hæc posterior, licet epistolis præcedentibus, ut verisimile est, longior, non nisi compendium prioris videri potest.

Pergit Tillemontius, cur in prioris decursu Theodorum numquam compellat Chrysostomus : in sequentis vero decursu eundem sæpe suo nomine compellat ? Cui ego nullo negotio reponam : Cur in epistolarum ad Olympiadem una vel altera ipsam suo nominæ compellat, Chrysostomus, in aliis vero et præsertim in aliqua earum, quæ cæteris longior est, eandem nunquam compellat ? Sed quorsum aliunde exempla repetamus ? Licet Tillemontio concederemus Theodorum illum, ad quem prior mittitur parænesis, alium esse a Mopsuesteno, cui secunda dirigitur : annos eadem semper quæstio moveri posset, cur scilicet in posteriore sæpe Theodorum compellet, in prior nunquam ? Hic compellandi modus ex uno pendet arbitrio : unus Chrysostomus dicere posset, cur modo compellavorit, modo a compellando abstinerit : si tamen consilio illud egerit, non vero casu, prout is vel alius dicendi modus sese menti offerebat.

Jam ad validissimum, ut putat Tillemontius, depellendum telum properemus. Theodorus in secunda epistola memoratus nondum vigesimam attigerat annum ; contra vero, ipso auctore Chrysostomo, is ad quem prior parænesis mittitur, annos vitæ reliquos non plus quinquaginta sperare poterat, etiam si ad extremam proveheretur senectutem, quod de viro tantum fere quadragenario dici possit. Vero quidem ait Chrysostomus in secunda epistola Theodorum nondum vigesimum attingisse annum : in prima vero locus paulo secus habet quam Tillemontius extulerit. Sic legitur, n. 10, circa finem : *Quanto tempore vis tibi præsentis vitæ usuram, sive, ut ita loquar, fruitionem, extendi ? Equidem non puto tibi plus quinquaginta annis vitæ superesse, ut ad extremam senectutem venias.* Id est, si annos adhuc quinquaginta vixeris, tantæ

senectutis eris, ut vitæ fructum et voluptatem capere non possis. Quis neget hæc vicenarij veni apposite dici posse? Sane vix capere possim quomodo ex tali dicio poterit Tillemontius statuere virum, cui hæc dicantur, pene quadragenarium esse: si ex hujusmodi verbis chronologiam statuamus, magnam in temporum ratione perturbationem afferemus. Quid exempli causa de ætate Anthusæ Chrysostomi matris quispiam dixerit, si illum in libris de Sacerdotio sic loquentem audiat: *Nos vero senes nihil aliud quam mortem expectamus.* Annon illum fere septuagenariam pronuntiaverit? Atqui illa, ut certum est, et fatetur ipse Tillemontius, nondum quadagesimum septimum ætatis annum emensa erat cum hæc diceret: usque adeo verum est non posse ex ejusmodi dictis certam temporis notam deduci. Neque nos moveat vox, *πρὸς ἑξήκων ἔτη, ad extremam senectutem*: illum quippe usurpare solet Chrysostomus, non pro decrepita senectute, cum quis verbi gratia ita annorum mole obrutus est, ut jam sensuum usu pene destitutus, mox in sepulcrum sit inferendus, ut sunt octogenario majores et nonagenarii; sed pro viris qui adhuc negotia administrare, et magna possunt officia capessere. Sic de Sacerdotio lib. 3, p. 393, ubi dicit eos, qui cum laude in ministeriis minoribus vitam egerunt, ubi ad senectutem devenire, non esse semper præ aliis junioribus in episcopatum evehendos, nisi aliunde idonei fuerint; ibi utitur eadem voce in *extremam senectutem pervenit*; et infra de iisdem in *profectam senectutem*. Quibus sane et septuagenarios, et forte æptuagenariis minores intelligit, ut nemo cordatus non videat; nam qui omnino decrepiti sunt, eo ipso non sunt idonei. Similiter Hom. 3 de Statuis initio, cum Flavianus episcopus Theodosium Imperatorem placatum adiit, de illo ait Chrysostomus, *ætas ad ultimam profecta senectute.* Atqui secundum Chrysostomum ipsum elapso etiam quodam ab illa Flaviani legatione ad Theodosium tempore, Flavianus nondum pervenerat ad ætatem S. Petri Apostoli. Siquidem in Homil. 3 in Principium Actorum orationem claudens Chrysostomus Flaviano annos ætatis S. Petri Apostoli apprecatur, postquam illum ante unum saltem annum jam ad extremam senectutem, pervenisse dixerat: qui Flavianus etiam post illam ad Theodosium legationem annis septemdecim Antiochenæ præfuit Ecclesiæ: tot enim numerantur anni ab anno 387, quo ille Theodosium adiit, ad annum 404, quo mortuus vacantem sedem reliquit. De ætate porro ejus cum diem clausit extremum pluribus agitur in Vita Chrysostomi. Et Homil. 3 de Pœnitentia n. 2, de Davide loquens Chrysostomus ait illum, quando in adulterium lapsus est, in extrema eanitiæ fuisse; illud vero de Davide nolim pro asserto accipi; sed ut nemo spero negabit, id probatum certumque esse arbitror, Chrysostomum ad *extremam senectutem* passim intelligere de septuagenariis et forte nonnunquam de septuagenario minoribus.

Instat Tillemontius: Is quem in priore parænesi alloquitur Chrysostomus, in aperta vitia et crimina

proruperat, ut ex variis orationis locis colligitur: at non eousque pernicipi deveniasse videtur Theodorus Mopsuestenus, ad quem secunda mittitur epistola: qui si jam baptizatus in ea crimina lapsus esset, nequaquam potuisset secundum canones in episcopum postea couptari. Hæc nullo negotio depelluntur. Theodorus, qui sacrum cœtum deseruerat, negotia sæcularia tractabat, voluptatibus deditus erat, Hermiones puellæ cujusdam amore flagrabat. Non aliud de Theodoro crimen refert Chrysostomus: id tamen ille magni criminis loco habere videtur in priore parænesi, ubi hæc recensentur. Secundum hæc autem, cum vel aliis referentibus, vel per ipsius Theodori literas accepisset, Theodorum ideo in negotia sæcularia se immisisse, ut paternarum rerum sollicitudinem generet, Hermionem amare, ut eam duceret uxorem; non tantis quidem, quantis antea, implicatum malis Theodorum esse putavit; sed non a culpa liberum duxit, ut per totam secundam epistolam indicat, cujus exordium est hujusmodi: *Si fetus possent et gemitus per literas exhiberi, his repletam epistolam ad te misissem. Equidem fleo, non quod paternarum rerum sollicitudinem geras, sed quod ex fratrum te catalogo delovaris, quod pacta cum Christo iniita calcaveris.* De connubio autem hæc habet p. 33: *Legitima res est conjugium, id ego fateor... sed tibi jam non est integrum jura connubii servare. Eum enim, qui semel ecclesiæ sponso junctus est, si ab illo divellatur et uxorem ducat, adulterium admittere certum est.* Puto autem Theodorum acceptis prioribus Chrysostomi epistolis, quibus de sæcularibus susceptis negotiis, et de Hermiones amore redarguebatur, ad sui excusationem per epistolas et paternarum rerum curam, et conjugium cum Hermione ineam in medium attulisse. Certe in epistolæ postremæ calce rogat Theodorum Chrysostomus, ut sibi rescribere dignetur; si tot literis antea missis, nihil respondisset, objurgaturus eum haud dubie erat Chrysostomus de tanto silentio.

His ego de causis Savilii et Frontonis vestigiis insistens unum fuisse Theodorum puto, ad quem utraque parænesis missa fuit. Utraque certe ad eundem Theodorum inscribitur in omnibus manuscriptis, quorum quidam remotissimæ vetustatis sunt: *Ad eundem Theodorum*, habent omnes: duos autem Theodoros comminisci, quorum uterque cum Chrysostomo societate junctus sacro eundem cœtui se adixerit, uterque resilierit, uterque revocatus fuerit a Chrysostomo, idque nullo auctore exque levibus conjecturis, id mirum quantum abhorreat ab instituto meo.

Circa annum, quo hæc duæ scriptæ sunt homiliæ non modica est difficultas. Ait Baronius utramque parænesin a Chrysostomo, dum in montibus degeret solitaria, ad Theodorum missam fuisse. Tillemontius vero ex præjudicata opinione loquens, de prima ad alium, ut putat ille, quam Mopsuestenum missa id concedi posse putat; de secunda minime. Qui si animadvertisset illud quod in fine primæ dicitur, perinde de prima atque de secunda non posse con-

cedi dicturus erat. Sic enim primam parænesin claudit : *Tantum ne desperes, neque concidas. Hoc enim tibi in omnis sermonis congressu, ubicumque te videro et aliorum etiam ore repetere non cessabo : quod si audieris, aliis amplius remediis non egebis.* In loco igitur erat Chrysostomus, ubi cum Theodoro negotiis et voluptatibus immerso congregari, hysumque casu offendere et videre poterat, atque adeo Antiochiæ. Idque de secunda pariter oratione dicendum : quam a Chrysostomo editam et missam fuisse opinatur Tillemontius anno circiter 369. Hunc vero annum pro utraque parænesi libenter et ego statuerim ; maxime quia non videtur alius commodior annus indicari : etsi non modica difficultas exsurgat circa illum sacrum cœtum, cui nomen dederant Joannes Chrysostomus et Theodorus : sed illud accurate, quantum fas erit, excutietur in Vita Chrysostomi ad calcem hujus editionis adornanda.

Monitum lectorem velim, paulo ante finem primæ

parænesis, scilicet ubi agitur de quodam juvene Phœnice Urbani filio divite, qui postquam admontes cum monachis secessisset, relictis postea monachis, voluptati et libidini in urbe deditus erat; id quod adjicitur de sanctis viris qui illum ad pristinam vitam reducere tentabant, et ut Græca habent, *et pote εἶδον φανέντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ προσήσαν καὶ ἡσπάζοντο* (quod nos vertimus, *si quando viderent in foro, accedebant et amplectebantur eum*) illud, inquam, eommodius verti posse, *accedebant et salutabant eum*. Prior interpretatio optime quadraret, nisi ea quæ mox sequuntur posteriori magis faverent : *et principio quidem ille equo vectus insequentes illos oblique alloquebatur*. Equo vectum salutare facilius est, quam amplecti : ἀσπάζομαι autem utrumque significat.

Interpretationem utriusque homiliæ ab incerto interprete factam, utpote non accuratam rejecimus, novamque paravimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΣ ΕΙΣ ΘΕΟΔΩΡΟΝ ΕΚΠΕΣΟΝΤΑ.

[1^ο] α'. *Τις δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὄφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; εὐκαιρον καὶ ἐμοὶ νῦν εἶπεῖν, καὶ πολλῶ μᾶλλον ἢ τῷ προφήτῃ τότε ἐκείνῳ. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πόλεις πολλὰς, μηδὲ ἐλόκληρα ἔθνη μέλλοιμι πενθεῖν, ἀλλὰ πολλῶν τοιούτων ἔθνων ψυχὴν ἀνταξίαν^α, μᾶλλον δὲ καὶ τιμιωτέραν. Καὶ γὰρ εἰ κρείττων εἰς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἢ μυριοὶ παράνομοι, κρείττων ἄρα καὶ σὺ πρότερον ἦσθα τῶν μυριάδων τῶν Ἰουδαϊκῶν. Ὅστε οὐδεὶς ἂν μοι μέμψαιτο^β νῦν, εἰ καὶ θρήνους τῶν ἐν τῷ προφήτῃ κειμένων πλειονὰς ἀναγράψαιμι, καὶ σφοδροτέρους ἐπιδείξαιμι ὄδυρμούς. Οὐ γὰρ πόλεις πενθῶ κατασκαφῆν, οὐδὲ παρανόμων^γ αἰχμαλωσίαν ἀνδρῶν, ἀλλὰ ψυχῆς ἐρήμωσιν ἱερᾶς, καὶ ναοῦ χριστοφόρου καθάρσιν καὶ ἀφανισμόν. Τὸν γὰρ κόσμον τῆς διανοίας τῆς σῆς, ὃν κατέφλεξεν ὁ διάβολος νῦν, εἰ τις ὅτε ἔλαμπεν ᾗδει καλῶς, οὐκ ἂν ἐστέναξε τοὺς θρήνους ἐπερχόμενος τοῦ προφήτου καὶ ἀκούων, ὅτι χεῖρες βαρβαρικά τὰ ἄγια τῶν ἁγίων ἐμόλυναν, καὶ πῦρ ἐπαφείζει πάντα κατέκαυσαν, τὰ χερουβίμ^δ, τὴν κιβωτῶν, τὸ ἱλαστήριον,*

^α Savil. et Colb. unus, ἀντάξιον. Sed omnes alii mss. et edit. Morel., ἀνταξίαν· lectio tamen ἀντάξιον non spernenda. Paucis ante verbis Savil. et duo mss. post πενθεῖν habent ὡς ἐκείνους. Sed hæc in aliis desiderantur.

^β Μέμψαιτο Savil.

^γ Colb. unus καταστροφὴν καγῶ οὐδὲ παρ.

^δ Unus habet χερουβίμ λέγω. Mox unus cum Savil. τὴν χρυσὴν ἱερατικὴν ἄγιον ἔγουσαν τὸ μάννα, αὕτη γάρ. Alius τὴν χρυσὴν, ὅκ ἂν ἀπῆκε δάκρυον συμπαθέ. Cæteri ut Morell., cuius

τὰς πλάκας τὰς λιθίνας, τὴν στάμνον τὴν χρυσῆν; Ἄυτη γάρ, αὕτη ἡ συμφορὰ πικροτέρα ἐκείνης, ὅση καὶ πολλῶ τιμιώτερα ἐκείνων [2] σύμβολα εἰς τὴν σὴν ἐναπέκειτο ψυχῆν. Οὗτος ἀγιώτερος ἐκείνου ὁ ναός· οὐδὲ γὰρ χρυσῶ καὶ ἀργύρῳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Πνεύματος ἀπέστιλε χάριτι, καὶ ἀντὶ τῆς κιβωτοῦ^ε καὶ τῶν χερουβίμ τὸν Χριστὸν καὶ τὸν τοῦτου Πατέρα καὶ τὸν Παράκλητον εἶχεν ἰδρυμένον ἐν ἑαυτῷ. Ἄλλὰ νῦν οὐκέτι, ἀλλ' ἔρημος μὲν καὶ γυμνὸς τοῦ κάλλους ἐκείνου καὶ τῆς εὐπρεπέλας ἐστὶ, τὸν θεῖον καὶ ἀβρότητον κόσμον ἀποκοσμηθεὶς, ἔρημος δὲ ἀσφαλείας ἀπάσης καὶ φυλακῆς· καὶ οὔτε θύρα οὔτε μοχλὸς, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνέωκται τοῖς ψυχοφθόροις καὶ αἰσχροῖς λογισμοῖς· κἂν ὁ τῆς ἀλαζονείας, κἂν ὁ τῆς πορνείας, κἂν ὁ τῆς φιλαργυρίας, κἂν οἱ τοῦτων μιαιώτεροι βουληθῶσιν ἐπεισελθεῖν, ὁ κωλύσων οὐδεὶς· πρότερον δὲ, καθάπερ ὁ οὐρανὸς τοῦτοις ἐστὶν ἄβατος ἅπασιν, οὕτως καὶ ἡ καθαρότης τῆς διανοίας τῆς σῆς. Καὶ τάχα ἄπιστα δόξω λέγειν τισὶ τοῖς νῦν τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν καταστροφὴν ὁρῶσι τὴν σὴν· διὰ γὰρ τοῦτο κόπτομαι καὶ πενθῶ, καὶ τοῦτο ποιῶν οὐ παύσομαι, ἕως ἂν σε πάλιν ἐπι τῆς προτέρας ἴδω φαιδρότητας. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀδύ-

lectionem retinemus. Mox Morel. τιμιώτερα σύμβολα. Sav. et unus cod. τιμιώτερα τούτων σύμβολα. Alii ut in textu.

^ε Sic Morel. et quatuor mss. Duo autem alii ut Sav. καὶ ἀντὶ τῶν χερουβίμ καὶ τῆς κιβ. Ibid. paulo ante Savil. et unus cod. ex ἐναπέστιλε, alii omnes ἀπέστιλε.

^ζ Paginas intelligence editionis Benedictinæ.

SANCTI PATRIS NOSTRI
JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA.

PARÆNESIS¹ SIVE ADHORTATIO AD THEODORUM LAPSUM.

1. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum (Jer. 9. 1)?* id longe opportunius nunc dicam, quam ille quondam propheta. Licet enim non urbes plurimæ, non gentes integræ deplorandæ mihi sint, at animam defleo hujusmodi nationibus dignitate parem, imo etiam pretiosior. Nam si vel unus qui voluntatem Dei faciat sexcentis impiis melior est, sane tu melior antea eras innumeris illis Judæorum millibus. Quamobrem nemo mihi vitio vertat, quod fletum assumam longe majorem, luctumque acerbior, quam ille propheta literis dedit. Non enim urbem eversam lugeo, non improborum hominum captivitatem, sed animæ sacræ vastitatem, ac Christiferi templi excidium atque ruinam. Si quis enim ornatum mentis tuæ, quem nunc exussit diabolus, cum splendore fulgeret probe noverit, annon ingemiscat et prophetæ luctus usurpet; si nempe au-

derit barbaras manus sancta sanctorum polluisse, et subjectis ignibus omnia combussisse, Cherubim¹, arcam, propitiatorium, lapideas tabulas, urnam auream? Hæc siquidem, hæc calamitas tanto illa acerbior est, quanto pretiosiora illis symbola in anima tua residebant. Hoc templum illo sanctius erat: neque enim auro vel argento, sed Spiritus gratia fulgebat, ac pro arca et Cherubim Christum ejusque Patrem atque Paracletum habuit inhabitantem.

Animæ lapsæ status. — At nunc non ita se habet; sed desertum quidem est nudatumque pulchritudine illa atque decore, divino ineffabilique ornatu spoliatum; vacuum autem omni securitate atque custodia, ita ut neque janua neque vectis adsit, sed pateat omnibus animæ exitiosis fœdisque cogitationibus. Sive arrogantiæ, sive fornicationis, sive avaritiæ spiritus, sive illis deteriores intrare voluerint, nemo prohibebit. Præter vero, quemadmodum cœlum his omnibus inaccessum est, ita et puritas mentis tuæ. Et fortasse incredibili-

¹ In hac emendenda parænesi usi sumus quatuor codicibus Regiis et quatuor Colbertinis. Unus Regius et duo Colbertini habent: *Λόγος παρανετητικός ἐν εἰδει ἐπιστολῆς εἰς Θεόδωρον*, etc. Alius Colb., *Εἰς Θεόδωρον ἀσκητὴν ἐκπεσόντα πρὸς μετάνοιαν*. Alii ut in textu. Savilius, *πρὸς Θεόδωρον ἐκπεσόντα τοῦ ἐναρέτου βίου λόγος β'*. Quod autem hæc parænesis secunda ponatur in editione Savilianâ, errore accidisse monetur in notis ejusdem edit. Vide in Monito supra.

¹ Unus Mss., *Cherubim dico*. Mox unus cum Savil., *auream, sacrum continentem sacerdotis thaus*. Alius post, *auream*, addit, *non effudit lacrymam sympathicam?* Cæteri consentiunt cum editione Morelliana cujus tectiorem retinemus.

lia dixisse videbor iis, qui nunc vident vastitatem subversionemque tuam : quapropter nunc doleo lugueoque, neque finem lugendi faciam donec in pristino te splendore videro. Licet enim id hominum facultatem superare videatur, Deo tamen omnia facilia sunt. Ipse enim est *Qui suscitavit de terra inopem, et de stercore erigit pauperem, ut eum sedere faciat cum principibus, cum principibus populi sui.* Ipse est qui *habitare facit sterilem in domo, matrem de filiis lætantem* (Psal. 112. 7-9). Itaque ne desperes te ad optima immutandum esse. Si enim diabolus tantum potuit, ut te a vertice illo et fastigio virtutis in extremum malitiæ detruderet, multo magis te Deus poterit in pristinam reducere libertatem : nec talem modo, sed multo felicior te reddere quam prius fueras.

Peccatori spes numquam amittenda. — Tantum ne concidas, nec spem bonam præscindas, neu impiorum statum subcas. Neque enim peccatorum multitudo in desperationem conjicere solet, sed anima ex se impia. Quapropter Salomon non dixit simpliciter : *Quisquis venit in profundum malorum, contemnit; sed Impius tantum* (Prov. 18. 3). Impiorum enim dumtaxat est ille morbus, quando in profundum malorum venerint. Et hoc ipsis ne respiciendi quidem facultatem relinquit, neque eo revertendi, unde exciderant. Nam flagitiosa illa cogitatio tamquam jugum quoddam ligneum animæ cervici impositum et compellens oculos in terram demittere, prohibet ne ad Dominum suum respiciat. At viri est generosi et admirandi, huiusmodi lignum contere, et lictorem qui id imposuerat excutere, ac prophetæ verba proferre : Nam *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri. Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione* (Psal. 122. 2. 3). Hæc vere divinæ sunt disciplinæ, et supremæ philosophiæ dogmata. Repleti sumus, inquit, despectione, et infinitis ærumnis afflicti : attamen ¹ ad Deum respicere non cessabimus, nec finem precandi faciemus, donec postulata nacti fuerimus. Hoc est enim animi generosi non consternari, nec a spe deturbari propter vim calamitatum, neque discedere, etiamsi repetitis subinde precibus nulli impetrarit, sed insistere donec miseretur nostri, quemadmodum ait beatus David.

2. Propterea enim diabolus nos in desperatas cogitationes injicit, ut spem erga Deum præcidat ; anchoram nempe tutam vitæque nostræ sustentaculum, duce in via ad cælum nostra, salutem perdituram animarum. *Spe enim, inquit, salvi facti sursum* (Rom. 8. 24). Hæc, inquam, hæc velut catena ² fortis de cælo pendens, animas sustinet nostras, et ad cacumen illud paulatim trahit eos, qui hanc firmiter tenent, et a procellis malorum præsentis vitæ abripit. Si quis igitur præcæ mollitiæ hanc sacram anchoram dimittat, statim decidit et suffocatur, in abyssum malitiæ demersus. Quod ³ cum sciat malignus ille,

postquam nos malorum operum conscientia oneratos sensit, irrucens et ipse desperationis cogitationem plumbo graviores immittit ; quam si susceperimus, necesse est pondere statim avulsos et a catena illa abstractos in profundum malorum deprimi, in quo tu nunc versaris : quandoquidem rejecto mitis et humilis Domini mandato, crudelis illius atque tyranni implacabilisque salutis nostræ inimici præcepta exsequeris omnia, suavi jugo dirupto, levi abjecto onere, circumpositis in vicem illorum vectibus ferreis ; insuperque molam asinariam a collo tuo suspendisti. Ubi nunc steteris, postquam infelicem animam tuam demersisti, ac tibi eam necessitatem induxisti, ut deorsum semper tendas ? Mulier itaque illa quæ drachmam unam invenerat, vicinas advocabat lætitiæ suæ participes, dicens : *Congratulamini mihi* (Luc. 15. 9). Ego vero amicos omnes et meos et tuos ad rem plane contrariam nunc convocabo : nec dicam : *Congratulamini mihi; sed : Lugete mecum, eundemque luctum assumite, et lamentabili nobiscum voce clamate.* Extremam quippe jacturam fecimus ; non quod tot et tot auri talenta e manibus exciderint, nec quod magna vis lapidum pretiosorum ; sed quod vir *his omnibus pretiosior, qui in hoc magno et vastissimo mari nobiscum navigabat, nescio quo pacto excussus, in ipsum perniciæ profundum deciderit.*

3. Quod si qui me a luctu abducere tentaverint, eos hisce prophetæ verbis alloquar : *Dimittite me, amare flebo : ne vim faciatis ad consolandum me* (Isai. 22. 4). Neque enim tali luctu nunc afficior, qui mihi, quod immoderatus sit, vitio verti possit ; sed qualem nec Paulum, nec Petrum, omni consolatione rejecta, assumere puidisset.

Deplorandi qui in peccatis versantur. — Siquidem eos, qui hanc communem mortem deplorant, jure quia pusilli animi arguerit : quando autem vice corporis anima prostrata jacet mortua, innumeris confossa vulneribus, et in ipsa etiam morte pristinæ indolis optimæ ¹, valetudinis præteritæ, extinctæque pulchritudinis signa præfert, quis tam immanis et sensus expertus, qui pro gemitibus et lacrymis consolationis verba proferat ? Quemadmodum enim illic non lugere, ita hic lugere philosophicum est. Qui ad cælum pervenerat, qui vitæ vanitatem deridebat, qui formam corporum perinde atque lapidea simulacra respiciebat, qui aurum quasi lutum, delicias omnes quasi cenam contemnebat ² : hic derepente febris correptus insulsæ concupiscentiæ, valetudinem, robor et speciem omnem perdidit, voluptatumque servus effectus est. Annon hunc deplorabimus, dic mihi, annon lugebimus, donec eum recuperemus ? An id humani esset animi ? Etenim mortis corporeæ destructio hic inveniri nequit, neque tamen id lugentes

¹ Colb. unus loco, *indolis optimæ*, habet, *venustatis*. Savil. in margine notat, *venustatis*, pro, *indolis optimæ*. Uterque enim sensus græce pene idem sonat.

² Sic Savil. et quatuor MSS. Morel. habet, *qua deridebat*, minus recte.

¹ Savil. et unus Reg., *attamen etiam sic positi*.

² Savil. et aliquot MSS. habent, *velut catena aurea*.

³ Reg. unus habet, *quæ*. Idem mox, *postquam nos ipsas*.

νατων εἶναι τοῦτο δοκεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἂ πάντα δυνατά. Αὐτός γάρ ἐστιν Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχόν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα, τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων, μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ. Αὐτός ἐστιν Ὁ κατοικίῳν στείραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραυομένην. Μὴ τοίνυν ἀπογῶν τὴν ἀρίστην μεταβολήν. Εἰ γὰρ ὁ διάβολος τοσοῦτον ἰσχυσεν, ὡς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐκείνης καὶ τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς εἰς ἔσχατόν σε κακίας κατενεγκεῖν, πολλῶ μᾶλλον ὁ Θεὸς ἰσχύσει πρὸς ἐκείνην σε πάλιν ἀνελεύσει ἢ τὴν παρῆρησιαν· καὶ οὐ τοιοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶ μακαριώτερον ἐργάσασθαι τοῦ προτέρου. Μόνον μὴ καταπέσης, μηδὲ τὰς χρηστάς ἐλπίδας ἐκκόψῃς, μηδὲ πάθῃς τὰ τῶν ἀσεβῶν. (Ὁ γὰρ τὸ τῶν ἀμαρτημάτων πλήθος εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλειν εἴωθεν, ἀλλὰ τὸ ψυχὴν ἔχειν ἀσεβῆ. Διὰ τοῦτο ὁ Σολομών οὐκ ἀπλῶς εἶπε, Πᾶς τις ἐλθὼν εἰς βάθος κακῶν καταφρονεῖ, ἀλλ' Ὁ ἀσεβῆς μόνος ἔστιν. Ἐκείνων γὰρ μόνων τοῦτο τὸ πάθος ἐστίν, ἐπειδὴν εἰς τὸ βάθος ἐλθῶσι τῶν κακῶν. Καὶ τοῦτο ἐστίν ὅπερ αὐτοὺς οὐκ ἀφίτησιν ἀναβλέψαι, καὶ ἐπιανελεῖν ὅθεν ἐξέπεσον. Ὁ γὰρ μιαιφὸς οὗτος λογισμὸς καθάπερ τις κῦψον ἐπιχειροῦσιν ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς, καὶ κάτω νεύειν καταναγκάζων αὐτήν, κωλύει πρὸς τὸν Δεσπότην ἀναβλέψαι τὸν αὐτῆς. Ἄνδρὸς δὲ ἐστὶ γενναῖος καὶ θαυμαστοῦ συντριψαί τοῦτο τὸ ξύλον, καὶ τὸν ἐπιτιθέντα ὅ αὐτὸν δῆμιον ἀποκρούσασθαι, καὶ τὰ τοῦ προφήτου φθέγγασθαι βήματα· Ὡς γὰρ ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἕως οὐ οἰκτειρήσῃ ἡμᾶς. Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτι ἐπιπολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουθενώσεως. Θεῖα ἀληθῶς ταῦτα τὰ παιδεύματα, καὶ τῆς ἀνωτάτω φιλοσοφίας δόγματα. Ἐνεπλήσθημεν, φησὶν, ἐξουθενώσεως, καὶ μυρία ὑπέστημεν χαλεπά· ἀλλ' ἔμῳς τοῦ πρὸς ἱ. τὸν Θεὸν ἀναβλέπειν οὐκ ἀποστησόμεθα, οὐδὲ, πρὶν ἢ λαθεῖν τὴν αἰτήσιν, παυσόμεθα αἰτοῦντας αὐτόν. [3] Τοῦτο γὰρ γενναῖος ψυχῆς, μὴ καταπίπτειν, μηδὲ ἀπαγορεύειν πρὸς τὸν πλήθος τῶν κατεχόντων δεινῶν, μηδὲ πολλάκις αἰτοῦντας καὶ ἀποσυγχάνοντας ἀναχωρεῖν, ἀλλ' ἐπιμένειν, ἕως οὐ οἰκτειρήσῃ ἡμᾶς, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ φησι.

β. Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ διάβολος ἡμᾶς εἰς τοὺς τῆς ἀπογνώσεως ἐμβάλλει λογισμοὺς, ἵνα ἐκκόψῃ τὴν ἐλπίδα τὴν πρὸς τὸν Θεόν, τὴν ἀγκυραν τὴν ἀσφαλῆ, τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, τὴν χειραγωγὴν τῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν φερούσης ὁδοῦ, τὴν σωτηρίαν τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν. Τῇ γὰρ ἐλπίδι, φησὶν, ἐσώθημεν. Αὕτη γὰρ, αὕτη, καθάπερ σειρά τις ἰσχυρά ἔ τῶν οὐρανῶν ἐξαρτηθεῖσα, τὰς ἡμετέρας διαβαστάζει ψυχὰς, κατὰ μικρὸν πρὸς τὸ ὕψος ἐκείνο ἀνέλκουσα τοὺς σφόδρα ἐχομένους αὐτῆς, καὶ τοῦ κλύδωνος ἡμᾶς τῶν βιωτικῶν κακῶν ὑπεραίρουσα. Ἄν οὖν τις μαλακισθῇ καὶ ἀφῆ ἢ τὴν ἀγκυραν ταύτην τὴν ἱερὰν, κατέπεσε τε εὐθείως καὶ ἀπεπνίγη εἰς τὴν ἄβυσσον τῆς κακίας ἐλθῶν. Ὅπερ εἰδὼς ὁ πονηρὸς,

ἐπειδὴν ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ τῶν πονηρῶν πράξεων βαρυνόμενος συνειδότη ἀσθηταί, ἐπελθὼν καὶ αὐτὸς τὸν ἐκ τῆς ἀπογνώσεως λογισμὸν ὄντα μολύβδου βαρύτερον ἐπιτίθησι· κἂν αὐτὸν παραδεξόμεθα, ἀνάγκη λοιπὸν κατασπασθέντας εὐθείως τῷ βάθει, καὶ τῆς σειράς ἀπορρήγναι ἐκείνης καταβθεῖν εἰς τὸ βάθος τῶν κακῶν, ἐνθα καὶ αὐτὸς γέγονας νῦν, τοῦ μὲν πρᾶου καὶ ταπεινοῦ Δεσπότη τοῦ προστάγματα ἀφελῆς, τοῦ δὲ ὠμοῦ καὶ τυράννου ἰ καὶ ἀσπόνδου τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθροῦ τὰ ἐπιτάγματα ἐξανύων ἅπαντα, καὶ τὸν χρηστὸν διαβρῆξας ζυγόν, καὶ τὸ φορτίον ρίψας τὸ ἐλαφρὸν, καὶ τοὺς σιδηροῦς ἀντ' ἐκείνων κλοιούς περιθεῖς ἔ, ἔτι καὶ τὸν μύλον ἐξήρτησας τὸν ὄνικον τοῦ τραχήλου τοῦ σου. Ποῦ οὐκ ἐστήθη λοιπὸν καταποντίζων τὴν ἀθλίαν σου ψυχὴν, τὸν κάτω φέρεσθαι διηνεκῶς τοιαύτην σαυτῇ τὴν ἀνάγκην ἐπιθεῖς; Ἡ μὲν οὖν τὴν μίαν δραχμὴν εὐρούσα γυνή, τὰς γείτονας ἐκάλει τῆς εὐφροσύνης κοινωνοὺς, Συγχάρητέ μοι, λέγουσα· ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους ἅπαντας τοὺς τε ἐμοὺς καὶ τοὺς σοὺς ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις παρακαλέσω νῦν, οὐ, Συγχάρητέ μοι, λέγων, ἀλλὰ, Συμπενοθήσατε ἰ, καὶ θρήνον ἀναλάβετε τὸν αὐτόν. καὶ γοερὸν σὺν ἡμῖν ἀνακράξατε. Ζημία γὰρ ἡμᾶς ἐσχάτη κατεῖληφεν, οὐχ ὅτι χρυσοῦ τάλαντα τόσα καὶ τόσα τῆς ἐμῆς ἐξέπεσε χειρὸς, οὐδ' ὅτι λίθων τιμίων πολλὸς ἀριθμὸς, ἀλλ' ὅτι τούτων ἀπάντων ὁ τιμιώτερος συμπλέων ἡμῖν ταύτην τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξολισθήσας, πρὸς αὐτὸν τῆς ἀπωλείας τὸν πυθμένα κατέπεσαν.

γ. Εἰ δὲ τινὲς με τοῦ θρηνεῖν ἀπάγειν πειρῶνται, τὰ τοῦ προφήτου πρὸς αὐτοὺς φθέγγομαι λέγων· Ἄφετέ με. πικρῶς κλαύσομαι μὴ κατοικήσῃτε σπαρακαλεῖν με. Οὐ γὰρ τοιοῦτον πένθος πενθῶ νῦν, ὡς καὶ κατάγκωσιν φέρειν ἡμῖν τὴν ἀμετρίαν τῶν ὀδύρων, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ, κἂν εἰ Παῦλος ἢ, κἂν εἰ Πέτρος ἦν, οὐκ ἂν ἤσχύνθησαν κλαίοντες καὶ πενθοῦντες καὶ πᾶσαν παράκλησιν [4] διωθόμενοι. Τοῖς μὲν γὰρ τὸν κοινὸν τοῦτον θάνατον ὀδυρομένοις εἰκότως ἂν τις ἐγκαλέσειε μικροψυχίαν πολλήν· ὅταν δὲ ἀντι σώματος ψυχῆ προκέρηται νεκρά, μυρίας ἔχουσα τὰς ὕπειλās, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νεκρότητι τὴν εὐφυῖαν ἑαυτῆς ἐμφαίνουσα τὴν προτέραν, καὶ τὴν εὐεξίαν ἢ, καὶ τὸ κάλλος τὸ ἀποσβεσθὲν, τίς οὕτως ὠμὸς καὶ ἀσυμπαθῆς, ὡς ἀντι θρήνων καὶ ὀδύρων παραμυθητικὸς λόγους προσάγειν; Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖ τὸ μὴ πενθεῖν φιλοσοφία ἐστίν, οὕτως ἐνταῦθα τὸ πενθεῖν. Ὁ πρὸς τὸν οὐρανὸν φθάσας, ὁ τῆς τοῦ βίου ματαιότητος καταγελῶν, ὁ τὰ κάλλη τῶν σωματιῶν ὡς τὰ ἐν λίθοις ὄρων, ὁ χρυσοῦ μὲν ὡς πηλοῦ, τρυφῆς δὲ ἀπάσης ὡς βορβόρου καταφρονῶν ἢ, οὗτος ἡμῖν ἐξαίφνης πυρετῷ κατασχεθεῖς ἐπιθυμίας ἀτόπου, καὶ τὴν ὕγιαν καὶ τὴν ἀνδρεία καὶ τὴν ὕψαν ἅπασαν διέφθειρε, καὶ δούλος γέγονε τῶν ἡδονῶν. Τοῦτον οὖν οὐ δακρύσομεν, εἰπέ μοι, καὶ κοφόμεθα ἢ, ἕως ἀνακτησόμεθα πάλιν αὐτόν; Καὶ ποῦ ταῦτα ἀνθρωπίνης ψυχῆς; Τῆς μὲν γὰρ τοῦ σώματος νεκρώσεως τὴν λύσιν οὐκ ἐστὶν εὐρεῖν ἐκταῦθα, καὶ ὁμῶς οὐδὲ τοῦτο πενθοῦντας τῶν θρηνην ἀφίστησι· ψυχῆς δὲ νεκρῶσιν ἐνταῦθα μόνον ἐστίν

^a Savil. et unus codex ἀλλὰ Θεῷ.

^b Unus pάλιν ἐλύσαι. Mox non παρῆρησιαν, sed ἀρετὴν legit Savil.

^c Sic Savil. et omnes fere mss. Morel. vero πᾶς τις ὁ ἄθ.

^d Sic omnes praeter unum cod. qui habet μόνον. Paulo post Colb. unus βάθος ἐπέσσωσι τῶν.

^e Savil. et alii quot mss. ἐπένθησα, Morel. et alius ἐπιτιθέντα, quod retinere visum est. Ibid. unus et Sav. αὐτῷ.

^f Savil. et unus Reg. ἀλλ' ὁμῶς καὶ οὕτω διακείμενοι τοῦ πρὸς, c. te. i omnes ut in textu.

^g Aliquot mss. σειρά τις χρυσοῦ, Savil. τις χρυσοῦ σειρά. Quatuor mss. ut in textu. Mox duo mss. ἐξαρτηθεῖσα.

^h Colb. unus et Sav. τις μεταξὺ μαλακισθεῖς ἀφῆ.

ⁱ Reg. unus ἄπερ εἰδὼς. Idem mox ἡμᾶς ἑαυτούς... βαρύνον-
μεν συνειδότη, ἐπελθὼν... τὸν ἀπὸ τῆς.

^j Sic omnes fere mss. Edit. Morel. ὠμοῦ τυράννον.

^k Colb. unus ἐπιτιθείς. Savil. autem legit πενθεῖας additque σεαυτῷ.

^l Reg. unus ἀλλὰ συμπαθήσατε, καὶ θρήνον ἀναλάβεθε τῶν αὐτῶν.

^m Sic Savil. et omnes mss. uno excepto; Morel. vero καὶ εἰ Παῦλος, καὶ εἰ Πέτρος. Ibid. Colb. unus post πενθοῦντες ἀδίτι καὶ θρηνοῦντες.

ⁿ Colb. unus τὴν εὐμορφίαν αὐτῆς τὴν προτέραν καὶ τὴν εὐεξίαν. Savil. in margine notat εὐμορφίαν μὲν εὐφυῖαν. Infra Savil. in marg. παρακλητικῶς pro παραμυθητικῶς. Ibid. alii προσάγειν, alii προσάγειν habent.

^o Sic Sav. et quatuor mss. Mor. καταγελῶν, minus recte.

^p Duo mss. habent ἐχρυσόμεν, κροφόμεθα.

ἀφανίσαι δυνατόν· Ἐν γὰρ τῷ ᾄδῃ, φησὶ, τίς ἐξομολογήσεται σοι; Πῶς οὖν οὐ πολλῆς βλακειας ἐστὶ. τοὺς μὲν τὸν τοῦ σώματος θάνατον πενθούοντας οὕτω σφοδρῶς α τοῦτο ποιεῖν, καὶ ταῦτα εἰδόμενος ὅτι οὐκ ἀναστήσουσι τὸν κείμενον τοῖς ὀδύμοις· ἡμᾶς δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ταῦτα ἐπιταμένους ὅτι πολλάκις ἐστὶν ἐλπίς τὴν ἀπολωλυτῆν ψυχὴν εἰς τὴν προτέραν ζωὴν ἐπαναγαγεῖν; Πολλοὶ γὰρ καὶ νῦν καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων β τῶν ἡμετέρων ἐκ τῆς ὀρθῆς περιτραπέντες στάσεως καὶ ἐκ τῆς ἐστενοχωρημένης κατακρημισθέντες ὁδοῦ, οὕτω διακρίθησαν πάλιν, ὡς ἀποκρύψαι τοὺς δευτέρους τὰ πρότερα, καὶ τὰ βραβεῖον λαβεῖν, καὶ τὸν στέφανον ἀναδήσασθαι, καὶ μετὰ τῶν νικῶντων ἀνακηρυχθῆναι, καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων ἀριθμηθῆναι χρόνον. Ἔως μὲν γὰρ ἂν ἐν τῇ καμίνῳ τις ἐστήκη ἔ τὸν ἡδονῶν, κἂν μυρία τοιαῦτα ὑποδείγματα ἔχη, ἀδύνατον αὐτῷ τὸ πράγμα εἶναι δοκεῖ· ἂν δὲ ἀρχὴν βραχεῖαν μόνον λάβῃ τῆς ἐκείθεν ἐξόδου, προῶν ἅει τὸ μὲν σφοδρότερον τοῦ πυρὸς κατόπιν ἀφίησι, τὰ δὲ ἔμπροσθεν καὶ πρὸ τῶν ποδῶν δρόσου καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς εὐκολίας βύεται· μόνον μὴ ἀπογινώμεν, μηδὲ ἀπαγορευώμεν τὴν ἐπάνοδον· ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, κἂν μυρία ἰσχυρὰ καὶ προθυμίας κεκτημένος ἦ, μάτην κέκτηται. Τὴν γὰρ θύραν ἀποκλείσας ἅπασι ἑαυτῷ τῆς μετανοίας, καὶ τὴν εἰς τὸ στάδιον εἰσοδὸν ἀποτειχίσας, πῶς δύνησεται ἔξω μένων ἢ μικρὸν ἢ μέγα ἐργάσασθαι ἀγαθόν δ; Διὰ τοῦτο πάντα μηχανάται ὁ πονηρὸς, ἵνα τοῦτον ἐν ἡμῖν φυτεύσῃ τὸν λογισμόν· οὐκ ἔτι γὰρ αὐτῷ ἰδρωτῶν δεήσει καὶ πόνον πρὸς τὴν ἡμέτεραν ἀντίστασιν· πῶς γὰρ, τῶν κειμένων καὶ πεπτωκότων καὶ ἀνταίρειν οὐκ ἐθελόντων αὐτῷ; Ὁ μὲν γὰρ τοῦτον δυνήθει διαδύναται τὸν δεσμὸν [5], καὶ τὴν ἰσχυρὰ ἀνακτῆσεται τὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς ἐσχάτας οὐ παύσεται αὐτῷ παλαιῶν ἀναπνοᾶς, κἂν εἰς μυρία ἄλλα πύθη πτώματα, ἀναστήσεται πάλιν, καὶ συγκυφίει τὸν ἐχθρὸν· ὁ δὲ τοῖς τῆς ἀπογνώσεως δεθείς λογισμοῖς, καὶ τὴν ἰσχυρὰ παραλύσας τὴν αὐτοῦ, πῶς δύνησεται περιγενέσθαι καὶ ἀντιστῆναι, ἐξεναντίας φυγῶν;

Ε'. Καὶ μή μοι τοὺς ὀλίγα ἡμαρτηκότας εἴπη, ἀλλ' ἔστω τις πάσης κακίας ἀνάμεστος, καὶ πάντα πραττέτω τὰ ἀποκλείοντα τῆς βασιλείας αὐτόν, καὶ οὗτος μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπίστων, ἀλλὰ τῶν πιστῶν, καὶ εὐηρεστηκότων τῷ Θεῷ πρότερον ὢν, ὑστερον γινέσθω πόρνος, μοιχὸς, μαλακὸς, κλέπτης, μέθυστος, ἀρσενικοκότης, λοιδορὸς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ε τοῦτοις ὅμοια· οὐδὲ γὰρ τοῦτον ἐγὼ ἀποδέξομαι ἀπογινώσκοντα ἑαυτοῦ ς, κἂν εἰς ἕχατον γῆρας ἔλασθι μετὰ τῆς ἀπάτου καὶ τηλικαύτης κακίας. Εἰ μὲν γὰρ πάθος ἦν ἢ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, καλῶς ἂν τις ἀπέγνων, ὡς οὐ δυνάμενος σβῆσαι τὴν φλόγα, ἦν διὰ τῶν τοσοῦτων ἀνῆψε κακῶν· ἐπειδὴ δὲ ἀπαθὲς τὸ Θεῖόν ἐστι, κἂν κολᾷῃ, κἂν τιμωρῆται, οὐ μετ' ὀργῆς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ κηδεμονίας καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς· διὸ ς σφόδρα θαρρέειν χρῆ, καὶ πεποιθῆναι τῇ τῆς μετανοίας δυνάμει. Καὶ γὰρ τοῖς εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκόσιν οὐ δι' ἑαυτὸν εἴωθεν ἐπεξέρχεται· οὐδεμία γὰρ εἰς τὴν φύσιν ἐκείνην διαδίδεται βλάβη· ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν σκοπῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ χεῖρονα γενέσθαι τὴν διαστροφὴν τὴν ἡμέτεραν μελετῶντων αὐτοῦ καταφρονεῖν καὶ ὑπερορᾶν. Καθ' ἅπερ

γὰρ ὁ τοῦ φωτὸς ἐκτὸς ποιῶν ἑαυτὸν, ἐκείνο μὲν ἐξημιώσεν οὐδὲν, ἑαυτὸν δὲ τὰ μέγιστα σκότω ἢ κατακλεισθεῖς· οὕτω καὶ ὁ τῆς παναλοῦς ἐκείνης δυνάμεως καταφρονεῖν ἐθισθεῖς, ἐκείνη μὲν ἔδραψεν οὐδὲν ι, ἑαυτὸν δὲ τὴν ἐσχάτην ἔδραψεν βλάβην. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς τὰς τιμωρίας ἡμῖν ἀπειλεῖ, καὶ ἐπάγει πολλάκις, οὐχ ὡς ἑαυτὸν ἐκδικῶν, ἀλλ' ἡμᾶς ἔλκων πρὸς ἑαυτόν. Καὶ γὰρ καὶ ἰατρὸς ἐπὶ ταῖς τῶν παραπαιόντων ὑβρεσιν οὐκ ἀλγεῖ μὲν, οὐδὲ δάκνεται, ὅμως δὲ πάντα πράττει καὶ πραγματεύεται ὑπὲρ τοῦ παύσαι τοιαῦτα ἀσχημονοῦντας ἐκείνους, οὐ τὰ ἑαυτοῦ ι σκοπῶν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ὠφέλειαν· κἂν ἐπιδείξωνται μικρὸν τὴν σωφροσύνης καὶ νήψεως, χαίρει καὶ εὐφραίνεται καὶ πολλῷ σφοδρότερον κ τὰ φάρμακα ἐπιτίθεισιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν προτέρων αὐτοῖς ἀμυνόμενος, ἀλλὰ τὴν ὠφέλειαν ι αὐτῆσαι θέλων, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγίαν ἐπαναγαγεῖν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, ὅταν εἰς τὴν ἐσχάτην μανίαν ἐκπέσωμεν, οὐκ ἀμυνόμενος ὑπὲρ τῶν προτέρων, ἀλλ' ἀπαλλάξαι τῆς νόσου βουλόμενος, ἅπαντα καὶ λέγει καὶ ποιεῖ· καὶ τοῦτο ἱκανὸν μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν συνιζειν.

ε'. Εἰ δὲ τίς ἡμῖν ἀποσθητοῦ τούτων ἕνεκεν, καὶ ἀπὸ τῶν θεῶν ταῦτα μπιστωσόμεθα λογίων Τίς γὰρ [6], εἰπέ μοι, τοῦ Βαβυλωνίου βασιλεῦς γέγονε μιαιρότερος; δ; τοσαύτην τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως πείραν λαθῶν, ὡς τὸν προφήτην προσκυνῆσαι τὸν αὐτοῦ, καὶ κελεύσαι αὐτῷ μαναὰ σπεῖσαι καὶ θεῖον, πάλιν εἰς τὸν πρότερον ἐξηγήθη τῷ φων, καὶ τοὺς μὴ προτιμήσαντας αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, δεδεμένους εἰς τὴν κάμινον ἐνέβαλεν. Ἄλλ' ὅμως τὸν οὐτῶς ὠμὸν ς καὶ ἀσεβῆ καὶ θηρίον μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον, εἰς μετάνοιαν προσκαλεῖται ο, καὶ δίδωσιν αὐτῷ καὶ ἐτέρας τοῦ μεταβαλέσθαι ἀφορμὰς, πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ ἐν τῇ καμίνῳ θαῦμα γεγονός, μετὰ δὲ ἐκεῖνα τὴν ὄψιν, ἣν εἶδε μὲν ὁ βασιλεὺς, ἠρμήνευσε δὲ ὁ Δανιὴλ, ἱκανὴν οὔσαν καὶ λιθίνην κάμψαι ψυχῆν ς καὶ πρὸς τοῦτοις μετὰ τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων παραίνεσιν, καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης συνεβούλευε λέγων· Διὰ τοῦτο, βασιλεῦ, ἢ βουλή μου ἀρσάτω σοι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκιρμῶσι πενήτων· ἴσως ἔσται μακροθυμία τοῖς παραπτώμοσι σου. Τί λέγεις, ὡς σοφὴ καὶ μακάριε; ἔστι καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀπόπτωσιν πάλιν ἐπάνοδος, καὶ μετὰ τοσαύτην νόσον ὑγίεια, καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην μανίαν πάλιν ἐλπίς σωφροσύνης ς; Πάσης ἑαυτὸν προλαθῶν ἐστέργησεν ἐλπίδος ὁ βασιλεὺς, πρῶτον μὲν ἀγνοήσας τὸν ποιήσαντα αὐτόν, καὶ εἰς τὴν τιμὴν ἀγαγόντα ἐκείνην, καίτοι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ καὶ προνοίας τεκμήρια διηγεῖσθαι ἔχων, καὶ ἐπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ γεγεννημένα πολλά· μετὰ δὲ τοῦτο πάλιν τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ τῆς προγνώσεως ἐναργῆ σημεῖα λαθῶν, καὶ μαγικῆν, καὶ ἀστρονομίαν, καὶ πάσης τῆς διαβολικῆς μαγαανείας τὴν

ἢ Savil. ἐν σκότει. Colb. 1 ἐν σκότει.

ι Duo mss. μὲν οὐδὲν, hic omnino ἔδραψε. Paulo post Colbert. unus ἡμῖν καὶ ἀπειλεῖ, et sic etiam Savil.

ι Duo mss. οὐ τὸ ἑαυτοῦ, et sic etiam Savil.; Morel. autem et alii οὐ τὰ ἑαυτοῦ.

κ Colbert. unus σφοδρότερα.

λ Sav. τὴν ὠφέλειαν ταύτην. Colb. unus τὴν καλὴν ταύτην ἀρχήν. ς Sav. et aliquot mss. τοῦτο. Alii et Mor. ταῦτα. Infra vero manā est vox Heb. מַנְאָה. Græce expressa, quæ significat munus aut donum. Vox sequens, θεῖον, vulgo sulphur, sed hic sulfumentum et odore exprimeret videtur. In Bibliis legitur εὐωδίας.

Ⓜ Colb. unus ἀλλ' οὕτως τὸν τοιοῦτον ὠμὸν.

ο Sic Savil. et aliquot mss. Morel. προκαλεῖται.

Ⓟ Quatuor mss. ἱκανὴ ἢ κάμψαι ψυχῆν καὶ λιθίνην. Savil., Morel. et alii, ut in textu.

Ⓠ Legit Savilius καθαρὸν, LXX ut in textu.

Ⓡ Unus et Sav. manίαν ἐπιστὰς σωφροσύνην τινά. Ibid. omnes mss., duobus exceptis, πάσης ἑαυτὸν προλαθῶν ἐστέργησεν ἐλπίδος ὁ βασιλεὺς. Sav. πάσης ἑαυτὸν προλαθῶν ἀπολογίας ἀπεστήριξεν ἢ βασιλεὺς. Unus item codex ἀπολογίας tantum. Mor. et unus codex πάσης ἑαυτὸν προλαθῶν ἐλπίδος ἀπὸ νόσου ἐστέργησεν ὁ βασι.

α Unus habet σφοδρότερος, ut et Savil.

β Ita Savil. et tres manuscripti, melius quam Morel. et alii καὶ ἐκ τῶν προγόνων. Mox aliquot mss. τραπέντες.

Ⓝ Montf. habet ἔως μὲν γὰρ ἐν τῇ καμίνῳ τις ἐστήκη. Rescripserunt ἐστήκη, adjecto ἂν, Benedictinæ secundæ editores, a quibus hanc correctionem mutuamur. Mox unus cod. et Savil. ἔαν δὲ λάβοι. Edit. PATROL.

ⓓ Ἀγαθὸν deest in quibusdam mss.

ⓔ Unus καὶ τὰ ἄλλα πάντα τᾶ.

ⓕ Sic Savil. et aliquot mss. Morel. ἀπογινώσκοντα τὰ ἑαυτοῦ. Mox Colb. unus μετὰ τῆς ἀφάρστου ταύτης κακίας. Paulo post idem et Savil. δυνάμενος λοιπὸν σβῆσαι.

Ⓠ Ἄ·δ deest in quibusdam mss.

a fletu cohibet; animæ vero mors hic tantum destrui potest: *In inferno enim quis*, inquit, *confitebitur tibi* (*Psal. 6. 6*)? Quo pacto igitur non summæ stoliditatis fuerit, cum ii qui corporis mortem lugent, tam vehementer¹ id faciant, licet sciant se defunctum ad vitam lacrymis non revocatuos esse; nos nihil hujusmodi exhibere, qui scimus spem esse de anima mortua in pristinam vitam reducenda? Siquidem multi et hoc tempore et majorum nostrorum ævo, a recta statione subversi et ab angusta via præcipites dati, ita surrexere de novo, ut posteriore vita priorem obtegerent, palmam acciperent, corona redimirentur, cum victoribus prædicarentur, et sanctorum choro annumerarentur. Quamdiu tamen quis in fornace voluptatum consistit, etiamsi innumera hujusmodi exempla proposita habeat, ipsi res esse supra vires apparet: at si vel tantillum cœperit illinc egredi, ad ulteriora semper procedens, statum illum diligentius quam ignem a tergo relinquet, ea vero quæ ante se posita sunt roris facilitatisque plena conspiciet: tantum ne desperemus, neve de reditu dubitemus: nam qui sic affectus est, ingenti licet fortitudine et alacritate præditus sit, eam frustra possidet. Cum enim januam sibi pœnitentiæ semel occluserit, et ad stadium intercluserit aditum, quomodo extra positus poterit vel magnum vel modicum quidpiam boni² operari? Quapropter malignus ille nihil non machinatur, quo nobis hanc cogitationem altius defigat: nam postea non sudandum ei, nec laborandum erit ut nos oppugnet; nimirum jam lapsos et jacentes, atque ei obsistere nolentes. Qui enim ab hoc vinculo se expedire poterit, pristinam fortitudinem recuperabit, nec cessabit ad extremum usque halitum cum illo pugnare: etiamsi vero in sexcentos lapsus proruat, surget iterum, et hostem conficiet. Contra vero qui desperationis cogitatione ligatur, fractus viribus, quomodo superare poterit vel obsistere, cum ex adverso fugiat?

4. *Quævis scelera pœnitentia delentur.* — Nec dicas hæc ad eos qui modice deliquerunt pertinere: sed pone quenpiam omni flagitio plenum, qui nihil non egerit, quod a regno illo excludat, qui a principio, non ex infidelium, sed ex fidelium, eorumque qui Deo placuerant numero fuerit, deinde vero, scortator, mœchus, mollis, fur, ebriosus, pæderastes, calumniator evaserit, et alia³ id genus crimina admisit: ne hunc quidem si desperet approbaturus sum, etiamsi ad extremam usque senectam in nefariis illis atrocibusque flagitiis perseveraverit. Nam si ira Dei animi ægritudo esset, jure quis desperaret, utpote qui non posset⁴ flammam tot sceleribus excitatam extinguere; quia vero divinum numen ægritudine animi vacuum est, ac licet puniat, licet vindictam sumat, non ira commotus id agit, sed curam et amorem nostri semper gerit: ideo⁵ bono esse animo

par est, et vi pœnitentiæ confidere. Siquidem eos, qui in se peccaverunt, non sui causa solet ulcisci: nihil enim potest in hujusmodi naturam damni induci; id vero agit ad nostram spectans utilitatem, ne in deteriore statum perversitas nostra decidat, dum ipsum rem contemnere ac despiciere putamus. Quemadmodum enim is qui a luce recedit, nihil luci sed sibi multum damni infert, dum in tenebras se conjicit: sic qui omnipotentem illam virtutem contemnere solitus est, ipsam quidem nihil lædit, extremam vero sibi perniciem adfert. Hæc de causa Deus vindictam nobis comminatur, sæpeque immittit, non ut se ulciscatur, sed ut nos ad se pertrahat. At enim medicus de contumeliis delirantium non dolet, neque offenditur; sed tamen nihil non agit, ut eos ita turpiter se gerentes compescat, non suam spectans, sed illorum utilitatem: si autem ægri vel tantillum sanæ mentis ostendant, gaudet et lætatur, multoque vehementius remedia admovet, non quod pœnas contumeliæ expetat, sed ut utilitatem augeat¹, imo et perfectam sanitatem inducat. Eodem modo Deus, postquam nos in extremam decidimus amentiam, non ut præterita ulciscatur, sed ut nos a morbo liberet, nihil non dicit et facit: quod sane quivis recto usus ratiocinio perspicere valet.

5. Si vero quispiam hæc in dubium vocaverit, ex divinis Scripturis ea ipsa confirmare in promptu est. Nam quis, quæso, rege Babyloniorum sceleratior fuit? qui cum tantam Dei potentiam expertus esset, ut prophetam ejus adoraret, juberetque ei manna², id est dona, et odores offerri, rursus in pristinam reversus superbiam eos, qui ipsum Deo præferre noluerant, ligatos in fornacem conjecit. Attamen hunc ita crudelem, impium, feramque potius quam hominem, ad pœnitentiæ provocat, aliasque offert ipsi resipiscendi occasiones; primo ipsum miraculum quod in fornace contigit; deinde visionem, regi oblatam, quam interpretatus est Daniel, quæ poterat vel lapideam animam flectere: tandem post illam ex rebus ipsis factam admonitionem, ipse propheta consilium dedit his verbis: *Propterea, rex, consilium meum tibi placeat, et peccata tua in elemosynis redime, et iniquitates tuas in miserationibus pauperum: forsitan erit longanimitas delictis tuis* (*Dan. 4. 24*). Quid dicis, o sapiens et beate? estne post tantum lapsum reditus, et post tantum morbum sanitas? rursusne post tantam amentiam spes resipiscentiæ? Omnem prius spem sibi præcidit rex, primo cum creatorem suum, eumque qui se ad tantum honorem evexerat, ignoravit, etiamsi ejus potentæ atque providentiæ argumenta bene multa, tum erga se, tum erga progenitores suos exhibita, enarranda haberet. Deinde vero, cum post data sapientiæ et præscientiæ ejus signa conspicua, postquam magicen, astronomiam, omnemque diabolicarum præstigiarum scenam eversam vidisset, graviora

¹ Unus habet, *vehementius*, ut et Savil.

² Deest, *boni*, in quibusdam Mss.

³ Unus habet, *et alia omnia*.

⁴ Colb. et Savil., *non jam posset*.

⁵ Deest, *ideo*, in quibusdam Mss.

¹ Colbert. unus, *sed ut pulchrum illius mitium augeat*.

² *Manca* est vox hebraica, quæ significat *munus*, aut *donum*.

prioribus admisit. Nam ea quæ sapientes illi magi Gazareni explicare non poterant, sed confitebantur majora esse, quam humana facultas caperet, ea Dei nutu interpretatus puerulus captivus, ipsum hujusmodi miraculo eousque deduxit, ut non modo crederet, sed etiam orbi terrarum toti fieret ejus dogmatis præco et doctor publicus : ita ut si ante signum hujusmodi venia indignus erat, quod Deum ignoraret, multo indignior post illud miraculum et post confessionem suam atque doctrinam aliis declaratam. Neque enim nisi plane credidisset ipsum solum esse verum Deum, tantum servo ejus honorem detulisset, nec hujusmodi mandata cæteris dedisset. Attamen post hujusmodi confessionem in idololatriam iterum delapsus est : et qui prostratus in faciem servum Dei adoraverat, tanto postea furore correptus est, ut Dei servos, qui ipsum adorare noluerant, in fornacem immitteret. Quid igitur ? num Deus apostatam ultus est, ut ulcisci debebat ? Quinimo majora ipsi potentia suæ signa præbuit, ipsumque post tantam vesaniam ad pristina iterum reduxit. Quodque mirabilius est, ne ob prodigiorum magnitudinem fides ipsis negaretur, in nullo alio signum fecit, nisi in ipsa fornace, quam accenderat ille contra pueros quos ligatos eo coniecit. Sane res mira stupendaque fuisset, si flammam exstinxisset : at elementissimus ille, ut majorem metum adferret, gravioresque terrorem incuteret, ejusque cæcitatem penitus solveret, majus quippiam et mirabilius operatus est. Cum enim permisisset illam succendi quantum ipse volebat, ita suam ostendit potentiam, ut inimicorum machinamenta non dissolveret, sed eadem permanentia irrita faceret. Ne quis vero ipsos post superatas flammam conspicens, phantasma esse putaret, eos comburi permisit, qui ipsos injecerant, ostendens verum ignem esse id quod cernebatur : alioquin non naphtham, stupam, palmites, totque corpora combussisset. Sed ejus imperio nihil potentius : universaque rerum natura illi obsequitur, qui eam ex nihilo produxit, quod sane tunc demonstratum est : etenim flamma cum corruptibilia corpora accepisset, ab iis quasi incorruptibilibus abstinuit, depositumque salvum reddidit, idque multo eum splendore. Quemadmodum enim ex regniis ædibus reges, sic ex fornace pueri exierunt ; nullo tunc regem aspicere dignante, sed omnium oculis, dimisso illo, ad tam mirabile spectaculum conversis : ac neque diadema, neque purpura, neque aliud quidpiam regni pompæ, turbas infidelium perinde permovit, atque species illorum fidelium, qui longo quidem tempore in igne versati sunt, sed perinde exierunt, ac si per somnium hæc perpassi essent. Atenim quod in nobis facilius consumitur, nempe capillorum natura, tunc adamante fortius flammam omnia devorantes superavit. Neque id solum mirabile erat, quod in ignis medium coniecti nihil paterentur, sed quod etiam loquerentur continuo : nemo autem nescit eos qui in flammis versantur, donec clausis labiis sunt, modico saltem tempore incendio resistere ; si autem os aperuerint, statim animam a corpore avolare. Verumtamen tot editis

miraculis, omnibusque attonitis, tam presentibus et spectantibus quam absentibus, qui id per literas edidicerunt, rex ille qui alios docuerat, obstinatus mansit, et ad pristinam reversus est improbitatem. Ac ne sic quidem illum Deus punivit, sed patienter tulit, ac per somnium perque prophetam commens, cum tali via nihilo melior evaderet, poenam demum immisit, non præterita ulciscens, sed futura præscindens mala, et improbitatem ne ulterius procederet coercens : neque tamen usque in finem ; postquam enim paucis illum annis castigasset, pristino reddidit honori, nullo damno multatum ex poena, sed bonum omnium maximum lucratum, ut nempe firmiter fidei erga Deum hæreret, ac de peccatis prioribus poenitentiam ageret.

6. *Numquam aversatur Deus sinceram poenitentiam.* — Hujusmodi quippe est Dei erga homines clementia : numquam aversatur sinceram poenitentiam ; sed etiamsi quis in extremum improbitatis pertigerit, et hinc ad virtutis viam redire voluerit, ipsum suscipit et amplexatur, nihilque non agit ut eum in pristinum statum restituat. Quodque majoris est clementiæ, etsi quis non integram poenitentiam exhibeat, brevem tamen illam et ad modicum exhibitam non abnuat, sed magnam huic mercedem tribuit : quod sane manifestum est ex iis, quæ de populo Judæorum dicit Isaias propheta his verbis : *Propter peccatum paulisper contristavi eum, et percussi eum, et averti faciem meam ab eo : et contristatus est, et ambulavit mæstus ; et sanavi eum, et consolatus sum eum (Isai. 57. 17. 18)*. Testis autem nobis erit impiissimus rex ille, qui ab uxore quidem peccatis traditus est : at ubi primum luxit, et sacco indutus facinora sua damnavit, ita sibi Dei misericordiam conciliavit, ut omnia sibi imminencia mala evitaret. Nam Deus Heliæ dixit : *Vidisti quomodo compunctus est Achab a facie mea ? Non inducam malum in diebus ejus, eo quod fleverit a facie mea (3. Reg. 21. 29)*. Post hunc etiam Manasses (2. Paral. 33. 13), qui omnes insaniam superavit atque tyrannide, et legale evertit cultum, templum clausit, et idolorum errorem florere fecit, omniumque qui ante fuerant impiissimæ fuit, cum postea resipuisset, relatus est in numerum amicorum Dei. Si autem conspecta iniquitatum suarum magnitudine, de reditu ac de mutatione desperasset, omnibus certe quæ postea consequutus est excidisset : nunc autem, non ad molem peccatorum suorum, sed ad immensam Dei commiserationem respiciens, diruptis diaboli vinculis, surrexit et decertavit, bonumque cursum consummavit. Non solum autem ex verbis, quæ ad eos loquutus est, sed etiam ex aliis per prophetam pronuntiatis Deus omnes desperationis cogitationes præscindit : *Hodie, inquit, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione (Psal. 94. 9)*.

Non ex tempore, sed ex affectu poenitentia aestimatur. — Illud autem hodie per totam vitam dici potest, imo, si libet, ad senectutem usque : non enim ex temporis longitudine, sed ex animi affectu poenitentia

σκηὴν ἀνατραπέισαν ἰδῶν, χαλεπώτερα τῶν προτέρων ἐπεδείξατο. Ἄ γὰρ οἱ σοφοὶ μάγοι Γαζαρηνὸν διασαφῆσαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλ' ὀμολόγησαν μείζονα ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην φύσιν εἶναι, ταῦτα παιδίον αἰχμάλωτον ἐπιλύσασθαι ποιήσας αὐτῷ, οὕτως αὐτὸν ἐπηγάγετο ἐκεῖνῳ τῷ θαύματι, ὡς μὴ μόνον αὐτὸν πιστεῦσαι, ἀλλὰ καὶ τῆ οἰκουμένη πάσῃ τοῦ δόγματος τούτου γενέσθαι κήρυκα καὶ διδάσκαλον σαφῆ. Ὅστε εἰ καὶ πρὶν σημεῖον τοιοῦτον λαθεῖν ἀσύγγνωστος ἦν ἀγνοῶν τὸν Θεὸν, πολλῶ μᾶλλον μετ' ἐκεῖνο ἐδ' θαῦμα, καὶ τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν διδασκαλίαν τὴν εἰς ἑτέρους γεγεννημένην. Οὕτε γὰρ ἂν μὴ πιστεύσας καλῶς, ὅτι μόνος ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀληθῆς, τοσαύτην εἰς τὸν ἐκεῖνου θεράποντα τιμὴν ἐπεδείξατο, καὶ τοιαῦτα τοῖς ἄλλοις ἐνομοθέτησεν. Ἄλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοιούτην ὁμολογίαν εἰς εἰδωλοατρεῖαν πάλιν ἐξέπεσε, καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ προσκυνήσας δούλον, οὗτος εἰς τοσοῦτον ἐξεδακχυθῆ ἰσχυρῶς, ὥστε τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους μὴ προσκυνούντας αὐτὸν εἰς κἀμινον ἐμβάλειν. Τί οὖν; μετῆλθεν ὁ Θεὸς τὸν ἀποστάτην, ὡς μετελθεῖν ἔδει; Μείζονα μὲν οὖν αὐτῷ τεκμήρια τῆς οικείας παρέσχε δυνάμεις, μετὰ τὴν τοσαύτην ἀπόνοιαν ἔλκων ἐπὶ τὰ πρότερα ἢ πάλιν αὐτόν· καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον· ἵνα γὰρ μὴ ἀπιστῆται πάλιν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν θαυμάτων τὰ γινόμενα, οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸ σημεῖον ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς καμίνου, ἣν [7] ἀνῆψεν αὐτὸς ἐπὶ τῶν παιδῶν, οὗς ἔδοξε καὶ ἐνέβαλεν. Ἦν μὲν οὖν καὶ τὸ σβέσαι τὴν φλόγα θαυμαστὸν καὶ παράδοξον· ὁ δὲ φιλόανθρωπος ὑπὲρ τοῦ μείζονα ἐνθεῖναι φόβον, καὶ πλείονα ποιῆσαι τὴν ἐκπληξιν, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ λύσαι τὴν πώρωσιν, τὸ τούτου μεῖζον ἐποίησε καὶ παραδοξότερον. Ἄφει; γὰρ αὐτὴν ἐκκαυθῆναι τοσοῦτον, ὅσον ἠέλησαν ἐκεῖνους, οὕτω τὴν οικεῖαν ἐνδείκνυται δυνάμιν, οὐ καταλύων τὰ μηχανήματα τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ' ἐστῶτα ἄκυρα ποιῶν. Ἴνα δὲ μὴ τις αὐτοὺς ἰδῶν περιγεγονότας τῆς φλογός, φάντασμα εἶναι νομίῃ, συνεχώρησε καυθῆναι τοὺς ἐμβάλοντας αὐτούς, δείκνυς ὅτι πῦρ μὲν ἦν ἀληθὺς τὸ ὀρώμενον· οὐ γὰρ ἂν νάρθαν καὶ στυπῆσιν ὁ καὶ κληματίδας καὶ τοσαῦτα κατέφαγε σώματα· τῆς δὲ αὐτοῦ προσταγῆς ἰσχυρότερον οὐδέν· ἀλλ' ἐπειτα τῶν θυτῶν ἀπάντων ἡ φύσις τῷ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὴν εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι· ὅπερ οὖν καὶ τότε ἐδείκνυτο· σώματα γὰρ ἡ φλόξ ἀπολαβοῦσα φαρτὰ, καθάπερ ἀφθάρτων ἀπέσχετο, καὶ ὡς τὴν παρακαταθήκην ἀπέδωκε, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος. Ὅσπερ γὰρ ἐκ βασιλείων τινῶν βασιλεῖς, οὕτως ἀπὸ τῆς καμίνου προήεσαν οἱ παῖδες ἐκεῖνοι, οὐδενὸς εἰς τὸν βασιλεῖα ἀνεχομένου λοιπὸν ὄρῳ, ἀλλὰ πάντων τοὺς ὑφ' αὐτοὺς ἀπ' ἐκεῖνου μεταθέντων ἢ ἐπὶ τὴν παράδοξον θεωρίαν, καὶ οὕτε τὸ θεῖον ἔκδημα, οὕτε ἡ ἀλουργία, οὕτε ἄλλο τι τῆς φαντασίας τῆς βασιλικῆς, οὕτω τοὺς ὄχλους τῶν ἀπίστων ἐπέστρεψεν, ὡς ἡ θέα τῶν πιστῶν ἐκεῖνων, ἐγγροισάντων μὲν τῷ πυρὶ, οὕτω δὲ ἐξεληθόντων ἐκείθεν, ὡς τοὺς ἐν ὄνειρῳ τοῦτο παθόντας εἰκὸς ἦν. Καὶ γὰρ ὁ πάντων εὐθραυστότερόν ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν, ἡ τῶν τριῶν φύσις, ἀδάμαντος τότε ἰσχυρότερον ἐκράτει τῆς παμφάγου φλογός. Καὶ οὐ τούτο μόνον ἦν τὸ θαυμαστὸν, ὅτι εἰς μέσον ὁ ἀπορρίψεντες ἔπαθον οὐδέν, ἀλλ' ὅτι καὶ φθειρομένοι ἦσαν διαπαντός· ἴσασι δὲ πάντες ὅσοι τοῖς καιομένοις παραγεγόνανσι, ὡς ἴσως μὲν ἂν ἔχωσι μεμυκῶτα ἐκεῖνοι τὰ χεῖλη, κἀν βραχὺ γούν ἀντέχουσι πρὸς τὸν ἐμπρησμόν· εἰ δὲ συμβαῖη

διᾶραι τὸ στόμα αὐτῶν ἢ, εὐθέως ἀφίπταται τοῦ σώματος ἡ ψυχῆ. Ἄλλ' ὅμως τοσοῦτον γενομένων θαυμάτων, καὶ πάντων καταπλαγέντων τῶν παρόντων καὶ θεωμένων, καὶ τῶν ἀπόντων διὰ γραμμάτων τοῦτο μαθησθέντων, ὁ τοὺς ἄλλους διδάξας βασιλεὺς ἀδιόρθωτος ἔμεινε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆκε κακίαν. Καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκόλασεν, ἀλλ' ἐμακροθύμησεν ἔτι, καὶ δι' ὄνειράτων καὶ διὰ τοῦ προφήτου συμβουλεύων αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν οὐδὲν τούτων βελτίων ἐγένετο, τότε ἐπάγει τὴν τιμωρίαν λοιπὸν, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων ἀμυνόμενος, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα ἐκκόπτων δεινὰ, καὶ τὴν εἰς τὸ ἐμπροσθεν ἀναστέλλον κακίαν, καὶ οὐδὲ τούτο εἰς τέλος, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγοις αὐτὸν παιδεύσας ἔεσι, τῆ προτέρα πάλιν ἀπέδωκε τιμῆ, ζημιωθέντα μὲν ἀπὸ τῆς κολάσεως οὐδέν, κερδάνοντα δὲ τὸ πάντων μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, τὸ στερβῶς τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἔχουσαι πίστεως, καὶ μεταγνώνας ἐπὶ τοῖς πρότερον ἡμαρτημένους αὐτῷ.

[8] Ὡς. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· οὐδέποτε μετάνοιαν γινόμενην εἰλικρινῶς ἀποστρέφεται, ἀλλὰ κἄν πρὸς αὐτὸ τις τῆς κακίας ἐλάσῃ τὸ πέρας, κἀκεῖθεν ὑποστρέψαι πάλιν ἐλθῆται πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν, καὶ δέχεται καὶ προσέεται τούτον, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε αὐτὸν εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπαναγαγεῖν. Καὶ τὸ πολλῶν τούτου φιλανθρωπότερον· κἄν γὰρ μὴ πᾶσάν τις ἐπιδείξῃται τὴν μετάνοιαν, οὐδὲ τὴν βραχείαν καὶ πρὸς ὀλίγον γεγεννημένην παραπέμπεται, ἀλλὰ καὶ ταύτη ἰτίθῃσι πολλὸν τὸν μισθόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν Ἡσαίας ὁ προφήτης περὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ οὕτως ἰπίως φησι· *Δι' ἁμαρτίαν βραχὺ τι ἐλύπησα αὐτὸν, καὶ ἐπάταξα αὐτὸν, καὶ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐλυπήθη, καὶ ἐπορεύθη στενγνός, καὶ ἰασάμην αὐτόν, καὶ παρεκάλεισα αὐτόν.* Μαρτυρήσει δ' ἂν ἡμῖν καὶ ὁ ἀσεβέστατος βασιλεὺς ἐκεῖνος, ὁ γεγωνὸς μὲν ἐκδοτος τοῖς ἁμαρτήμασιν ὑπὸ τῆς γυναικός· ἐπειδὴ δὲ μόνον ἐπένησε, καὶ σάκκον περιβάλετο, καὶ κατέγνω τῶν πλημμεληθέντων αὐτῷ, οὕτως ἐπεσπάσατο ἢ τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον, ὡς πάντων αὐτὸν ἀπαλλάξει τῶν ἐπιτηγμένων κακῶν. Εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἠλίᾳ· *Ἐώρακα πῶς κατενύγη Ἀχαὶβ ἀπὸ προσώπου μου; Οὐκ ἐπάξω τὴν κακίαν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν ἐκλαυσεν ἀπὸ προσώπου μου.* Καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ὁ Μανασσῆς πάντας τῆς μανίας παρελάσας καὶ τῆς τυραννίδι, καὶ τῆς νομικῆν ἀνατρέψας λατρείαν, καὶ τὸν ναδὸν ἀποκλείσας, καὶ τὴν τῶν εἰδωλῶν πλάνην ποιήσας ἀνείκεν, καὶ πάντων τῶν ἐμπροσθεν γενομένων ἀσεβέστερος, ἐπειδὴ μετενόησεν ὕστερον, εἰς τοὺς τοῦ Θεοῦ κατετάττετο φίλους. Εἰ δὲ εἰς τὸ μέγεθος ἀπίων τῶν οικειῶν ἀνομιῶν, ἀπέγνω τὴν ἐπ' αὐτὸν καὶ τὴν μεταβολὴν, πάντων ἂν ἐξέπεσεν, ὧν μετὰ ταῦτα ἐπέτευγε· νῦν δὲ, ἀντὶ τῆς υπερβολῆς τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ, εἰς τὸ ἀπειρον τῆς εὐσπλαγγίας ἰδῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ δεσμὰ διαβρήξας τοῦ διαδόλου, διανέστη, καὶ ἠγωνίσαστο, καὶ τὸν δρόμον ἐτέλεσε τὸν καλόν. Οὐ μόνον δὲ διὰ τῶν εἰς τοῦτους γεγεννημένων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων ἐκκόπτει τοὺς τῆς ἀπογνωσεως λογισμοὺς ὁ Θεός, οὕτως λέγων· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.*

Τὸ δὲ σήμερον, ἔν παντι τῷ βίῳ λέγεσθαι δυνατόν, καὶ πρὸς αὐτῷ ἢ δὲ, εἰ βούλει, τῷ γίγρη· οὐ γὰρ χρόνων ποσότητι, ἀλλὰ διαθέσει· ψυχῆς ἢ μετάνοια κρίνεται. Καὶ γὰρ οἱ

ἢ Morel., Sav. et unus cod. στόμα αὐτοῦ, alii αὐτῶν.

ἢ Duo manuscripti ἐπ' αὐτοῖς, et sic Savil. in margine. Morel. autem, Savil. in textu, et alii ἐπανῆκε.

ἢ I. e. gebatur ἀγαγεῖν, sed prastat lectio Sav. ἐπαναγαγεῖν. Ed. j. Savil. et unus cod. ταῦτας. ἢ Duo mss. ἐπισπασάμενος.

ἢ Sic omnes, excepto Morel. qui habet πρὸς αὐτόν. Paulo post unus edēθησαν χρόνον καὶ ἡμέρας. Morel. Sav. et alii quod mss. τὴν ἁμαρτίαν ἐπέσπετο. Paulo post duo mss. ἡμῶν pro ἡμεῶν. Morel. Savil.

ἢ Sic Savil. et omnes fere mss. Morel. γενομένην.

ἢ Unus ἐπὶ τὰ πρότερον. Duo alii ἐπὶ τὸ πρότερον. Savil., Morel. et reliqui ἐπὶ τὰ πρότερα.

ἢ Savil. et alii quod mss. στυπῆσιν. Morel. duo pro προταγῆς.

ἢ Sic Sav. et omnes fere mss. Ed. Morel. μετατιθέντων.

ἢ Savil. et unus cod. ἀποληθόντες. Quatuor alii ἀπολεί-

Νενευῆται οὐ πολλῶν ἐδείχθησαν ἡμερῶν, ὥστε ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν, ἀλλ' ἴσχυσε βραχὺς τῆς ἡμέρας καιρὸς ἅπασαν ἀφανίσαι τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· καὶ ὁ ληστής δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ μακρῷ τὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσοδὸν ἤνυσεν, ἀλλ' ὅσην ἂν ἀναλώσειεν ὥραν τις βῆμα φεγγγόμενος ἐν, ἐν τοσαύτῃ βροπῇ τὰ ἐν παντὶ τῷ βίῳ ἡμαρτημένα ἅπαντα ἀπολουσάμενος, καὶ πρὸ τῶν ἀποστόλων τὸ τῆς εὐδοκίμῆσεως βραβεῖον ἐλάμβανεν. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς μάρτυρας, οὐκ ἐν πολλοῖς ἔτεσιν, ἀλλ' ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, πολλὰκις δὲ καὶ ἐν μιᾷ μόνον^α, τοὺς λαμπροὺς ἐπιτιθεμένους στεφάνους.

[9] ζ'. Ὅστε προθυμίας ἡμῖν χρεῖα πανταχοῦ καὶ πολλῆς διαθέσεως· ἂν οὕτω τὸ συνεῖδός παρασκευάσωμεν, ὥστε μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος καὶ τὴν προτέραν μισῆσαι κακίαν, καὶ τὴν ἐναντίαν ἐλέσθαι ὁδὸν, μεθ' ὅσης ὁ θεὸς βούλεται· καὶ ἀπαιτεῖ, οὐδὲν ἀπὸ τῶν χρόνων ἐλαττον ἔξομεν· πολλοὶ γοῦν ἔσχατοι γενόμενοι τοὺς πρώτους ὑπερηκόντισαν^β. Οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ πεσόντα κεῖσθαι· καὶ μὴ ἀνίστασθαι, ἀλλὰ ἐθελοκακοῦντα· καὶ βλακεύοντα, τοῖς τῆς ἀπογνώσεως λογισμοῖς τὴν τῆς προαιρέσεως ἀποκρύπτειν ἀσθένειαν. Πρὸς οὓς καὶ ὁ προφήτης διαπορούμενος^δ ἔλεγε· *Μὴ ὁ πλιπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει*· Εἰ δὲ τινὰς τῶν μετὰ τὸ πιστεῖσαι πάλιν ἐκπεσόντων ζητοῖς παρ' ἡμῶν, καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα^ε ὑπὲρ τοῦτων εἰρήναι· ὁ γὰρ πεσὼν τῶν ἐστῶτων πρότερον ἦν, οὐ τῶν κειμένων· πῶς γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος πέσοι· Εἰρήσεται δὲ καὶ ἕτερα, τὰ μὲν διὰ τ' ἀραβολῶν, τὰ δὲ διὰ σαφεστέρων πράξεων τε καὶ λόγων. Καὶ γὰρ τὸ πρόβατον ἐκείνο, τὸ τῶν ἐνενηκόντα καὶ ἐννέα ἀποσχισθὲν, εἶτα πάλιν ἐπαναχθὲν, οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν, ἢ τὴν τῶν πιστῶν δεικνύσιν ἐκπεστῶν τε καὶ ἐπὶ τὸν πρόβατον γὰρ ἦν, καὶ τοῦτο οὐχ ἑτέρας ποιμνῆς τινὸς, ἀλλὰ τοῦ τῶν λοιπῶν ἀριθμοῦ, καὶ ὑπὲρ τῷ ποιμένι πρότερον ἐνέμετο, καὶ ἐπλανήθη πλάνην οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τὰς νάπας, τουτέστι μακρὰν τινα ὁδὸν, καὶ πολλῶν τῆς εὐθείας ἀπέχουσαν. Ἄρ' οὖν εἶσαν αὐτὸ πλανηθῆναι· Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπανήγαγεν^ι, οὐκ ἐλάσας, οὐδὲ μαστίξας, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὤμων λαβῶν. Καθάπερ γὰρ οἱ τῶν ἱατρῶν ἄριστοι τοὺς νοσοῦντας· νόσον μακρὰν μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας ἐπὶ τὴν ὑγίειαν ἐπανάγουσιν, οὐ μόνον κατὰ τὸν τῆς ἱατρείας νόμον αὐτοὺς θεραπεύοντες, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ χαρίζονται· οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοὺς σφοδρὰ διαφθαρέντας οὐ μετὰ πολλῆς ἄγει τῆς σφοδρότητος ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν, καὶ διασπαστῶν πανταχοῦ, ὥστε μὴ πλέον^θ γενέσθαι τὸ σχίσμα, μηδὲ μακροτέραν τὴν πλάνην. Οὐχ αὐτὴ δὲ μόνον ἡ παραβολὴ τοῦτο ἠνέχετο, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ παιδὸς τοῦ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος οὐκ ἄλλοτρίως τις ἦν, ἀλλ' υἱὸς, καὶ ἀδελφὸς τοῦ εὐηρεστηκότες παιδός, καὶ εἰς κακίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐξώκειλεν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ πέρας, ὡς ἂν τις εἴποι, τῶν κακῶν, ὁ πλοῦσιος καὶ ἐλεύθερος καὶ εὐγενὴς οἰκετῶν καὶ ξένων καὶ μισθιωτῶν ἀδιώτερος διατεθείς. Ἄλλ' ὅμως πάλιν εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανῆλθε. καὶ τὴν προτέραν ὁδὸν ἀπέλαθεν. Εἰ δὲ ἀπεγνώκει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, καὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἀπαγορεύσας^β ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἄλλοτρίας, οὐκ ἂν ἔτυχεν ὧν περ

τοσαύτη, et sic etiam quidam mss., commutato verborum situ.

^α Savil. et aliquot mss. ἐν μιᾷ μόνῃ.

^β Savil. et tres mss. πρώτους οὕτως ὑπερ. Paulo post unus ἀπογνώσεως λόγους τὴν τῆς προαιρέσεως ἐκκηρύττειν ἀσθένειαν.

^γ Savil. legit οὕτε γὰρ, μοιχευε τοσούτων χαλεπὸν pro simpliciter χαλεπὸν.

^δ Διαπορούμενος. Hanc Savillanam lectionem vulgatæ διαπορούμενος prætulimus. Edm.

^ε Ἄπαντα deest in tribus mss.

^ι Colb. unus ἄρ' οὖν ἀρξικεν αὐτὸ πλανηθέν· οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐπικηγάς καὶ συνήγαγεν οὐκ ἐλάσας... ἱατρῶν ἀρίστων τῶν νοσοῦντων τινὰ νόσον.

^θ Colb. unus διεδοκίμων αὐτοὺς πανταχοῦ, ὥστε μίτη πλέον. Mox Savil. et duo mss. μόνῃ ἡμῖν ἡ παραβολή.

^β Savil. et unus cod. συμβεβηκόσιν αὐτῷ ἀπαγ.

καὶ ἔτυχεν, ἀλλὰ λιμῷ διαφθαρεὶς τὸν ἀπάντων οἰκτιστον ὑπέμεινε θάνατον· ἐπειδὴ δὲ μετενόησε, καὶ οὐκ ἀπέγνω, μετὰ τὴν τοσαύτην διαφθορὰν ἐπὶ τῆς αὐτῆς φαιδρότητος γίνεται ἰ πάλιν, καὶ τὴν καλλίστην περιβάλλεται στολήν, καὶ μειζόνων ἀπολαύει τοῦ μὴ καταπεπτωκότος ἀδελφοῦ. *Τοσαῦτα γὰρ ἔτη, φησί, δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρήλθον* [10], καὶ οὐδέποτε τέ μοι ἔδωκας ἔριγον, *Ἴνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ*· ὅτε δὲ ὁ υἱὸς σου οὗτος ὁ καταφαγῶν σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σκευτὸν^α· τοσαύτη ἡ τῆς μετανοίας ἰσχύς.

ἡ· Τοσαῦτα οὖν ἔχοντες ὑποδείγματα ἰ μὴ παραμείνωμεν τοῖς κακοῖς, μηδὲ ἀπογνώσωμεν τὴν καταλλαγὴν, ἀλλ' εἰπωμεν καὶ αὐτοῖς, *Πορεύσομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου*, καὶ ἐγγίσωμεν τῷ Θεῷ. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς οὐδέποτε ἀποστρέφεται, ἀλλ' ἡμεῖς ἐσμεν οἱ μακρύνοντες ἑαυτούς· Θεὸς γὰρ, φησὶν^β, *ἐγγίζων ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐ θεὸς πόρρωθεν*. Καὶ διὰ τοῦτο τοῦ προφήτου πάλιν ἐγκαλῶν αὐτοὺς ἔλεγεν· *Οὐχ ἰ ἀμαρτία ὑμῶν διουτῶν ἄναμσον ὑμῶν καὶ ἐμοῦ*· Ἐπειδὴ οὖν τοῦτο ἔστι τὸ πόρρω ποιῶν ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, περιέλωμεν τὸ χαλεπὸν τοῦτο διάφραγμα, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν γενέσθαι^γ ἔγγυς. Ἄκουσον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τοῦτο γεγενῆσθαι. Παρὰ Κορινθίους ἐπίσημός τις ἀνήρ ἁμαρτίαν εἰργάσατο τοιαύτην, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἄνωμαζέτο. Πιστὸς δὲ οὗτος ἦν, καὶ τῶν ὀκειωμένων Χριστῷ· τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ τῶν ἱερωμένων εἶναι φασί. Τί οὖν· ἄρα ἐξέκοψεν αὐτὸν τῆς τῶν σωζομένων μερίδος^δ ὁ Παῦλος· Οὐδαμῶς· αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ μυρία ἄνω καὶ κάτω Κορινθίους ἐγκαλῶν, ὅτι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν οὐ κατέστησαν· βουλόμενος δὲ ἡμῖν δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἁμάρτημα, ὃ μὴ δύναται λαθῆναι, πάλιν ἔλεγε περὶ αὐτοῦ τοῦ χαλεπώτερα τῶν ἐθνικῶν^ε ἡμαρτηκότες· *Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς δειθορ τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν πρὸ τῆς μετανοίας· ἐπειδὴ δὲ μετενόησεν, *Ἰκανὸν τῷ τοιοῦτῳ ἡ ἐπιτιμία*, φησὶν, ἢ ὑπὸ τῶν πλειόνων^ς καὶ ἐπέστελλε παρακαλέσαι πάλιν αὐτὸν, καὶ προσέσθαι τὴν μετάνοιαν, ὥστε αὐτὸν μὴ πλεονεκτηθῆναι ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. Καὶ ἔθνος δὲ ὀλόκληρον τὸ τῶν Γαλατῶν μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ σημεῖα ἐργάσασθαι, καὶ πολλοὺς πειρασμοὺς ἐνεγκεῖν^ρ διὰ τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν, καταπεσόντας πάλιν ἀνίστησιν. Ὅτι μὲν γὰρ ἐθαυματούργουν, ἐδήλωσεν εἰπῶν· *Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν*· ὅτι δὲ καὶ πολλὰ τῆς πίστεως ἐνεκεν ἤθλησαν, καὶ τοῦτο ἐδήλωσε λέγων· *Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ, εἰ γε καὶ εἰκῆ*. Ἄλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπίδοσιν, ἁμαρτίαν ἡμαρτὸν ἱκανῶν ἄλλοτρίως αὐτοὺς τοῦ Χριστοῦ· περὶ ἧς αὐτὸς ἀποφαίνεται λέγων· *Ἴδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει καὶ πάλιν, Οἴτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος*

^α Sav. et Colb. unus ἐπὶ τῆς προτέρας λαμπρότητος γίνεται. Paulo post Savil. et duo codd. μὴ καταπεσόντος ἀδ.

^β Savil. et unus ταῦτα οὖν ἔχοντες τὰ ὑπ.

^γ Sic Savil. et duo mss. In Morel. et aliis φησὶ deest. Savil. καὶ διὰ τοῦ αὐτοῦ δὴ τοῦτο, ut et Morel. qui habet de pro dh. Mox αὐτοῖς deest in duobus mss. Ibid. Savil. et quidam ἀναμσον ἐμοῦ τε καὶ ὑμῶν.

^δ Reg. unus γενέσθαι. Mox Savil. et Colb. unus ἀπ' αὐτῶν... τοῦτο γεγονός παρά.

^ε Savil. et tres mss. σωζομένων ἐπίδοσις.

^ς Savil. et duo mss. τῶν ἐθνῶν.

^ρ Colb. τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Ἄλλὰ. Mox idem τοιοῦτο, φησὶν, ἢ ἐπιτιμία αὐτῇ ἢ ὑπὸ τῶν πολλῶν. Mox unus habet προσέσθαι τὴν μετ., duo προσέσθαι.

^σ Savil. et unus codex, ὑπενεγκεῖν. Paulo post Savil. et duo mss. ὅτι μὲν γὰρ. In aliis γὰρ deest. Postea unus cod. καὶ τούτο ἐὰν γε λέγων. Ibid. Savil. et omnes penes mss. εἰς καὶ εἰκῆ. In euit. Morel. xxi deest.

æstimatur. Ninivitarum siquidem non multis diebus¹ opus habuerunt, ut peccatum deleverint suum², sed exiguum diei tempus potuit universam eorum abolere iniquitatem: et latro non multo tempore paradisi ingressum impetravit, sed eo spatio quo verbum unum proferretur, eo momento abstersis totius vite sue peccatis, etiam ante apostolos probationis premium accepit. Videmus etiam martyres, non multis annis, sed etiam diebus paucis, imo vel una die splendidas consequutos coronas.

7. Quapropter ubique nobis alacritate, seduloque animi affectu est opus: quod si ita paremus conscientiam, ut tanta vehementia pristinam malitiam detestemur, et contrariam viam deligamus, quantam Deus imperat ac requirit, nihil ob temporis brevitatem habebimus minus, quandoquidem multi novissimi primos longe antecesserunt³. Non enim cecidisse grave est, sed lapsum jacere, nec resurgere, sed malis ultro hærentem et torpentem desperatis cogitationibus propositi imbecillitatem tegre. Cujusmodi hominibus quasi dubitans propheta dicebat: *Num qui cadit non resurget, et qui avertitur non revertetur* (Jerem. 8. 4)? Quod si quospium a nobis quæras, qui postquam crediderant ceciderint, hæc sane omnia⁴ de illis dicta sunt: nam qui cecidit ex eorum numero est, qui prius steterunt, non qui jacuerunt: qui enim jacet quomodo cadat? Alia quoque dicentur tum per parabolas, tum per clariora facta vel dicta: enim ovis illa a nonaginta novem separata, et postea reducta, nihil aliud nobis declarat, quam fidelium lapsum et reditum: siquidem hæc ovis non alterius gregis erat, sed ex reliquarum numero, ab eodemque pastore prius pascebatur: atque errore non vulgari abducta est, sed per montes et saltus, remotaque via, et a recta longe distante. Num ergo neglexit errantem? Nequaquam: sed reduxit non compellens et verberans: imo humeris reportans. Quemadmodum enim medici peritiosos ægros diuturno morbo⁵ vexatos summa cura valetudini restituant, non modo medicina legibus utentes, sed interdum indulgentes ægris, ita quoque Deus admodum corruptos non vehementi impulsu ad virtutem ducit, sed paulatim et sensim supportans ubique, ne vel major scissura, vel gravius erratum accidat. Neque id illa solum parabola subindicatur, sed et alia etiam de filio prodigo. Siquidem hic non alienus erat, imo filius, fraterque filii qui patri acceptus erat: is in improbitatem lapsus est non vulgarem, sed in ipsum, ut ita dicam, malorum extremum: dives, liber, nobilis, famulis, extraneis mercenariisque miserior effectus est. Attamen pristinum in statum rediit, amissamque gloriam recuperavit. Si desperasset, et ob calamitatem despondens animum in aliena terra mansisset, numquam conse-

quutus erat ea, quæ postmodum recepit, sed fame consumptus, miserrima omnium morte periisset: verum quia resipuit, nec desperavit, post tantam corruptionem, eundem ipsum assequutus fortunæ splendorem, pulcherrimo induitur amictu, et majoribus fruitur bonis, quam frater non lapsus. *Tot annis, inquit ille, servio tibi, et nunquam mandatum tuum præterivi, et nunquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis lætarer: sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum* (Luc. 15. 29. 30). Tanta est virtus pœnitentiæ.

8. *Nullum est peccatum cui remedium afferri non possit.* — Tot tantisque exemplis⁶ excitati ne maneamus in malis, nec de conversione desperemus; sed dicamus et nos, *Vadam ad Patrem meum*, et appropinquemus Deo. Numquam enim ille nos aversatur, sed ipsi ab eo longe recedimus: *Deus enim, inquit⁷, appropinquans ego sum, et non Deus procul* (Jer. 23. 25). Ac per hunc prophetam rursus incusat eos⁸ his verbis: *Nonne peccata vestra dividunt inter vos et me* (Isai. 59. 2)? Cum itaque hæc nos removeant a Deo, molestissimum hoc septum, quod arceat ab accessu, de medio tollamus. Audi jam ex rebus ipsis id quod dicimus comprobari. Apud Corinthios vir quidam illustris tale peccatum admiserat, quale ne apud gentiles quidem memorabatur. Is autem fidelis erat de familiaribus Christi: sunt qui sacerdotem quoque fuisse dicant. Quid igitur? Paulusne ipsum a sorte eorum, qui salutem consequuntur, abscidit? Nequaquam: ipse quippe est qui sexcenties Corinthios variis modis carpit, quod cum ad pœnitentiam non redegerint: ut autem ostendat nobis nullum esse peccatum, cui remedium afferri non possit, rursus de illo, qui gravius quam gentes peccaverat, ita loquitur: *Tradite illum satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi* (1. Cor. 5. 5). Sed id quidem ante pœnitentiam: postquam autem resipuit: *Sufficit, inquit, illi, qui ejusmodi est, objurgatio⁹ quæ fit a pluribus* (2. Cor. 2. 6): scripsitque eis, ut consolarentur eum, et ejus pœnitentiam admitterent, ne circumveniretur a satana. Item universam Galatarum nationem post susceptam fidem, post patrata signa, et multas pro Christi fide superatas tentationes, lapsos, inquam, Galatas iterum erigit. Quod enim miracula fecissent, ille declarat his verbis: *Qui ergo tribuit vobis spiritum, et operatur virtutes in vobis* (Galat. 5. 5): quod vero multa pro fide certamina inierint, id etiam declarat his verbis: *Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa.* Attamen post tantum virtutis incrementum, peccatum admiserunt, quod posset eos a Christo alienos facere: de quo ipse hanc profert sententiam: *Ecce ego Paulus dico vobis, si circumcidamini, Christus nihil vobis*

¹ Unus habet, *multis annis atque diebus.*

² Savil. et aliquot Mss., *peccatum deleverint istum.*

³ Savil. et tres Mss., *longe sic antecesserunt.*

⁴ Vox, *omnia*, deest in tritulis Mss.

⁵ Coll. unus, *quod in morbo.*

⁶ Savil. et unus Mss., *its exemplis.*

⁷ Sic Savil. et duo manuscripti. In Morel. et aliis deest, *inquit.*

⁸ Deest, *eos*, in duobus Mss.

⁹ Coll. habet, *objurgatio illa.*

proderit : et iterum, *Quicumque in lege justificamini a gratia excidistis* (Gal. 5. 2 et 4). At tamen post hujusmodi lapsum, ipsos recipit, dicens : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (Gal. 4. 19), ostendens, etiam post extremam corruptionem posse rursus Christum divinitus efformari in nobis; non enim vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (Ezech. 33. 11).

9. *Gehenna ignis demonibus, regnum cælorum nobis deputatur.* — Convertamur itaque, o dilectum caput, et voluntatem Dei perficiamus. Ideo quippe nos creavit et produxit, ut cælestium bonorum consortes faceret, ut regnum cælorum tribueret ¹, non ut in gehennam conjiceret, ignique traderet : hic enim ignis non propter nos, sed propter diabolum constitutus est; regnum vero nobis paratum primitus et assignatum est. Utrumque vero subindicat cum dicit iis quidem qui a dextris sunt : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Math. 25. 34); iis vero qui a sinistris : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* ², paratum; non utique vobis, sed *diabolo et angelis ejus* ³. Non igitur nobis parata est gehenna, sed diabolo et angelis ejus; regnum autem a constitutione mundi nobis adornatum est. Ne itaque nos thalami ingressu indignos reddamus : quamdiu enim ⁴ hic sumus, etiamsi millies peccemus, omnia licet æternæ peccatorum penitentiam exhibentibus : cum autem illic abducti fuerimus, etiamsi ingentem penitentiam exhibeamus, nihil nobis proderit; sed quantumvis dentibus frendamus, quantumvis lugeamus, quantumvis obsecremus, ne extremo quidem digito quispiam nobis aliquid refrigerii distillabit; sed ea ipsa audiemus, quæ dives olim ille, nempe, *Magnum chaos inter nos et vos firmatum est* (Luc. 16. 26). Resipiscamus itaque, obsecro, dum hic degimus, et Dominum agnoscamus, ut agnoscere oportet. Tunc enim solum de penitentia desperandum erit, cum in inferno constituti erimus : ibi namque solum hoc remedium infirmum inutileque est : dum autem hic versamur, etiamsi in ipsa senectute adhibeatur, vim habet maximam. Quapropter diabolus nihil non machinatur, ut desperationis radicem nobis ponat : novit enim, si vel tantillum resipuerimus, id non sine mercede futurum esse. Sed sicut is qui calicem aquæ frigidæ porrexerit, depositam habet retributionem, sic is, quem de admissis a se facinoribus pœnitet, licet dignam penitentiam non exhibeat, ejusdem tamen retributionem accipiet. Nihil enim bonorum, quantumvis exiguum sit, a justo ⁵ iudice respicietur. Nam si peccata cum tanta accuratone disquiruntur, ut etiam de verbis et cogitationibus pœnas demus, quanto magis bona opera, seu magna, seu parva fuerint, nobis illo tempore computabuntur. Quare licet ad pristinam illam diligentiam redire non

valeas, sed quovis tandem modo a præsentis morbo et luxuria te abducas, ne hoc quidem tibi infructuosum erit : fac in eas opus, et aditum ad certamina aperiatur : quamdiu enim extra manebis, jure tibi difficile arduumque ¹ videbitur. Nam antequam periculum fiat, quantumvis faciles et expeditæ res fuerint, magnam tamen difficultatis speciem præ se ferre solent; cum autem eas strenuo audacique animo adivimus, magna pars laboris evolat; ac fiducia, loco tremoris desperationisque subingressa, metum minuit, facilitatem auget, bonamque spem roborat. Ideo malignus ille Judam ex hac vita abduxit, ne initio respiscendi facto, per penitentiam ad locum unde exciderat rediret. Ego enim, etsi supra fidem loqui videar, neque illud (Judæ) peccatum majus esse dixerim, quam auxilium, quod nobis a penitentia offertur. Quamobrem rogo et obsecro, omni depulsa satanica cogitatione ab anima tua, ad hanc salutem redeas. Si namque confestim ad illud te fastigium conscendere juberem, id jure moleste ferres, utpote rem difficillimam; cum autem id tantum nunc ² postulem, ut præsentibus malis nihil adjicias, sed surgens ad iter contrarium te convertas, quid cunctaris? cur refugis, et ad posteriora te retrahis? Annon vidisti quosdam qui in deliciis, et in ebrietatibus et in jocis ³, et in reliquo hujus vitæ ludibrio mortui sunt? Ubi nunc sunt qui tumidi superbia cum multis sequacibus per forum incedebant? qui sericis induti vestibus et unguentum olentes, parasitosque alentes, scenæ semper affixi erant? ubi nunc ostentatio illa et pompa? Abiit cœnarum sumptus, musicorum turba, assentantium clientela, risus immodicus, animi remissio, mentis effusio, vita mollis, otiosa, luxu perdita. Quo nunc evolarunt omnia? quid factum est de corpore, quod pridem tanto famulitio, tanta munditia abundabat? Perge nunc ad sepulcrum : contemplare pulverem, cineres, vermes, loci ⁴ deformitatem intueri, et amare suspira. Atque utinam ad cineres datum sis teret; jam autem a sepulcro et a vermibus cogitatum transfer ad immortalem illum vermem, ad ignem inexstinguibilem, ad fremitum dentium, ad tenebras exteriores, ad afflictionem et angustiam, ad parabolam Lazari et divitis, qui tot pecuniis instructus, purpuraque indutus, ne stillam quidem aquæ postea in potestate habuit ⁵, in tanta calamitate constitutus. Hujus enim vitæ conditio somniis nihilo melior est. Quemadmodum enim qui metalla effodit, aut aliam quandam pœnam luunt hac graviorem, si quando sub duris illis laboribus et acerbissima vita dormitantes per somnium se viderint in deliciis, et rerum affluentia, experrecti postea, nullam somniis gratiam habent : sic et dives ille, cum in præsentis vitæ, quasi in somnio, divitiis abundasset, posteaquam hinc emigra-

¹ Savil. et unus Colb., *nobis tribueret.*

² Sic Savil. et quatuor Mss. Morel. et duo alii, *in ignem exteriorum.*

³ Colb. unus habet, *paratum diabolo et angelis ejus, non vobis.*

⁴ Savil. et unus Ms., *enim*, recte. In aliis deest, *enim*.

⁵ In uno Colb. deest, *justo.*

¹ Sic Savil. et duo Mss. Tres alii, *interdictumque.*

² Savil. et duo Mss., *nunc*, recte. In aliis et Morel., *nunc*, deest.

³ Deest, *et in jocis*, in uno Colb. et in editione Montefalci. Hujus vocis loco Savil. habet, *in voracitate.*

⁴ Savil. habet, *tumuli*. Tres Mss., *imagines.*

⁵ Savil. et aliquot Mss., *ibi habuit.*

ἔξεπέσατε^a· καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ὁμῶς παράπτωτον, προσίεται αὐτοῦ, λέγων· *Τεκνία μου, οὐκ πάλιν ὠδίνω, ἀκριθὸς οὐ μορφωθῆ Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν*^b· δεῖκνός, ὅτι μετὰ ἂ τὴν ἐσχάτην διαφθορὰν δυνατὸν πάλιν ἀνωθεν μορφωθῆναι τὸν Χριστὸν ἐν ἡμῖν· οὐ γὰρ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέφαι καὶ ζῆν αὐτόν.

[11] θ'. Ἐπιστρέψωμεν οὖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ τὸ θέλημα ἐξανύσωμεν τοῦ Θεοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἡμᾶς ἔκτισε, καὶ εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ἵνα τῶν αἰωνίων ποιήσῃ μετασχέιν^c ἀγαθῶν, ἵνα τὴν βασιλείαν παράσχῃ τῶν οὐρανῶν, οὐχ ἵνα εἰς γέενναν ἐμβάλῃ, καὶ τῷ πυρὶ παραδῶ· τοῦτο γὰρ οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τὸν διάβολον γέγονεν· ἡ βασιλεία δὲ ἡμῖν εὐτρέπισται, καὶ παρσκευάζεται πάλιν. Καὶ ταῦτα ἀμφοτέρω ὑποδεικνύσας, ἔλεγε τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν· *Δεῦτε, εἰ ἐὺλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*· τοῖς δὲ ἐξ εὐνύμων, *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ καταπραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*^d τὸ ἡτοιμασμένον, οὐκ ἔτι ὑμῖν, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Οὕτως οὐ δι' ἡμᾶς ἡ γέεννα γέγονεν, ἀλλὰ δι' ἐκείνων καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐκείνους· ἡ δὲ βασιλεία πρὸ καταβολῆς κόσμου ἡμῖν παρσκευάζεται. Μὴ τοίνυν ἀναξίους ἑαυτοῦς τῆς τοῦ νυμφῶνος εισόδου παρσκευάσωμεν· ἔως μὲν γὰρ^e ἂν ὤμεν ἐνθάδε, κἄν μυρία ἀμάρτωμεν, ἔνεστι πάντα ἀπολοῦσασθαι, μετάνοιαν τῶν ἀμαρτηθέντων ἐπιδειξαμένους· ἥνικα δὲ ἂν ἀπαχθῶμεν ἐκεῖ, οὐδ' ἂν σφοδρὸτάτην ἐπιδειξιώμεθα τὴν μετάνοιαν, ἔσται τι πλεονοιοῦν, ἀλλὰ κἄν τοὺς ὀδόντας βρῶμεν, κἄν κοπτῶμεθα, κἄν μυρία παρακαλῶμεν, οὐδὲ ἄρκω τις ἐπιστάξει τῷ δακτύλῳ φλεγόμενοις ἡμῖν, ἀλλ' ἀκουσόμεθα ταῦτα, ἅπερ καὶ ὁ πλούσιος τότε ἐκείνους, ὅτι *Χάσμα μέγα μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν ἐστήρικται*. Ἀνανήψωμεν οὖν ἐνταῦθα, παρακαλῶ, καὶ τὸν δεσπότην ἐπιγνώμεν τὸν ἑαυτῶν, ὡς ἐπιγνώμαι χρεῖ. Τότε γὰρ μόνον ἀπογνῶναι δεῖ τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας ἐλπίδα, ὅταν ἐν τῷ ᾄδῃ γενώμεθα· ἐκεῖ γὰρ μόνον τοῦτο τὸ φάρμακον ἀσθενὲς καὶ ἀχρηστον· ἐνταῦθα δὲ θνητὸν ἡμῶν, κἄν ἐν αὐτῷ τῷ γήρῃ ἐπιτεθῆ, πολλὴν ἐπιδεικνύεται τὴν ἰατρίαν. Διὰ καὶ ὁ διάβολος πάντα κινεῖ, ἵνα ριζώσῃ τὸν τῆς ἀπογνώσεως ἐν ἡμῖν λογισμόν· οἶδε γὰρ, ὅτι κἄν μικρὸν μετανοήσωμεν, οὐκ ἀμισθὶ τοῦτο πράξομεν. Ἄλλ' ὡς περὶ ὁ ποτήριον ψυχροῦ^f ἐπιιδίου ἀποκεμῆν ἔχει τὴν ἀμισθίαν, οὕτω καὶ ὁ μετανοήσας ἐφ' ὅς ἐπραξέθεινος, κἄν μὴ τῶν ἀμαρτηθέντων ἄξιαν ἐπιδείξεται τὴν μετάνοιαν, καὶ αὐτῆς ταύτης ἔξει τὴν ἀντιδοσίν. Οὐδὲν γὰρ ὅλως τῶν ἀγαθῶν, κἄν μικρὸν ἦ, παρορθησεται παρὰ τοῦ δικαίου^g κριτοῦ. Εἰ γὰρ ἀμαρτήματα μετὰ τοσαύτης ἐξετάζεται τῆς ἀκριβείας, ὡς καὶ βῆμάτων καὶ ἐνθυμημάτων τυνώσιν τιμωρίας ἡμᾶς, πολλῶν μᾶλλον τὰ κατορθώματα, κἄν μεγάλα ἦ, κἄν μικρὰ, λογισθήσεται κατ' ἐκείνων ἡμῖν τὸν καιρὸν. Ὅστε κἄν μὴ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκριβείαν πάλιν ἐπανελεῖν δυνηθῆς, ἀλλὰ τὸ τυχόν γούν τῆς παροῦσης νόσου καὶ ἀσελείας ἀποστήσῃ σεαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἔσται ἀνόνητον· μόνον ἀρχὴν ἐπιθες τῷ πράγματι,

^a Savil. et omnes mss. ἐπέσατε. Morel. ἐπέσατε.

^b Savil. et unus ὅτι καὶ μετὰ. Post hæc quatuor mss. ἐπιστρέφειν. Savil. autem, Morel. et unus ἐπιστρέφει.

^c Savil. et unus Colb. ἡμᾶς ante μετασχέιν, et mox ἡμῖν ante παράσχῃ habent.

^d Sic Sav. et quatuor mss. Mor. et duo alii ἐώτερον. Ibid. Colb. unus ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὐχ ὑμῖν οὕτως. Sav. ἡτοιμασμένον οὐχ ὑμῖν, ἀλλὰ, etc. Ibid. Sav. et aliquot mss. ἀγγέλοις αὐτοῦ. Mor. et alii ἐκείνου. Paulo post unus ἀπὸ καταβολῆς. Ib. quatuor mss. παρσκευάσατο.

^e Sav. et unus ἔως μὲν γὰρ, recte. In aliis γὰρ deest. Paulo post multum variant tum edd. tum mss. Sav. habet ἔστιν ἅπαντα ἐπολοῦσασθαι, μετάνοιαν τῶν ἡμαρτηθέντων ἐπιδειξαμένους ἄξιαν. Tres mss. ἐνεστι ἅπαντα ἀποδυσωμένους μετάνοιαν τῶν ἀμαρτηθέντων ἐπιδειξασθαι, unus addit ἄξιαν. Morel. ἐνεστι πάντα ἱπολοῦσασθαι μετάνοιαν τῶν ἀμαρτηθέντων ἐπιδειξαμένους.

^f Alii cum Sav. ψυχρὸν Mor. et unus ψυχροῦ. Alii ψυχρόν.

^g In uno Colb. δικαίος deest.

καὶ τὴν εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσοδὸν ἀνοίξον· ἔως δ' ὃν ἐξω μῆνης, εἰκότως δύσκολον [12] καὶ ἀπορον^h τοῦτ' εἶναι φαίνεται. Πρὸ γὰρ τῆς πείρας, κἄν σφόδρα ἦ τὰ πράγματα κόψα καὶ φορητὰ, ὁμῶς ἔμψασιν ἡμῖν παρέχειν εὐθε δυσκολίας πολλῆς· ὅταν δὲ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς πείρας γενώμεθα, καὶ κατατολήσωμεν, τὸ πλεόν τῆς ἀγωνίας ἐξίσταται, καὶ τὸ θαρβεῖν ἀντὶ τοῦ τρέμειν καὶ ἀπογινώσκειν ἐπεισελθὼν ἔλαττοί μὲν τὸν φόβον, αὖξαι δὲ τὴν εὐμάρειαν, καὶ τὰς χριστὰς ἐλπίδας ἰσχυροτέρας ποιεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἰούδαν ἀπήγαγεν ἐνθῆνδε ὁ πονηρὸς, ἵνα μὴ τῆς προσηκούσης λαβόμενοςⁱ ἀρχῆς, ἐπανελεῖν διὰ τῆς μετανοίας ὅθεν ἐξέπεσον. Ἐγὼ γὰρ, εἰ καὶ παράδοξον τὸ λεγόμενον. οὐδὲ ἐκείνο τὸ ἀμάρτημα μείζον εἶποιμι ἂν εἶναι τῆς ἀπὸ τῆς μετανοίας βοήθειας ἐγγινώμην ἡμῖν. Διὸ δὴ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, πᾶσαν τὴν σατανικὴν ἔνοιαν ἐξορίσαντα τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ταύτην ἔλθωιν^j. Εἰ μὲν γὰρ ἀθρώως καὶ ὁμοῦ πρὸς ἐκείνην σε τὴν κορυφὴν πάλιν ἀναβῆναι ἐκέλευον, εἰκότως ἂν ἐδυσχέραινες, ὡς πολλῆς τῆς δυσκολίας οὐσίας ἐν τούτῳ· εἰ δὲ τοσοῦτον ἀκαιτῶ μόνον νῦν^k, ὅσον μὴ προσθεῖναι τοῖς παροῦσι καιροῖς, ἀλλ' ἀναστάντα ἐντεῦθεν τὴν ἐναντιαν ὑποστρέψαι πάλιν, τίνος ἔνεκεν ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ, καὶ εἰς τοῦπίσω καθέλκεις σαυτὸν; Οὐχ ἑώρακας τοὺς ἐντροφῆ καὶ μεθῆ καὶ παιδιᾶ^l καὶ τῆ λειψῆ τελευτήσαντας χλευασίᾳ τοῦ βίου; Πού νῦν εἰσὶν οἱ μετὰ πολλοῦ μὲν τοῦ τύφου, πολλῶν δὲ τῶν ἀκολουθῶν σοδοντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς; οἱ τὰ σαρικὰ ἐνδεδυμένοι, καὶ μύρων ἀποπνέοντες^m, καὶ παρασίτους τρέφοντες. καὶ τῆ σκηπῆ προσηλωμένοι διαπαντός; ποῦ τούτων ἡ φαντασία ἐκείνη νῦν; Οἴγεται ἡ τῶν δείπνων πολυτέλεια, τὸ τῶν μουσικῶν πλῆθος, ἡ τῶν κολάκων θεραπεία, ὁ γέλως ὁ πολὺς, ἡ τῆς ψυχῆς ἀνεσις, ἡ τῆς διαβολῆς διάχρσις, ὁ βίος ὁ ὑγρὸς καὶ ἀνεμῶνος καὶ περιττός. Πού νῦν ἀπέπτῃⁿ πάντα ἐκείνα; τί γέγονε τὸ τοσαύτης θεραπείας ἀπολαῦον σῶμα καὶ καθαρότητος; Ἀπιθὶ πρὸς τὴν σορὸν, θέασαι τὴν κόνιν, τὴν τέφραν, τοὺς σκώληκας, τοῦ τόπου^o τὸ ἐιδεσθῆς θέασαι, καὶ στέναξον πικρόν. Καὶ εἴθε μέγρι^p τὸς τέφρας ἡ ζημία ἦν· νῦν δὲ ἀπὸ τῆς σοροῦ καὶ τῶν σκωλήκων τούτων μετὰγαγε τὸν λογισμόν τῶν ἀτελεύτητον ἐκείνων σκώληκα, ἐπὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ἐπὶ τὸν βρυγγμὸν τῶν ὀδόντων, ἐπὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ἐπὶ τὴν θλιψίν καὶ τὴν στενοχωρίαν, ἐπὶ τὴν παραβολὴν τῆν τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου, ὅς τοσοῦτων χρημάτων κύριος ὦν, καὶ πορφύραν ἐνδιδυσκόμενος, οὐδὲ σταγῶνος ὕδατος ἐγένετο κύριος^p, καὶ ταῦτα ἐν ἀνάγκῃ τοσαύτη καθεστώς. Οὐδὲν τῶν ὄνειράτων ἄμεινον τὰ ἐνταῦθα δικάζεται. Καθ' ἅπερ γὰρ οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι, ἡ καὶ ἔτεραν τινα τινύντες κόλασιν ταύτης χαλεπωτέραν, ὅταν ὑπὸ τῶν πολλῶν μόχλων ἐκείνων καὶ τῆς πικροτάτης ζωῆς ἀπονυστάξαντες ἴδωσιν ἐν ὄνειροισι, ἐν τρυφαίᾳ^q καὶ εὐθηνίαις ἑαυτοῦς, οὐδεμίαν μετὰ τὸ ἐγερθῆναι τοῖς ὄνει-

^h Sic Savil. et duo mss. Tres alii καὶ ἀπόρρητον. Paulo post duo mss. ἔμψασιν ἡμῖν τὰ πράγματα παρέχειν. Savil. ἔμψασιν ἡμῖν πάλιν παρέχειν. Morel. et alii ut in textu.

ⁱ Colb. unus ἐπιλαβόμενος.

mam. Sed quid his miserabilis est, si Christianorum libertati comparentur? Nam princeps furori populorum subjacet brutoque multitudinis impetui, majorum principum timori, sollicitudini erga subditos: ac qui heri princeps erat, hodie privatus efficitur: hæc quippe vita nihil a scena differt. Nam ut ibi hic imperatoris, ille ducis, alter militis implet officium: vesperi autem nec imperator, qui imperator erat, nec dux qui dux, nec miles qui miles erat, remanet: sic et in die illa, non a persona, sed ab operibus dignam quisque mercedem accipiet. At gloria fortassis in pretio habenda, quæ cadit tamquam flos feni? At divitiæ, quas qui possident miseri prædicantur? *Væ, inquit, divitibus; et iterum, Væ qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur* (Luc. 6. 24. Psal. 48. 6). Christianus numquam ex principe privatus efficitur, nec pauper ex divite, nec ex glorioso inglorius; sed in divitiis manet etiam cum mendicat, et erigitur cum sese deprimere satagit, et eum, quem obtinet, principatum, non hominum, sed principum, qui sunt sub potestate rectoris tenebrarum, nullus ipsi potest auferre. Legitima res est conjugium, id ego confiteor; *Honorable enim est connubium, et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros judicabit Deus* (Heb. 13. 4). Sed tibi jam non est integrum jura connubii servare. Eum enim, qui semel cælesti sponso junctus est, si ab eo divellatur et uxorem ducat, adulterium amittere certum est, quamvis millies hoc ipsum nuptias voces; imo id tanto gravius adulterio est, quanto præstantior Deus homine. Ne quis te decipiat dicens: uxorem³ ducere non vetat Deus. Id ego quoque novi; sed adulterium prohibuit, quod tu admittere volebas: quod absit, ut nimirum connubio jungaris unquam. Ecquid miraris si nuptiæ pro adulterio reputantur, quando contemnitur Deus? Cædes ad justitiam reputata est, et humanitas plus quam homicidium damnata fuit; quoniam illa ex sententia Dei, hæc vero illo prohibente exhibita est. Et Phineæ quidem reputatum est ad justitiam, quod fornicantem mulierem cum scortatore confodisset; Saulem vero sanctus Dei Samuel, in fletu, luctu et precibus sæpe pernoctans, non potuit a damnatione, quam Deus adversus ipsum pronuntiaverat, eripere; quia regem alienigenarum, quem occisum oportuerat, præter Dei sententiam salute donavit. Si ergo humanitas majorem quam cædes damnationem infert, quia Deo non obtemperatur: quid mirum si nuptiæ graviorem quam adulterium damnationem inferant, quando despicitur Christus? Nam, ut initio dicebam: si privatus esses, nemo te desertæ militiæ accusaret; nunc autem tui juris non es amplius, qui tanto imperatori militare cœpisti. Et enim si mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, multo magis qui vivunt in Christo sui corporis potestatem non habeant (1. Cor. 7. 4). Qui nunc contemnitur, ipse est qui tunc judicabit: huic semper cogita, necnon fluvium illum igneam;

¹ Habent duo Mss., *ut vir sapiens*, etc. Infra omnes alii, *qui justus*, omisso, *prius*.

² Pergit in margine Savil., *ut quisque afferat quæ, dum in corpore esset, operatus est sive bonum, sive malum.*

³ Savil. in margine, *uxorem legitimam.*

πίπτει ταχέως, οὕτω καὶ ὀστέον ἀνίσταται. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ὃν Δαυὶδ λέγω, τὸν ἐκλεκτὸν βασιλέα καὶ προφήτην, ἤνικα πολλὰ ἑ κατώρθωσεν, οὐκ ἔλαθεν ἀνθρώπων ὄντων, ἀλλ' ἠράστη ποτὲ γυναικὸς ἀλλοτρίας, καὶ οὐκ ἔστιν μέχρι τούτου, ἀλλ' εἰργάσατο μὲν μοιχείαν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, εἰργάσατο δὲ καὶ φόνον διὰ τὴν μοιχείαν· ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ τηλικαύτως ἔλαβε δύο πληγὰς, ἥδη καὶ τρίτην ἑαυτῷ δοῦναι ἐπεχειρήσεν, ἀλλ' εὐθέως πρὸς τὸν ἱατρὸν ἔτρεχε, καὶ τὰ φάρμακα ἐπιτίθει, νηστεῖαν, δάκρυα, θρήνους, εὐχὰς συνεχεῖς, τὸ τὴν ἀμαρτίαν [57] πολλάκις ἀναγγέλλειν· καὶ οὕτω διὰ τούτων ἴσως κατέστησεν τὸν Θεόν, ὡς ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν ἀξίαν, ὡς ἔπειτ' ἐπὶ μοιχείαν καὶ φόνον πάλιν ἐπιτικιάσαι δυνήθηται τὴν τοῦ παιδὸς εἰδωλολατρείαν τὴν τοῦ πατρὸς μνήμην. Ὁ γὰρ τούτου υἱὸς, Σολομὼν ἦν νομα αὐτῷ, διὰ τῆς αὐτῆς ἐάλω παγίδος, ἤσπερ καὶ ὁ πατήρ, καὶ γυναιξὶ χαριζόμενος ἀπέστη τοῦ πατρῷου Θεοῦ. Ὁρᾷ πόσον κακὸν τὸ μὴ κρατεῖν ἠδονῆς, ἀλλὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνατρέψειν ἀρχὴν, καὶ ἀνδρα ὄντα γυναικῶν ἑ εἶναι δοῦλον. Αὐτὸν δὴ οὖν τοῦτον τὸν Σολομῶντα, δίκαιον πρότερον ὄντα καὶ σοφόν, δι' ἀμαρτίαν πᾶσαν ἀφαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν κινδυνεύοντα, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐδοκίμειον τὸ τῆς ἀρχῆς ἔκτον μέρος ἀφῆκεν ἔχειν ὁ Θεός. Εἰ μὲν οὖν ἡ σπουδὴ σου περὶ τούτου ἔξωθεν λόγους ἦν, εἶτα ἀπερῆραθῆναισας, δικαστηρίων καὶ βήματος καὶ τῶν ἐκεῖθεν στεφάνων καὶ παρῶν σίας ἀναμιμνήσκων, παρεκάλεσα ἀν' ἐπανελθεῖν εἰς τοὺς ὑπὲρ ἐκεῖνων πόρους· ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς τρέχοντων, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς λόγος ἦν μὲν οὐδεὶς, ἐτέρουσι σε ἀναμιμνήσκω δικαστηρίων, καὶ βήματος φοβεροῦ καὶ φοβικῶδους· Πάντας γὰρ ἡμᾶς φανερωθήναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ^d. Κριτὴς δὲ κάθηται τότε ὁ νῦν ἀθετούμενος ὑπὸ σου. Τί οὖν ἐροῦμεν, εἰπέ μοι, τότε; τί δὲ καὶ ἀπολογισόμεθα, ἐὰν ἐπιμεινόμεν ἀθετούμενοι; Τί οὖν ἐροῦμεν; πραγμάτων φροντίδας σκηψόμεθα; Ἄλλα προλαβὼν εἶπε· *Τί ὠφείλῃσι ἀνθρώπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ*; Ἄλλὰ τὸ ὑφ' ἐτέρων ἠπατήσθαι; Ἄλλ' οὐδὲ τὸν Ἀδὰμ πρὸς ἀπολογίαν ὤνησε τὸ προβαλέσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ εἰπεῖν· *Ἡ γυνὴ, ἣν ἔδωκα μετ' ἐμοῦ, αὐτὴ με ἠπάτησεν*^e. ὡς περ οὐδὲ τὴν γυναῖκα ὁ ὄφις. Φοβερόν, ὡς φίλε Θεόδωρε ἑ, τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο, οὐ κατηγόρων δεόμενον, οὐ μάρτυρας περιμένον· πάντα γὰρ γυμνά καὶ τετραχηλισμένα ἐστὶ τῷ δικάζοντι, καὶ οὐ πράξεων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνομιῶν εὐθύνας ὑπέχειν δεῖ· κριτικὸς γὰρ ἐστὶν ἐνθυμήσεων καὶ ἐνομιῶν καρδίας ὁ δικαστὴς ἐκεῖνος. Ἄλλ' ἴσως ἀσθένειαν φύσεως ἔρείς, καὶ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἐνεργεῖν τὸν ζυγόν. Καὶ ποῖα αὐτὴ ἀπολογία, ζυγὸν μὴ ἰσχύσαι τὸν χρηστὸν ἐνεργεῖν, φορτίον ἢ μὴ δυνηθῆναι βαστάσαι τὸ ἔλαφρόν; βαρὺ πρᾶγμα καὶ φορτικὸν ἢ τῶν κόπων ἀνάκτησις; Ἐπὶ ταῦτα γὰρ πάντα καλεῖ ὁ Χριστὸς λέγων· *Δεῦτε πρὸς με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορ-*

τισμένοι, καὶ γὰρ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε ἑ τὸν ζυγὸν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· ὁ γὰρ ζυγὸς μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἔλαφρόν. Τί γὰρ ἔλαφρότερον, εἰπέ μοι, τοῦ φροντίζων καὶ πραγμάτων καὶ φόβων, καὶ πόνων ἀπηλλάχθαι, ἔξωθεν δὲ τῶν τοῦ βίου κυμάτων ἐστάναι, καὶ ἐν εὐδίῳ διαγεῖν λιμένι;

γ. Τί σοι δοκεῖ τῶν ἐν κόσμῳ μακαριστὸν εἶναι καὶ ζηλωτὸν; Ἀρχὴν πάντως ἔρεις καὶ πλοῦτον καὶ τὸ παρὰ ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν. Καὶ τί τούτων ἀβλιώτερον, ὅταν πρὸς τὴν Χριστιανῶν ἐλευθερίαν συγκρίνηται; [38] Ὁ μὲν γὰρ ἀρχὸν θῆμιον ὑπόκειται θυμῷ, καὶ κλιθῶσι ὁρμαῖς ἀλόγοις, φόβῳ τε ἀρχόντων μερίζων, καὶ ταῖς ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων φροντίσι, καὶ ὁ χθὲς ἀρχὸν σήμερον ἰδιώτης· σκηπὴς γὰρ οὐδὲν ὁ παρὼν διενήνοχε βίος· ἀλλὰ καθάπερ ἐκεῖ βασιλεὺς μὲν οὗτος, στρατηγὸς δὲ ἐκεῖνος, ἕτερος δὲ στρατιώτων τάξιν πληροῖ, τῆς δὲ ἐσπέρας καταλαθοῦσης, οὕτε βασιλεὺς ὁ βασιλεὺς, οὕτε ἀρχὸν ὁ ἀρχὸν, οὕτε ὁ στρατηγὸς στρατηγός, οὕτω καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἀπὸ τοῦ προσώπου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων ἕκαστος λήφεται τὴν ἀξίαν ἀμοιβῆν. Ἄλλὰ δόξα τιμὸν, τὸ καταπίπτον τῶν ἄνθρωπων χόρτου; Ἄλλὰ πλοῦτος, ὃν οἱ κεκτημένοι ταλανίζονται; Οὐαὶ γὰρ, φησὶ, τοῖς πλουσίοις· καὶ πάλιν, *Οὐαὶ οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλῆθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι*! Ὁ Χριστιανὸς οὐδέποτε ἐξ ἀρχόντος ἰδιώτης γίνεται, οὐδὲ ἀπὸ πλουτοῦ πένης, οὐδὲ ἀδύξου ἀπὸ ἐνδόξου· ἀλλὰ μένει πλοῦτον ὅταν πτωχεύῃ, καὶ ὑψοῦται ὅταν ταπεινῶν ἑαυτὸν σπουδάξῃ· καὶ τῆς ἀρχῆς ἢς ἀρχει, οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἡγεμονοῦ τοῦ σκοτοῦ, οὐδεὶς αὐτὸν παραλύσαι δύναται. Δίκαιος ὁ γάμος, σύμφημι καὶ γὰρ *Τίμιος* ἢ γὰρ, φησὶ, ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνοις δὲ καὶ μοιχοῦς κρινεῖ ὁ Θεός· σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατόν τὰ δίκαια τοῦ γάμου φυλάξαι. Τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ, τούτου μὲν ἀφείναι, γυναῖκα δὲ ἑαυτὸν συνάψαι, μοιχεῖα τὸ πρᾶγμα, κἂν μυριακίαι αὐτῷ γάμον καλῆς· μάλλον δὲ καὶ μοιχείας τοσοῦτον δεινότερον, ὅσην κρεῖττον ἀνθρώπων Θεός. Μηδεὶς σε ἀπατάτω λέγων· Γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν ὁ Θεός. Οἶδα τοῦτο καὶ γὰρ· γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ μοιχεύειν ἐκώλυσεν, ὃ σὺ ποιεῖν ἐθέλεις· ὃ μὴ γένοιτο, σὲ ὀμιλήσαι γάμῳ ποτέ! Καὶ τί θαυμάζεις εἰ γάμος ὡς περ μοιχεῖα κρίνεται, ὅταν ἀθετῆται Θεός; Φόνος δικαιοσύνην ἤνεγκε, καὶ φιλανθρωπία φόνου μᾶλλον κατέκρινεν· ἐπειδὴ τὸ μὲν κατὰ γνώμην, τὸ δὲ κωλύοντος ἐγένετα Θεοῦ. Καὶ τῷ μὲν Φινεὲς ἐλογίσθη εἰ δικαιοσύνην τὴν πορευομένην γυναῖκα μετὰ τοῦ πορευόντος ἐκκεντήσασα· τὸν δὲ Σαουλ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Σαμουὴλ ἐκεῖνος ὄλας νύκτας δακρύων καὶ πενθῶν καὶ παρακαλῶν, οὐκ ἰσχυσεν ἐξελέσθαι τῆς καταδίχης, ἢς ἐξήνεγκε κατ' αὐτοῦ ὁ Θεός, ἐπειδὴ τὸν τῶν ἀλλοφύλων βασιλεῖα, ὃν δέον ἀνελεῖν, ἔσωσε παρὰ γνώμην Θεοῦ. Εἰ τοίνυν φιλανθρωπία μᾶλλον φόνου κατέκρινε διὰ τὸ παρακουσθῆναι Θεόν, τί θαυμαστὸν εἰ γάμος μοιχείας καταδικάζει μᾶλλον, διὰ τὸ ἀθετῆθαι τὸν Χριστόν; Ὅπερ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφη, εἰ μὲν ἰδιώτης ἦς, οὐδεὶς ἄν σε ἀσπασταίης ἐγράψατο· νυνὶ δὲ οὐκ εἶ κύριος εἰ ἰσαυτοῦ, βασιλεὺς τοιοῦτον στρατεύομενος. Εἰ γὰρ ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ, πολ-

^a Savil. in textu καὶ γὰρ ὁ μακάριος, ὁ ἐκλεκτὸς βασιλεὺς καὶ προφήτης ἤνικα πολλοί, etc. ut supra. In margine vero, τὸν μακάριον Δαυὶδ, τὸν ἐκλεκτὸν βασιλέα, καὶ προφήτην, ἤνικα πολλὰ κατώρθωσεν, οὐκ ἔλαθεν ἀνθρώπων ὄντων.

^b Sav. ὥστε, εἰ ποικίλας πᾶσι... τῆ τ. π. εἰδωλολατρείας.

^c Duo mss. καὶ ἀνθρώπων ὄντων σοφόν ὄντα. Mox omnes alii δίκαιον ὄντα omissio πρότερον. Digna est quae noletur lectio Savilii, nempe.... Σολομῶντα δι' ἀμαρτίαν δίκαιον ὄντα πᾶσι ἀφ. τ. βασιλ., διὰ τὴν τοῦ πατρὸς, κ. τ. λ.

^d Pergit in margine Savil. ἵνα ἕκαστος κομιθῆται τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἐπράξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν. Mox omnes habent ἀθετούμενος ὑπὸ σου. Morel. ἀθετούμενος παρὰ σου. Infra Savil. φροντίδας προφασιόμεθα.

^e Sic Savil. et unus cod. Alter vero φοβερόν, ὡς Θεόδωρε. Morel. φοβερόν οὖν, Θεόδωρε. Infra Savil. τετραχηλισμένα ἐστὶ τῷ δικάζοντι. Duo mss. τετραχηλισμένα τῷ δικ. Morel. et unus

^f Mss. καὶ φορτίον. In Savil. et Morel. καὶ deest.

^g Savil. et duo mss. ὑμᾶς· καὶ πάλιν, Ἄρατε. Infra unus φροντίζων βιωτικῶν καὶ πραγμάτων καὶ φόβων καθημερινῶν. Savil. item habet καθημερινῶν post φόβων.

^h Savil. ἀρχόντων τῶν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ.

ⁱ Savil. καλός.

^j Sav. in marg. γαμεῖν νομίμως οὐκ. Unus cod. γαμεῖν μὲν νομίμως.

^k Savil. et mss. ἢς ἐξήνεγκε. Morel. ἢν ἐξήν.

^l Sav. in marg. λειποπραστίον οὐδεὶς ἐγράψατο· νυνὶ δὲ βασιλεὺς τῆς οὐρανοῦ στρατεύομενος τοιοῦτον στρατὸν καὶ τὸ ἐνθεοῦται τοιοῦτος

λῶ μᾶλλον οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες οὐκ ἂν εἶεν αὐτοὶ τοῦ σώματος αὐτῶν κύριοι. Ὁ καταφρονηθεὶς νῦν αὐτὸς ἔστιν ὁ τότε δικάζων· τούτων ἐννόει δι' ὅλου, καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός· Ποταμὸς γὰρ, φησὶν, εἴλικε πυρὸς· πρὸ προσώπου αὐτοῦ· οὐκ ἔστι γὰρ παρ' [59] ἐκείνου παραδοθέντα τῷ πυρὶ προσδοκῆσαι κολάσεως τέλος. Ἄλλ' αἱ μὲν ἄποικοι τοῦ βίου ἤθοναί των σκιῶν καὶ οὐρανίων διαφέρουσιν οὐδέν· πρὶν ἢ γὰρ τελεσθῆναι τὰ τῆς ἀμαρτίας, σθένονται τὰ τῆς ἡθονῆς· αἱ δὲ ὑπὲρ τούτων κολάσεις πέρας· οὐκ ἔχουσιν. Καὶ τὸ μὲν ἡδὺ πρὸς ὀλίγον, τὸ δὲ ἀναρῶν αἰώνιον.

Τί βέβαιον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, εἰπέ μοι; Πλοῦτος ὁ μὴδὲ μέχρι τῆς ἐσπέρας μέινας πολλάκις; Ἄλλὰ δόξα; ἄλλ' ἀκούε τινας λέγοντος δικαίου· Ὁ βίος μου ἐστὶν ἐλαφρότερος δρομέως. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνον πρὶν ἢ στήναι μεταπηδῶσιν, οὕτως καὶ αὐτὴ πρὶν ἢ παραγενέσθαι ἀπίπταται. Οὐδὲν ψυχῆς τιμιώτερον· καὶ οὐδὲ οἱ μωρίας εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες ἠγνόησαν τοῦτο· Ψυχῆς γὰρ οὐδὲν ἀντάξιον*, τῶν ἐξωθέν τις ποιητικῶς ἔφη. Οἶδα ὅτι πολλὰ πρὸς τὴν τοῦ πονηροῦ πάλιν ἀσθενέστερος γέγονας· οἶδα ὅτι ἐν μέσῃ τῶν ἡθονῶν ἔστηκας τῇ φλογί· ἄλλ' ἐκείνη πρὸς τὸν ἔχθρον, ὅτι ταῖς ἡθοναῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ βίβῃ πάντων τῶν κακῶν σου οὐ προσκυνοῦμεν· ἂν τείνης ἄνω τὸ δῆμμα, τινάζει καὶ νῦν τὴν φλόγα ὁ Σωτῆρ, καὶ τοὺς μὲν β ἐμβυθίζοντας σε εἰς τὸ πῦρ κατακαύσει, σοὶ δὲ ἐν μέσῃ καμίνῳ νεφέλην καὶ δρόσον καὶ πνεῦμα διασπυρίζον ἀποστελεῖ, ὡς μὴδὲ τῶν λογισμῶν σου καὶ τῆς συνειδήσεώς σου ἄψασθαι τὸ πῦρ· μόνον σεαυτὸν μὴ κατακαύσης. Καὶ γὰρ τὰς ὀχυρὰς τῶν πλάνων ὅπλα μὲν πολλάκις καὶ μηχανήματα τῶν ἐξωθεν οὐ ἴσχυσε καθελεῖν, προδοσία δὲ ἐνός ἢ οὐκ τῶν ἐνδον οἰκούντων πολιτῶν ἀπονητὶ παρέδωκε τοῖς ἐχθροῖς. Καὶ νῦν, εἰ μὴδεις σε τῶν ἐνδον προδοῦν λογισμῶν, κἂν μυρία προσαγάγη μηχανήματα ἐξωθεν ὁ πονηρὸς, προσάξει μάτην.

δ'. Πολλοὺς ἔχεις Θεοῦ χάριτι καὶ μεγάλους τοὺς συναλγούντας, τοὺς ἀλείφοντας, τοὺς ὑπὲρ τῆς σῆς τρέμοντας ψυχῆς, τὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ Βαλερίον^ε, τὸν πάντα αὐτῷ ἀδελφὸν Φλωρέντιον, τὸν τὴν τοῦ Χριστοῦ σοφίαν σοφῶν Πορφύριον, καὶ ἑτέρους πολλοὺς. Οὗτοι καθ' ἑκάστην ὀλοφύρονται ἡμέραν καὶ εὐχόμενοι οὐκ ἐπαύσαντο· καὶ ἔτυγον ἂν ὡν ἐδέοντο πάλαι, εἰ μικρὸν γοῦν ἀποστήσαισαν τὸν ἠθέλησας τῶν τοῦ πολέμου χειρῶν. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἑτέρους μὲν μὴδὲ νῦν ἀπογνώναί σου τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ δι' ὅλου τὸ μέλος αὐτῶν ἀπολαβεῖν εὐχεσθαι, σὲ δὲ ἄπαξ πεσόντα μὴ θέλεις ἀναστῆναι, ἀλλὰ κείσθαι. μονοσυχὶ βῶντα πρὸς τὸν ἄρχοντα· Σφάττε, παῖε, μὴ φοῖση; Μὴ δὲ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ὁ θεὸς ἔφη χρησιμός. Σὺ δὲ μάχη τούτῃ καὶ ἀντιλέγεις· τὸν γὰρ πεσόντα ἀπογνώναί, οὐδὲν ἄλλο ἔστιν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται. Μὴ, παρακαλῶ, μὴ τοσοῦτον ἀδικήσης σωτῆρ· μὴ τοσαύτην ἡμῶν κατασχέτης ὀδύνην. Οὐ λέγω νῦν, ὅτε οὕτω εἰκοστὸν ἄγεις ἔτος. ἀλλὰ εἰ πολλὰ ποιήσας, καὶ τὸν ἅπαντα βίον ἐν Χριστῷ ζήσας, ἐν ἐσχάτῳ γῆρξ κακῆν ἔπαυες τὴν ἐπήρσιαν, ἣν μὲν οὐδὲ τότε ἀπογνώναί· καλὸν, ἀλλὰ ἐν νῷ ἴσθεις τὸν ἐν τῷ σταυρῷ δικαιωθέντα ληστῆν, τοὺς περὶ τὴν ἐνδοκίτην ὕψαν ἐργασαμένους, καὶ τῆς ὅλης ἡμέρας ἀπειληφότας τὸν [40] μισθόν. Ὅσπερ δὲ οὐ καλὸν τοὺς ἐν ἐσχάτῳ τέρματι πεσόντας ἀπελπίζειν, ἐκείνους σωφρονῶσιν, οὕτως οὐκ ἀσφα-

* Savil. ψυχῆς γὰρ ἀντάξιον οὐδὲ. Deinde τῶν ἐξωθεν ποιητῆς τις ἔφη.

ε Sav. τινάζει κάτω καὶ νῦν τὴν φλόγα ὁ Σωτῆρ· καὶ τοὺς μέν. Duo mss. τινάζεις καὶ νῦν τὴν φλόγα· καὶ τοὺς μέν. Mor. et unus ut in textu. Ib. duo mss. κατακαύσεις. Alii omnes κατακαύσει.

λὲς ταύτῃ τρέφεται τῇ ἐλπίδι, καὶ λέγειν, ὅτι Ἐνταῦθα τέως μὲν ἀπολαύσω τῶν ἡδῶν τοῦ βίου, ὕστερον δὲ ὀλίγον πονήσας χρόνον, τοῦ παντός ἀπολήψομαι χρόνου τοὺς μισθοῦς. Καὶ γὰρ μνηστῆρα σου πολλάκις εἰρηκότος, ἦνίκα σοι πολλοὶ παρήνουν εἰς μουσεῖα φοιτᾶν^δ. Τί δὲ, ἐάν ἐν τῷ βραχεῖ χρόνῳ κακῶς καταλύσω τὸν βίον, πῶς ἀπελεύσομαι πρὸς τὸν εἰρηκότα, Μὴ ἀνάμνησιν ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, μὴδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας; Τοῦτον ἀνάκτησαι τὸν λογισμὸν, καὶ δεῖσον· τὸν κλέπτην· οὕτω γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν ἐνθῆνδον ἡμῶν ἐξοδὸν καλεῖ, διὰ τὸ ἀγνοοῦσιν ἐφίστασθαι. Ἐννόησον τὰς τοῦ βίου φροντίδας τὰς ἰδίαι καὶ κοινῇ γινομένας, τοὺς τῶν ἀρχόντων φόβους, τὸν τῶν πολιτῶν φόβον, τὸν μέχρι τῶν ἐσχάτων πολλάκις ἐπαρητηθέντα κίνδυνον, τοὺς πόρους, τὰς ταιλαιπωρίας, τὰς κολακείας τὰς δουλοπρεπείας, καὶ οὐδὲ τῶν ἀνδραπόδων τοῖς σπουδαίοις προσηκούσας, τὸ τῶν πόνων τὸν καρπὸν ἐνθάδε τελεῦται, οὐ τὸ ἀν γένοιτο ἀλγεῖνότερον; Πολλοὺς δὲ οὐδὲ ἀπολαύσαι ὑπὲρ ὧν ἐπόνησαν συνέθη, ἀλλὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν πόνοις καὶ κινδύνοις ἀναλώσαντες, ἦνίκα ἡλίπισαν ἀπολήψασθαι τοὺς μισθοῦς, ἀπῆλθον μὴδὲν ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν. Εἰ γὰρ τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα μετὰ τὸ πολλοὺς μὲν ὑπομείναι κινδύνους, πολλοὺς δὲ ἀνύσαι πολέμους, μόλις τις βῆται μετὰ παρήρσιαν, πῶς τὸν οὐράνιον ἰδεῖν δυνησεται τις, τὸν ἅπαντα χρόνον ἑτέρῳ ζήσας καὶ στρατευσάμενος;

ε'. Εἶπω βούλει καὶ τὰς οἰκοὺς φροντίδας τὰς τῆς γυναικός, τὰς τῶν παίδων, τὰς τῶν οἰκετῶν; Δεινὸν πνευστέραν λαβεῖν γυναῖκα, δεινὸν εὐπορωτέραν· τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν οὐσίαν ἐδολαψε, τὸ δὲ εἰς αὐθεντίαν καὶ ἐλευθερίαν τὸν ἄνδρα. Ἀλγεῖνὸν κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεῖνότερον μὴ κτήσασθαι· τὸ μὲν γὰρ μάτην ἐστὶ γεγαμηκέναι, τὸ δὲ πικρὰν ὑπομένειν δουλείαν. Ἡρώωστησε τὸ παιδίον, φόβος οὐ μικρός· ἀπῆλθεν ἄωρον, πένθος ἀπαρμιύθητο· καὶ καθ' ἑκάστην ἡλικίαν διάφοροι φροντίδες ὑπὲρ αὐτῶν καὶ φόβοι τῶν οἰκοῦν πολλοί. Τί δεῖ λέγειν τὰς τῶν οἰκετῶν μοχθηρίας; Βίος οὖν ἄρα οὗτος, Θεόδωρε, εἰς τοσαῦτα μερίζεσθαι ψυχὴν μίαν, τοσοῦτοις δουλεύειν, τοσοῦτοις ζῆν, ἑαυτῷ δὲ ἡ μηδέποτε; Οὐδὲν τούτων ἐστὶ παρ' ἡμῖν, ὡ φίλε, καὶ αὐτὸν σε μάρτυρα καλῶ. Ὅτε γὰρ τὸν βραχὺν ἐκεῖνον χρόνον ἀνακύψαι τὸν κυμάτων ἠθέλησας, οἶσθα πόσῃ ἐφροσύνης ἀπέλαυες καὶ χαρᾶς. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἐλευθερός, ἀλλ' ἡ μόνος ὁ Χριστῷ ζῶν· οὗτος ἀνώτερος ἀπάντων ἔστηκε τῶν δεινῶν· κἂν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀδικῆσαι μὴ βούληται, ἕτερος τοῦτο οὐκ ἴσχυσε ποτὲ, ἀλλ' ἐστὶν ἀνάλωτος, οὐ ζημίᾳ χρημάτων δακνόμενος· ἔμαθε γὰρ ὅτι οὐδὲν εἰσηγήκαμεν εἰς τὸν κόσμον τούτων^ι, οὐδὲ ἐξενεργεῖν τι δυνάμεθα· οὐ πύθῃ φιλοτιμίας ἢ δόξης ἀλίσκομενος· ἔμαθε γὰρ ὅτι ἐν οὐρανῷ ἡμῶν τὸ πολιτεύμα· οὐ λοιδορῶν αὐτὸν τις λυπεῖ, οὐ τύπτων προξύνει· μία συμφορὰ Χριστιανῶ μόνῃ, τὸ προσκρούσαι Θεῷ· [41] τὰ δὲ ἄλλα, οἷον κτημάτων ἀποβολήν, πατριδος στέρησιν, τὸν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον, οὐδὲ εἶναι τι νομίζει δεινόν· καὶ δὲ πάντες πεφρίκασιν,

δ Savil. πολλὰ παρήνουν εἰς μουσεῖα φοιτῶντι. Colb. unus πολλά παρήνουν εἰς μουσεῖα μὴ φοιτᾶν. Duo alii item πολλά παρήνουν. Præstare videtur lectio Morelliana, quam sequimur.

ε Sic Savil. Montf. eiderat ἔθον.

ι Sav. ἀλγεῖνὸν κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεῖνὸν μὴ κτήσασθαι. Duo mss. ἀλγεῖνὸν μὴ κτήσασθαι παῖδας, ἀλγεῖνὸν μὴ κτήσασθαι.

κ Sic Savil. et Morel. Duo mss. πένθος ἀπαρμιύθητον.

λ Unus cod. συζῆν, ἑαυτῷ δὲ Mox Sav. ὡ φίλε Θεόδωρε. Ib. unus cod. καὶ αὐτὸν σε περὶ τούτων μάρτυρα καλῶ. Mox item χρόνον ἠθέλησας τῶν κυμάτων ἀπαλάττεισαν τὸν, οἶσθα. Ib. Sav. ἀπέλαυες καὶ χαρὰς. Οὐ γὰρ ἐστὶν, οὐκ ἐστὶν ἐλευθερός, etc. Unus cod. ἀπέλαυες καὶ χαρὰς. Οὐ γὰρ ἐστὶν, οὐκ ἐστὶν ἐλευθερός, ἀλλ' ἡ μόνος ὁ μὴ γάμῳ προσομιλήσας, ὁ Χριστῷ ζῶν. Οὗτος γὰρ ἀνώτερος. Postea idem οὐκ ἴσχυσε βιάσθαι ποτὲ.

μ Τούτων δεσὶν in Sav. et in uno cod. Infra post λοιδορῶν,

Fluvius, inquit, *igneus trahebat in conspectu ejus* (*Dan. 7. 10*): qui enim semel igni traditus ab illo fuerit, nullum potest supplicii sperare finem. Et absurdæ quidem vitæ voluptates nihil ab umbris et somniis differunt: priusquam enim peccata ad finem deducantur, delectatio voluptatis extinguitur; supplicia vero iis destinata nullum habent terminum. Suavitas illa brevissima est, cruciatus æternus.

Nihil in mundo stabile. — Dic mihi, quid in hoc mundo stabile est? An divitiæ, quæ sæpe ne ad vesperam quidem usque manent? Num gloria? sed audi justum quemdam virum dicentem: *Vita mea velocior est cursore* (*Job 9. 25*). Sicut enim illi priusquam steterint exsiliunt, ita et hæc evolat antequam veniat. Nihil anima pretiosius est: quod ne ii quidem ignorant, qui ad extremum insipientiæ devenerunt. *Animæ nihil æquandum*, ait quidam exterorum poeta. Novi te longe infirmiore ad certamen contra malignum evasisse: novi te in media voluptatum flamma versari. Sed si inimico dixeris: Voluptatibus tuis non servimus, omnium malorum tuorum radicem non adoramus; si sursum oculos extuleris, flammam nunc Salvator excutiet eosque qui te in ignem conjecerunt comburet; tibi autem in medio fornacis, nubem, rorem et sibilantem auram mittet; ita ut nec cogitationes nec conscientiam tuam ignis attingat: tantum ne teipsum incendas. Atenim urbes munitas, quas nec tela nec machinæ obsidentium expugnare potuerant, sæpe unius duorumve civium intus habitantium proditione nullo negotio in manus hostium devenerunt. Et nunc si nulla te intus posita cogitatio prodat, etiamsi sexcentas foris machinas malignus ille admoverit, id frustra tentabit.

4. *Multi Theodori vicem dolebant.* — Multos per Dei gratiam magnosque viros habes, qui vicem tuam dolent, qui te cohortantur, et pro anima tua formidant; sanctum nempe Dei Valerium¹, ipsius omnimode fratrem Florentium, sapientem, et quidem Christi sapientia, Porphyrium, multosque alios. Hi quotidie lugentes, nullum precandi finem faciunt, et jamdiu optata consequuti essent, si vel paululum te inimici manibus subtrahere voluisses. Quomodo igitur non absurdum fuerit, dum alii de salute tua non desperant, et ut membrum recipiant suum assidue precantur, te semel lapsum nolle resurgere, sed jacere, ac propæitodum hostem his vocibus cohortari: *Occide, percede, ne parcas? Numquid qui cadit, non resurget* (*Jer. 8. 4*)? inquit divinum oraculum. Tu vero huic repugnans et contradicis: nam lapsum desperare nihil aliud est quam dicere, Qui cadit non resurget. Ne, quæso, ne usque adeo teipsum lædas, ne tantum nobis dolorem infundas. Non dico nunc, quando annum vicesimum necdum agis: sed etiam si multos annos emensus esses, et post exactam in Christo totam vitam, in extrema senectute hanc passus esses calamitatem, ne tunc quidem desperandum, sed cogitandum esse de latrone, qui in cruce justificatus

est, deque iis, qui undecima hora aggressi sunt opus et totius diei mercedem acceperunt. Ut autem bonum non est eos, qui in extremo vitæ lapsi sunt, desperare, si tamen respiciant: ita non tutum est hac spe teneri ac dicere: Illic quidem interea vitæ voluptatibus fruar, postremo autem brevi labore totius temporis mercedem accipiam. Memini namque te sæpe dixisse, cum multi te hortarentur ut musea frequentares: Quid vero, si brevi tempore male vitam obeam? quomodo adibo illum qui dixit: *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem* (*Eccli. 5. 8*)? Hanc cogitationem repete, et furem time; ita enim Christus exitum ex hac vita nostrum vocat, eo quod ignorantibus accidat. Tecum reputa hujus vitæ sollicitudines, tum singulis proprias, tum pluribus communes, principum metum, civium invidiam, de summa rerum frequens periculum, miserias, adulationes serviles, imo ipsis servis, si probi quidem sint, indignas, cogita laborum fructum hic interire, quo quid miserabilius fuerit? Multi etiam laborum fructum percipere non potuerunt: sed postquam primam ætatem sudoribus et periculis insumperant, cum se mercedem accepturos sperarent, abscesserunt nihil secum referentes. Nam si terrenum imperatorem, etiam post multa pericula, post plurima bella confecta, vix audet quispiam cum fiducia respicere, quomodo cælestem illum poterit quis intueri, qui toto tempore alteri vixerit, alteri militari?

5. An vis de domesticis curis, uxoris, liberorum, famulorum agamus? Grave est pauperem uxorem duxisse, grave opulentiorum: alterum enim facultates, alterum viri auctoritatem libertatemque lædit. Molestum est liberos suscepisse, molestius non suscepisse: illud enim est frustra duxisse conjugem, hoc amaræ servituti subjectum esse. Ægrotat puer, hinc non levis formido: immaturus decessit, hinc non consolabilis dolor: ad singulos ætatis gradus, curæ de ipsis, sollicitudines et labores. Quid de domesticorum improbitate dicamus? Hæccine vita est, Theodore, ubi anima una in tot curas distrahitur, tot servit, tot vivit hominibus, sibi numquam? Nihil apud nos hujusmodi reperitur, dilecte, te testem appello.

Nemo liber est, nisi qui Christo vivit. Una Christiano calamitas, Deum offendere. — Brevi quippe illo tempore, quo ex fluctibus emergere voluisti, nostri quanta lætitia, quanto gaudio fruebaris. Nemo quippe liber est, nisi qui Christo vivit: hic omnibus molestiis superior est: ac nisi seipsum lædere velit, nullus alius id umquam poterit; nullo capi etsuperari potest, non pecuniarum jactura cruciatur, quippe qui didicerit nos nihil in hunc² mundum attulisse, neque inde quidpiam auferre posse; non ambitione et gloriæ cupidine tenetur, gnarus conversationem nostram in cælo esse: non conviciis vexatur, non plagis movetur; una Christiano calamitas Deum offendere: cætera vero, ut possessionum jacturam, patriæ amissionem,

¹ Unus codex: *Non est enim, non est liber, nisi qui, matrimonio immunis, Christo vivit.*

² Vox, hunc, deest in Savil. et in uno codice.

¹ Savil., Phallerium. Duo Mss., Phalerium.

extremum periculum, ne inter gravia quidem reputat; quodque omnes horrent, nempe exitum ex hac vita in aliam, id ei ipsa vita dulcius est. Quemadmodum enim si quis in alto scopulo positus contempletur mare, et navigantium alios a fluctibus demergi videat, alios in latentia saxa allidi, alios alio quidem contententes, alios autem ut vinctos vi ventorum abduci, multos undis obrui, alios pro navigio et gubernaculo manibus solum uti, alios vel tabula una vel fragmento navis ferri, alios mortuos supernatare, multiplicem scilicet et variam calamitatem: ita et qui Christo militat, tumultui et fluctibus vitæ se subducens, in tuto et excelso loco sedet. Quid enim tutius, quid sublimius fuerit, quam unicum habere sollicitudinem: *Quomodo oporteat placere Deo* (1. *Thess.* 4. 1)? Vidiſti, Theodore, naufragia eorum qui in hoc mari navigabant? Quamobrem fuge¹ pelagus, fluctus delina, editumque locum occupa, ubi intercipi nequeas; resurrectio futura est, iudicium aderit, horrendum nos hinc egressos tribunal expectat: *Omnes ad stare oportet ante tribunal Christi* (2. *Cor.* 5. 10). Non frustra cum ninis denuntiatur gehenna: non incassum tanta nobis parata sunt bona. Umbra, imo umbra inaniores sunt res hujusce vitæ, timoribus plurimis, multis periculis, extremaque servitute plenæ. Ne, quæso, et præsentis et futuri sæculi jacturam facias, cum liceat utrumque lucrari, si velis. Quod autem ii, qui in Christo vivunt, etiam hujus vitæ bona lucrentur, docet Paulus his verbis: *Ego autem vobis parco*: et iterum: *Hoc autem dico ad vestram utilitatem* (1. *Cor.* 7. 28. 35). Viden' eum qui cogitat ea quæ Domini sunt, etiam in hoc mundo superiorem ei esse, qui uxorem ducit? Postquam illuc transgressi fueri-

¹ Savil. et unus codex. *fuge, fuæ.*

mus, nullus poenitentiae locus. Næ us athleta e stadio egressus, postquam theatrum solutum fuit, certare amplius potest. Hæc semper cogita, et acutum maligni gladium contere, quo ipse multos interficit. Hæc est desperatio, quæ dejectis spem præcidit: hoc validum est inimici telum, et semel captos non alio quam hoc vinculo constrictos detinet: quod, si voluerimus, cito per Dei gratiam confringere poterimus. Scio me justos epistolæ limites excessisse: sed ignosce, non enim lubens hoc egi, sed amoris dolorisque vi compulsus: hic me affectus ad hanc etiam scribendam epistolam necessario induxit, vetantibus licet multis ac dicentibus: *Finem fac vane laborandi, ac in petris serendi.* Ego autem nemini aurem præbui: Spes enim est, dicebam apud me, Dei ope literas aliquid profuturas esse; quod si id, quod ne fiat deprecamur, acciderit, id saltem lucrabimur, ut ne silentium nobis vitio verti possit: neque deteriores navigantibus erimus, qui cum suæ sortis homines viderint, quas sata vi ventorum navi, tabulæ hærentes, demissis velis, jacta anchora, et conscensa scapha, homines ignotos, ac ex præsentis solum calamitate sibi cognitos servare nituntur. Quod si illi noluerint, nemo culpaverit eos, quod pereuntes servare conati sint. Hæc nostræ facultatis sunt: speramus autem te per Dei gratiam, quæ in tua potestate sum præstiturum esse, foreque ut te rursum videamus in grege¹ Christi florentem valentemque vera valetudine, teque citius orationibus sanctorum recipiamus, o dilectum caput. Si quam nostri rationem habeas, neque penitus nos e memoria tua ejeceris, nobis rescribere digneris; hoc enim modo magna nos lætitia afficies.

¹ Savil. in margine et unus codex, *in grege pretioso.*



τὸ ἐνθόδε ἐκεῖ ἀπελθεῖν, τοῦτο ἐκεῖνυ τοῦ ζῆν ἦδιον. Ὡς περ γὰρ ἂν τις εἰς ἄκρον σκόπελον ἀνελθὼν θεωρῆ τὴν θάλασσαν, καὶ τοὺς αὐτὴν πλέοντας, τοὺς μὲν ὑπὸ κυμάτων βαπτίζομένους, τοὺς δὲ ὑφάλους προσαράσσοντας, ἄλλους δὲ ἐτέρωθι μὲν σπεύδοντας, ἐτέρωθι δὲ ἀγομένους ὡς περ δεσμίους τῆ τοῦ πνεύματος ῥύμη, καὶ πολλοὺς μὲν ὑποδρυχίους γινομένους, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ πλοίου καὶ πηδάλιου ταῖς χερσὶ χρωμένους μόναις, πολλοὺς δὲ ἐπὶ σανίδος μιᾶς ἢ ἀπὸ τινος τῶν τοῦ πλοίου φερομένων, ἄλλους νεκροὺς ἢ ἐπιπλέοντας, πολυειδῆ τινα καὶ πολυπρόσωπον συμφορὰν οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστῷ στρατεύμενος, τῆς παραχῆς τοῦ βίου καὶ τῶν κυμάτων ἑαυτὸν ὑπεξαγαγών, κἀθηται ἐπ' ἀσφαλεῖ καὶ ὑψηλῷ χωρίῳ. Τί γὰρ ἀσφαλέστερον καὶ ὑψηλότερον τοῦ μίαν ἔχειν φροντίδα, Πῶς ἀρῆσαι δεῖ τῷ Θεῷ; Εἶδες, Θεόδωρε, τὰ ναυάγια τῶν ταύτην τὴν θάλατταν πλεόντων; Διδὸ, παρακαλῶ, φύγε^b τὸ πέλαγος, φύγε τὰ κύματα, καὶ ὑψηλὸν κατάλαβε χωρίον, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἀλώνας· ἀνάστασις ἔστι, κρίσις ἔστι, κριτήριον ἡμᾶς φοβερὸν ἔνθεν ἐξελθόντας μένει· Πάντας παραστήναι δεῖ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Οὐ μίτην ἠπειληται γέεννα, οὐκ εἰκῆ τοσαῦτα ἠτοίμασται ἀγαθά. Σκιὰ καὶ σκιᾶς οὐδαμινέστερα τὰ τοῦ βίου πράγματα, πολλῶν μὲν γέμοντα φόβων, πολλῶν δὲ κινδύνων, ἐσχάτης δὲ δουλείας. Μὴ δὴ ζημιαθῆς κἀκείνον καὶ τοῦτον τὸν αἰῶνα, ἐξὴν ἀμφοτέρους κερδᾶναι, εἰ βούλοιο. Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐνθάδε κερδανούσιν οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες, διδάσκει Παῦλος λέγων· Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φειδομαι· καὶ πάλιν, Τοῦτο δὲ λέγω πρὸς τὸ ὑμῶν συμφέρον^c. Ὅραξ ὅτι καὶ ἐνταῦθα τοῦ γεγαμηκότος ἀνώτερος ὁ τὰ τοῦ Κυρίου μεριμνῶν; Οὐκ ἔστιν ἀπελθόντα ἐκεῖ μετανοῆσαι· οὐδεὶς ἀθλητῆς, ἐπειδὴν ἐξέλιθη τὸ στάδιον, καὶ λυθῆ^d τὸ θέατρον, παλαίειν δύναται.

^a Sav. et tres mss. γινομένους, πολλοὺς δὲ ἐπὶ σανίδος μιᾶς, ἢ ἀπὸ (al. ἐπὶ) τινος τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου φερομένων, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ πλοίου καὶ πηδάλιου ταῖς χερσὶ χρωμένους μόναις, ἄλλους δὲ νεκροὺς, quæ situ verborum tantum differunt ab edit. Morel.

^b Savil. et unus cod. φέυγε his.

^c Savil. τοῦτο δὲ λέγω πρὸς τὸ ὑμῖν συμφ. Morel. non habet λέ, sed ὑμῶν legit ut habetur in Bibliis.

^d Tres mss. ἐαλυθῆ, Sav. et Morel. λυθῆ. Ib. unus cod. τὸ θέατρον, πάλιν δύναται ἀναπαλαίειν, καὶ ἀγωνίζεσθαι, ταῦτα.

Ταῦτα ἀεὶ λογίζου, καὶ τὴν ὄξϊαν τοῦ πονηροῦ μάχαιραν σύντριψον^e, δι' ἧς πολλοὺς ἀναιρεῖ. Αὕτη δὲ ἔστιν ἢ ἀπόγνωσις, ἢ τοὺς καταβληθέντας ἐκκόπτει τῆς ἐλπίδος. Ἰσχυρὸν τοῦτο τοῦ ἐχθροῦ τὸ ὄπλον, καὶ τοὺς ἀλόντας ἐτέρως οὐ κατέχει, ἀλλ' ἢ τοῦτω δεσμεύων τῷ δεσμῷ, ὃν ἐὰν ἐθέλωμεν, Θεοῦ χάριτι διαρρήξαι δυνασόμεθα ταχέως. Οἶδα τὸ μέτρον ἐξελεθὼν τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλὰ σύγγνωθι· οὐ γὰρ ἐκὼν τοῦτο ἔπαθον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης καὶ λύπης ἀναγκασθεὶς, δι' ἣν καὶ ταύτην^f ἐβίασάμην ἑμαυτὸν γράψαι τὴν ἐπιστολὴν, πολλῶν κωλυόντων. Παῦσαι ματαιοπονῶν, καὶ κατὰ πετρῶν σπείρων, ἔλεγόν μοι πολλοί. Ἐγὼ δὲ οὐδεὶς ἤκουσα^g. Ἐλπὶς γὰρ, ἔφην πρὸς ἑμαυτὸν, Θεοῦ θέλοντος, ἀνύσειν τὰ γράμματα· εἰ δὲ ὑπερ ἀπευχόμεθα συμβαίη, τῷ γοῦν ἐκυτοῖς σιγῆν μὴ δύνασθαι ἐγκυλίειν κερδανούμεν^h, καὶ οὐκ ἐσόμεθα τῶν τὴν θάλασσαν πλεόντων χείρους, ὅλ τοὺς ὁμοτέχνους ὅταν ἴδωσι, [42] τῆς νηὸς ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ τῶν κυμάτων διαλυθείτης, ἐπὶ σανίδος φερομένους, ἰστία καθελόντες, καὶ ἀγκύρας χαλάσαντες, καὶ εἰς ἀκάτιον ἐμβάντες, ἀνθρώπους ἀγνώστους, ἀπὸ δὲ τῆς συμφορᾶς γινωσκόμενους μόνον, διασώζειν ἐπιχειροῦσιν. Εἰ δὲ μὴ βούλοιντο ἐκείνοι, οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τῆς ἀπωλείας τοὺς ἐπιχειρήσαντας σώσαι αἰτιάσαιτοⁱ. Ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν· πιστεύομεν δὲ ὅτι Θεοῦ χάριτι ὑπάρξει καὶ τὰ παρὰ σοῦ, καὶ πάλιν σε διαπρέποντα κατὰ τὴν ἀγέλην^j ὀψόμεθα τοῦ Χριστοῦ. Ὑγιαίνοντά σε τὴν ἀληθῆ ὑγίειαν, θάπτον ἀπολάδοιμεν εὐχαῖς ἀγίῳ, ὧ φιλῆ κεφαλῆ. Εἰ τίς σοι λόγος ἡμῶν ἔστι, καὶ μὴ πάντῃ τῆς μνίμης ἡμᾶς ἐξέβαλες τῆς σῆς, ἀντιγράψαι ἀξίωσον ἡμῖν· πάνυ γὰρ ἡμᾶς εὐφρανεῖς ἐν τούτῳ.

Paulo post duo mss. αὕτη δὲ ἔστι τὸ τοὺς καταβληθέντας ἐκκόπτειν τῆς ἐλπίδος.

^e Savil. συντρίψεις.

^f Unus codex σύγγνωθι· οὐκ ἐκὼν εἰς τοῦτο προήλθον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς λύπης καὶ τῆς ἀγάπης ἀναγκασθεὶς, δι' ἧς καὶ ταύτην.

^g Savil. et unus cod. ἤκουον.

^h Sic Morel. et unus codex (nempe : τὸ γοῦν..., ubi nos τῷ γοῦν rescripsimus. Edit.) Savil. vero τὸ γοῦν ἑαυτοῖς μὴ ἐγκυλίειν κερδανούμεν. Alius cod. τὸ γοῦν ἐκεῖ ἐγκυλίεισθαι κερδανούμεν. Alius τὸ γοῦν ἑαυτοῖς ἐγκυλίειν κερδ.

ⁱ Sic e Sav. et Morel. restituumus. Montf. ex duobus mss. ediderat : οὐδεὶς ἂν τοὺς ἀπωλείας αὐτοῦς ἐπιχ. σώσαι αἴτ. Edit.

^j Sav. in marg. et unus cod. κατὰ τὴν τιμίαν ἀγέλην. Infra κεφαλῆ. Καὶ εἰ τις. Sic Morel. In reliquis omnibus καὶ deest.

IN TRIA SEQUENTIA OPUSCULA MONITUM

Res est explorata, hæc tria, de quibus jam quæstio est, opuscula, inter priores Chrysostomi nostri fetus locanda esse, neque minus conspicuum videtur edita fuisse priusquam ille in presbyterum cooptaretur. Annum vero statuere jam oportet. Certum quidem est ad id muneris præstandum ab amico inductum fuisse Chrysostomum, cum publica magistratuum auctoritate monachi extrema paterentur, ex sedibus et cellulis suis violenter abducti, in forum raptati, verberati, in carcerem trusi. Hæc porro dira monachorum vexatio tam aperta, principis decreto facta, non nisi ad tempus Valentis imperatoris reduci posse videtur, qui cum in Arianorum hæresin descivisset, in Catholicos omnes grassabatur. Defuncto autem Valentiniano fratre, pio catholicoque principe, cum nihil ulterius infestum ejus in sanctos viros animum retardaret, eo processit amentia ut monachos omnes sedibus pelli et in militiam conscribi jusserit. Obiit Valentinianus anno Domini 374, atque adeo ad annum 375 vel 376 quadrare possunt hi tres sancti doctoris libri.

Hanc tamen chronologiæ rationem aliquot argumentis impeti posse putat vir cl. Tillemontius. Etenim, inquit ille, tunc editus fuit liber primus, cum adhuc dæmonibus sacrificare liceret : at postremis Valentiniani et Valentis annis sacrificia hujusmodi ab ipsidem imperatoribus prohibita sunt, unde sequitur ante annum 374, quo mortuus est Valentinianus, vel ad summum anno ipso 374, hæc scripsisse Chrysostomum. Alia item difficultas emergit, inquit, ex Chrysostomi verbis, qui dicit hanc monachorum vexationem inductam esse sub piis imperatoribus, εὐσεβῶν, quæ sane laus ad Valentem, imperatorem Arianum Catholicisque infensum, quadrare non posse videtur. Demum, quæ longe gravior, ait, difficultas videtur, cum Chrysostomus de curandis filiorum moribus Paulum inducit parentes monentem his verbis : *Patres, educate filios vestros in disciplina et correptione Domini (a)*, ita prosequitur : *Si enim nos jubemur vigilare pro animabus eorum tanquam rationem reddituri, multo magis pater, qui genuit, qui educavit, qui cum illo domi semper manet ; si enim hic Chrysostomus ex se et ex persona sua loquatur, presbyterum saltem fuisse oportuit qui rationi pro animabus reddendæ obnoxius esset ; sin dicatur hic Chrysostomum loqui in persona Pauli, magna vis serici inferatur necesse est : quantacunque tamen sit illa vis, mavult Tillemontius illam admittere, quam Chrysostomum tunc presbyterum fuisse putare.*

(a) Ephes. vi, 4.

Mihi vero hæc argumenta prorsus levia esse videntur : nam quod primo assertur, librum primum scriptum fuisse, cum adhuc dæmonibus sacrificare liceret, hoc uno loco nititur, num. 2, ubi de monachorum exagitatoribus hæc leguntur : *Quid vero, si his quoque mirabiliora didiceris, quod scilicet horum auctores pii videri velint, et Christianos se nuncupent, plurimi autem ex illis etiam initiati sint : imo eorum quidam, diabolo vehementer afflante, execranda lingua sua dicere ausus sit, [43] se a fide recessurum et dæmonibus immolaturum : suffocari enim se videndo homines liberos, nobiles, vitamque deliciis plenam agere valentes, ad hanc duram vitæ rationem adduci.* Non video autem quid ex hujusmodi hominis furiosi dicto inferri possit, qui, ut ex serie arguitur, interminantis solum more ea quæ minime facturus erat se facturum jactitat : nisi fortasse cum desperatos quosdam homines se dæmonibus devoventes audimus, hinc arguamus id per leges publicas licitum esse. Alioquin autem cum imperatores leges quaspiam emitterent, non statim ubique in omnibusque imperii finibus eæ obtinebant : sæpeque necesse erat ut nova lege prioris legis firmitati prospiceretur, ut sæpe videas in Codice Theodosiano.

Circa illud autem quod dicitur Valenti imperatori palam Arianos non competere vocem εὐσεβής, pius, quam tamen imperatoribus illius temporis tribuit Chrysostomus : nempe libro primo, num. 2, ubi ait : *Nostri vero (imperatores) contraria penitus, ut mihi ipse persuadeo, et cupiunt et optant. Quapropter magno stupore plenus sum quod imperatoribus piam religionem sectantibus, ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων, hæc in mediis urbibus impune fieri dicas : et libro secundo, num. 9 : Neve putes hæc ideo contingere, quod imperatores piam religionem colant, βασιλέων ὄντων εὐσεβῶν : etiamsi enim imperium decidat, et imperantes in infidelitatem labantur : notes velim licet et alibi frequenter apud Chrysostomum, εὐσεβῶν et ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων, pro Christianis tantum accipi : quod maxime liquet in his duobus locis ; in primo namque ἐν εὐσεβείᾳ ζώντας, piam religionem sectantes opponit regibus Persarum, qui infideles erant ; in secundo autem ὄντων εὐσεβῶν, piam religionem colentibus, palam opponit principibus infidelibus. Imperatores igitur simul Valentem, Gratianum et Valentinianum secundum, εὐσεβεῖς, seu piæ religionis cultores, sive Christianos vocat. Sic etiam Gregorius Nazianzenus, *Orat. contra Julianum*, Constantium imperatorem εὐσεβῆ vocat, scilicet Christianum, etsi*

probe sciret Arianum semper fuisse. Cum autem in primo loco dicit Chrysostomus imperatores contraria iis quæ gerebantur optare, adjicit, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ut *mihî ipse persuadeo*, qua certe cautione se adversum suspicari testificatur. Itaque, cum hoc in negotio de Ariana hæresi non ageretur, atque tres imperatores, tametsi Valens Arianus erat, Christiani tamen essent, stupere se ait Chrysostomus, imperatoribus Christianis hujusmodi facinora in monachos admitti. Nam Constantius, Arianus, nihil simile aggressus fuerat.

Aliud denique argumentum, quod sibi Tillemonius objicit, quodque putat validissimum esse, prorsus nullum videtur. Nam cum Chrysostomus, postquam Paulum sic loquentem induxerat, *Patres, educate filios vestros in disciplina et correptione Domini*; ita prosequitur: *Si enim nos jubemur vigilare pro animabus eorum tanquam rationem reddituri, multo magis pater, qui genuit, qui educavit, qui cum illo domi semper manet.* Pauli haud dubie, necnon eorum quibus incumbit aliorum saluti advigilare, personam agit. Nihil quippe familiarius illi, in his maxime libris, quam eorum quos in medium adducit personam assumere. Sic libro III, num. 14, postquam probaverat iisdem officiis obnoxios sæculares esse, quibus monachi erant, hæc adjicit: *Itaque quoniam, ut a nobis clare demonstratum est, iisdem sumus officii obnoxii, quibus monachi, faciliorem percurramus viam, ad eamque filios attrahamus.* An hinc inferri possit Chrysostomum, qui tunc in montibus et in secessu vivebat, sæculare fuisse, filiosque suscepisse? Et num. 17, *Ergo nec filios nostros a deserti commoratione ante tempus abducamus: sed sinamus disciplinas altius imprimi, et plantas radicibus firmari.* Nihil sane frequentius est, quam Chrysostomum videre modo monentium, mox eorum quibus monita diriguntur, personam agere.

Itaque Chrysostomus, qui anno 374 ad montes secesserat, cum auctoritate publica exagitari monachos et sedibus pelli didicisset, anno 375, vel sequenti, amici rogatu hos libros scripsit; in quorum primo docet quantum sibi periculi attrahant, qui

sanctos et Dei amicos oppugnant, ostendit eos non piis viris, sed sibimetipsis nocere: idque confirmat exemplo Judæorum, qui, quoniam Christum morte affecerant apostolosque vexaverant, in eas calamitates inciderunt quas Josephus commemorat. Hujus porro scriptoris insigne fragmentum refert, et postquam ostendit quantis se periculis eximant qui ex mundi consortio secedunt, sic librum primum claudit.

In secundo libro patrem infidelem, sive nondum credentem in Christum, cujus filium Christianam religionem amplexatum in montem recessisse monachorumque vitam suscepisse fingit, alloquitur: humanisque ratiociniis atque exemplis veterum Græcorum probat eum, qui omnia despicit, vere divitem esse, virtuteque clariorem effici, quam opibus efficeretur, atque a nemine lædi posse. Licet autem illud fingentis more proponat, in fine tamen libri ait, amicum sibi fuisse ethnici viri filium, qui, cum Christianam philosophiam amplexus esset, patrem se minis, vinculis aliisque ærumnis ad priorem vitam revocare conantem, demum constantia sua eo adduxerit, ut demum palinodiam caneret, atque filium illum cæteris antefereat, imo patris loco haberet.

In tertio longe prolixiori oratione patrem fidelem alloquitur, monetque ne filium secedere volentem a sententia deducat, tum parentum incuriam circa filiorum salutem insectatur; quanta morum corruptio civitatem invaserit παθητικῶς describit: vix posse ait salutem curari in tanta vitiorum colluvie. Laudat monachorum vitam, historiamque affert juvenis a solitario in urbe educati; remque notatu dignam docet, nempe Antiochenos filios suos adolescentes ad monasteria mittere consuevisse, ut, postquam in virtute pietateque probe exercitati fuissent, domum repeterent.

Hos porro libros Latinos fecerat Ambrosius Camaldulensis. Verum quia interpretatio ejus plerumque paraphrasin sapit, novam ideo parandam esse putavi.

ADVERSUS OPPUGNATORES

EORUM QUI AD MONASTICAM VITAM INDUCUNT.

1. Cum templum illud Jerosolymitanum, quod multis annis solo æquatam jacuerat, a diuturna captivitate reversi Hebræi instaurare cuperent (2. *Esdraë* 4), tum barbari quidam et immanes homines, neque Deum reveriti, cui templum illi ¹ erexerant, neque fracti illa hominum calamitate, a qua sero tandem vix se receperant, neque supplicii hujusmodi facinoribus a Deo deputati metu cohibiti, primo quidem per se eos a structura coercere nitebantur: cum autem nihil proficerent, missis ad regem suum literis, quibus eam urbem defectionis novarumque rerum studiosam, ac belli cupidam appellabant, suadent ei, ut sibi ejusdem prohibendi ædificii facultas detur. Qua accepta potestate, magna equitum manu viros adorti, opus illud ad tempus intermittere coegerunt: ² et elati ea victoria, de qua lugere debuerant, gloriabantur, putabantque hunc esse insidiarum suarum terminum. At erat illud exordium initiumque eorum, quæ se mox invasura erant, malorum: opus enim illud perficiebatur, ac denique præclarum nactum est finem. Tum illi didicerunt, ac per illos universi, non cum hominibus bella gerere Mithridatem illum, vel alium quempiam, qui boni aliquid agere instituentes homines oppugnet; sed potius cum ipso Deo, qui per illos honoratur. Qui autem Deo bellum movet, nunquam potest bonum belli exitum habere: sed is quidem initio facinoris nihil fortasse patietur mali; si tamen non patiat, Deo illum vocante ad poenitentiam, atque concedente ut quasi ex ebrietate quadam respiscat; sin autem in amentia sua perstiterit, nihil ex hujusmodi Dei clementia et patientia lucratus, cæteros saltem admodum juvabit, supplicio suo admonens, ne contra Deum umquam bellum gerant, quod invictam illam manum nemo effugere valeat. Tantæ igitur illos statim invasere clades, ut magnitudine cala-

¹ Sic Mss. duo et Savil. ad. marg. Editi, *illud*; minus recte.

² Aliud omnino legisse videtur Ambrosius Camald. qui vertit: *Et elati ea victoria gloriabantur: qui, si quid ipsis cordis fuisset, ingemiscere ac lugere debuerant, nihil posthac ejusmodi notari.* Sed Græca in omnibus tum Editis tum Manuscriptis aliud exprimit, ut nos edimus.

mitatis omnes alias calamitates obtegerent. Post cades enim et infinitas strages, quas olim ab se coercitorum Judæorum manus perpetrarunt, cæsorum sanguine terra ad multam usque profunditatem madefacta erat, lutique plurimum ex eo crurore gignebatur: ex corporibus autem equorum et hominum simul mixtis, atque ex vulneribus se invicem tangentibus, tanta vis vermium ebullivit, ut cum terra multitudine cadaverum operiretur, hæc cadavera rursus vermibus obtegerentur. Dixisset profecto qui campum illum vidisset, non substrata corpora, sed fontes esse quamplurimos, hoc insectorum genus largissime fundentes: adeo omni inundatione vehementius ex putredine illa scaturiebat ingens illa vermium copia. Atque id non per decem dies, aut viginti, sed per plurimum temporis factum est. Et ea quidem quæ hic istis acciderunt, ejusmodi fuere; quæ vero illos in futuro manent, longe sunt his acerbiora. Neque enim mille annis, aut decem millibus, aut bis terve totidem, sed infinitis sæculis animata tunc corpora cruciatu inexplicabilesque dolores sustinebunt. Et hæc utraque novit beatus Isaïas, novit et mirabilium visionum speculator Ezechiel, qui hujusmodi hominum poenas inter se distribuentes, alter præsentis, alter futuri sæculi supplicia enarrarunt.

2. *Quidam monachos et ascetas vexant.* — Ego vero hæc non sine causa memoravi, sed quia accedens quidam nuntium attulit plenum amaritudinis, molestiæ, ingentisque adversus Deum contumeliæ. Quosdam enim esse homines ait, qui hodieque eadem, quæ illi olim barbari, admittere auderent; imo longe iniquiora: eos quippe qui philosophiæ nostræ ¹ capessendæ auctores sunt, undique expellere, multisque additis minis vetare, ne quidpiam hujusmodi ullum umquam hominem doceant. His auditis, ego statim clamavi, et narrantem sæpe percontatus sum, ludensne hæc loqueretur. Apage, inquit ille; numquam

¹ Neest, *nostræ*, in duobus Mss. Edit. Savil. et Morel. hanc vocem ferunt, recte. Nihil apud istius ævi scriptores frequentius, quam vitam monasticam philosophiam appellari. Vid. Gregorium Nazianz., Isidorum Pelus. et alios.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΟΛΕΜΟΥΝΤΑΣ

ΤΟΙΣ ΕΠΙ ΤΟ ΜΟΝΑΖΕΙΝ ΕΝΑΓΟΥΣΙΝ*.

[43-44] α'. Ὅτε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶν πολλῶν ἐτῶν χαμαὶ κείμενον ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἐπαυλθόντες αἰχμαλωσίας ἐγείρειν ἤθελον τῶν Ἑβραίων οἱ παῖδες, τότε δὴ βάρβαροί τινες καὶ ἀνήμεροι ἄνθρωποι, μήτε τὸν Θεὸν αἰδέσθηντες, ᾧ τὸν νεῶν ἤγειραν ἐκεῖνοι, μήτε πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων κατακλασθέντες συμφορὰν, ἀφ' ἧς οὐδέποτε καὶ μόλις ἀνήνεγκαν, μήτε τὴν παρὰ Θεοῦ τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσιν ἐπομένην φοβηθέντες δίκην, τὸ μὲν πρῶτον δι' ἑαυτῶν ἐπεχείρουν κωλύειν οἰκοδομοῦντας αὐτούς· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνουν, γράμματα πέμψαντες ὡς βασιλέα τὸν αὐτῶν, ἐν οἷς ἀποστάτην** καὶ νεωτεροποιὸν καὶ φιλοπόλεμον τὴν πόλιν ἐκάλουν ἐκείνην, ἐπεισαν ἐπιτρέψαι κωλύσαι σφίσι τὴν οἰκοδομήν. Καὶ λαβόντες ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν, καὶ μετὰ πολλῶν αὐτοῖς ἐπιθέμενοι τῶν ἱππέων, διέκοψάν τε τὸ ἔργον τέως, καὶ ἐφρόνουν ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα, ἐφ' ἧς κατακόπτεσθαι ἔδει, καὶ πέρας αὐτοῦ ἔχουν φροντὴν ἐπιβουλήν. Τόδε ἦν ἄρα προοίμιον καὶ ἀρχὴ τῶν αὐτίκα δὴ μάλα αὐτοῦ καταληφομένων κακῶν. Τό τε γὰρ ἔργον ἠνύετο, καὶ λαμπρῶν ἀπελάμβανε τέλος· ἐκεῖνοί τε ἐμάνθανον, καὶ δι' ἐκείνων ἅπαντες, οἳ οὐκ ἄρα ἀνθρώποις ἐπολέμουν, οὔτε Μιθριδάτης τότε, οὐδὲ ἄλλος ἢ οὐδεὶς, ὅς ἂν ἀνθρώποις ἔλγεται πολεμεῖν ἀγαθόν τι προαιρουμένους ποιεῖν, ἀλλ' αὐτῶν πρὸ ἐκείνων τῶν δι' ἐκείνων τιμωμένων Θεῶν. Τὸν δὲ Θεῶν πολεμοῦντα οὐκ ἔνι ποτὲ εἰς χρηστὸν καταστρέψαι τέλος· ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς τόλμης οὐδὲν ἰσως πείσεται δεινὸν, ἂν δ' ἄρα μὴ πάθοι, τοῦ Θεοῦ καλοῦντος αὐτὸν εἰς μετάνοιαν, καὶ δίδοντας ὡσπερ ἐκ τινος μέθης ἀνενεγκεῖν ἂν δὲ ἐπιμένη ὁ τῆ παροινία, μηδὲν ἀπὸ τῆς τοσαύτης ἀνεξικακίας κερδαίνων, ἐτέρους γοῦν ὀνήσει τὰ μέγιστα, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν τιμωρίας παιδεύων μηδέποτε τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἡπίερα μάχης, ὡς οὐκ ἐνὸν τὴν ἀήτητον ἐκείνην χεῖρα διαφυγεῖν. Τοιαῦται γοῦν εὐθέως αὐτοῦς [45] κατελάμβανον συμφοραὶ, ὡς ἀποκρύψαι τῶν μεγέθει τῆς τραγωδίας πάσας τὰς ἄλλας συμφορὰς. Μετὰ γὰρ ὁ τὸς φόνους καὶ τὰς μυρίας

σφαγὰς ἅς αἱ τῶν τότε κωλυομένων Ἰουδαίων εἰς αὐτοῦς εἰργάσαντο χεῖρες, ἐβρέχετο μὲν τῶν τῶν ἀνηρημένων αἵματι διὰ πολλοῦ τοῦ βάθους ἡ γῆ, καὶ πολὺς ἀπὸ τούτου τοῦ αἵματος ἐγένετο πηλός· τῶν δὲ σωμάτων τῶν τε ἱππέων τῶν τε ἀνθρωπίνων ὁμοῦ πεφυρμένων, ἐκ τούτων καὶ τῶν ἐν τούτοις προστριβομένων ὠτειλῶν τοσοῦτον σκωλήκων ἐτίκτετο πλήθος, ὡς τὴν μὲν γῆν τῶν πλήθει κρύπτεσθαι τῶν νεκρῶν, τούτους δὲ αὐτοῦς πάλιν τῶν τῶν σκωλήκων. Εἶπεν ἂν τις, ἐκεῖνο τὸ πεδίον ἰδὼν, οὐ σώματα κάτωθεν ὑποκείσθαι νεκρῶν, ἀλλὰ πηγὰς εἶναι πολλὰς, καὶ πολλαχόθεν ἐκεῖνο φερούσας τῶν ζώων τὸ γένος· οὕτω πάσης ἐπιβροπῆς σφοδρότερον ἀπὸ τῆς σηπεδόνος ἐκείνης ἀνέβλυζεν ἡ τῶν σκωλήκων φορὰ. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ δέκα καὶ εἰκοσὶν ἡμέραις ἐγένετο μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πολλῶν τῶν χρόνων. Καὶ τὰ μὲν ἐναυθὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκείναι διαδεξόμενα αὐτοῦς, πολλῶν τούτων ἐστὶ χαλεπώτερα. Οὐ γὰρ εἰς χιλία ἔτη, οὐδὲ εἰς μυρία μόνον, οὐδὲ εἰς δις τοσαῦτα, καὶ τρις, ἀλλ' εἰς ἀπέριον αἰῶνας ψυχοθέντα τὰ σώματα, τότε δέχεται τὰς βασάνους καὶ τὰς ἀβρήτους ἀλγηδόνας ἐκείνας. Καὶ ταῦτα ἀμφοτέρω οἶδε μὲν ὁ μακάριος Ἡσαίας, οἶδε δὲ ὁ τῶν παραδόξων βίβλων θεωρὸς Ἰεζεκιήλ, οἳ καὶ τῶν ἀνθρώπων τούτων διανειμμένοι τὴν κόλασιν, ὁ μὲν τὴν ἐναυθὰ, ὁ δὲ τὴν ἐκεῖ διηγῆσατο ἑ.

β'. Ἐγὼ δὲ αὐτῶν οὐχ ἀπλῶς ἐμνημόνευσα νῦν, ἀλλ' ἐπειδὴ τις ἐλθὼν ἡμῖν ἀπήγγελεν ἀγγελίαν πικρὰν τινα καὶ χαλεπὴν, καὶ πολλὴν εἰς τὸν Θεὸν τὴν ὕβριν ἔχουσαν. Εἶναι γὰρ τινες ἀνθρώπους καὶ νῦν τὰ αὐτὰ τοῖς βαρβάρους τολμῶντας ἐκείνοις, μᾶλλον δὲ καὶ παρανομώτερα ἐκείνων πολλῶν· τοὺς γὰρ εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ἔργοντας πάντοθεν ἐλαύνειν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀπειλῆς ἀπαγορεύειν καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν μηδένα ποτὲ ἀνθρώπων τοιοῦτον μηδέν. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐἀνέκραξά τε εὐθέως ἀκούσας, καὶ τὸν εἰπόντα συνεχῶς ἀνηρώτων, εἰ μὴ παίζοι ταῦτα λέγων. Ὁ δὲ, Ἄπαγε, ἐφ' ἣν μὴ γὰρ ἂν ποτε παίζοιμι ταῦτα, μηδ' ἂν εἰπείν, καὶ πλάσαι τοιαῦτα τῶν λόγων, ἃ πολλοῦ ἂν ἐτιμησάμην, καὶ πολλάκις ἠύξάμην μηδὲ νῦν, ὅτε γέγονεν, ἐν ἀκοῇ γοῦν δέξασθαι μόνη. Τότε δὴ καὶ πικρότερον ἀνοιμώξας, ὄντως, ἔφην, τῶν τῶν Μιθριδάτῃ καὶ πᾶσιν ἐκείνοις τολμηθέντων τοσοῦτῳ ταῦτα ἀνοσιώτερα, ὅσω καὶ σεμνότερος πολλῶν καὶ ἀγώτερος ὁ ναὸς οὗτος ἐκείνου. Ἄλλὰ τίς εἶπέ μοι, καὶ πόθεν οἱ ταῦτα τολμήσαντες; καὶ διὰ τί, καὶ ἐκ

* I. libri adversus oppugnatores vitæ monasticæ collati sunt cum cod. Colbert. 974 et cum alio cujus numerus excidit. In ultimo ms. et edit. Savil. ἐναγοῦσιν. — E. Savillio ἐναγοῦσιν rescripsimus pro vulgata lectione εἰσαγοῦσιν. Edit.

ἃ Sic mss. duo et Sav. ad marg. Editi ἐκείνον minus recte.

ἄ Forte legendum ἀποστάτην.

ἂ Colb. unus οὕτε ἄλλος. Totā periodus tantillum habere videtur difficultatis, quam ut declinaret Ambrosius, seriem paululum iminutavit, neque tamen aberravit a sensu.

ἄ Sic mss. atque ita legit Ambrosius. Editi vero εἴτα ἐπιμένη. Paulo post duo mss. τὰ μέγιστα ἀπὸ τῆς.

ἄ Duo mss. et Savil. in marg. τῶν μεγέθει τῆς τραγωδίας· μετὰ γὰρ. Ibid. duo mss. τῶν φόνων male, ut videtur.

ἑ Duo mss. habent διηγῆσαντο.

ἑ Duo mss. εἰς φιλοσοφίαν, omisso τὴν καθ' ἡμᾶς. Edit. Savil. et Morel. ut supra, recte.

ἑ Sic mss. et edit. Sav. In ed. autem Mor. οὖν deest.

ποίας αιτίας, και πρὸς τί βλέποντες τοὺς λίθους εἰς τὸ ὕψος βάλλουσι, και πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀκοντίζουσι τὰ βέλη, και τῷ τῆς εἰρήνης πολέμοισι Θεῷ; Σαμέας μὲν γὰρ και οἱ Φαραθαῖοι και οἱ ἄρχοντες Ἐστυριῶν και πάντες ἐκείνοι βάρβαροι τε ἦσαν, ὡς και ἀπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ἔστιν ἰδεῖν, και τῆς Ἰουδαϊκῆς μακρὰν ἡσυχίαν πολιτείας, [46] και οὐκ ἐβούλοντο προσοικούντες αὐτοῖς ἀνθρώπων αὐξομένους ὄρῃν τὴν γὰρ δύναμιν τὴν ἐκείνων τῆ σφῶν αὐτῶν ἐξουσία ἵσχυον ἐπισκοτεῖν ζῶντο· οὗτοι δὲ ποίας αὐτοῖς ἐλευθερίας ἐλαττουμένης, ποίας ἐκκοπτομένης ἀδείας, τίνας τῶν κρατούντων συμπράττοντας ἔχοντες, ταῦτα ἐτόλμησαν; Ἐκείνοι μὲν γὰρ εἶχον τοὺς Περσῶν βασιλεῖς ταυτὰ βουλομένους αὐτοῖς· οἱ δὲ ἡμέτεροι τάναντία τοῦτων, ὡς ἔμαυτον πεῖθω, και ἐπειθουμοῖσι και εἰχονταί. Ὅθεν και πολλῆς ἐμπέπλησμαι τῆς ἀπορίας, ὅτι τῶν βασιλέων ἐν εὐσεβείᾳ ζῶντων, τοιαῦτα σὺ λέγεις ἐν μέταις τολμᾶσθαι ταῖς πόλεσιν. Ὁ δὲ φησιν· Ἄν και τὸ τοῦτου παραδοξότερον μάθης, ὅτι και οἱ ταῦτα ἐρώντες εὐσεβεῖς τε εἶναι βούλονται, και Χριστιανούς καλοῦσιν αὐτούς, πολλοὶ δὲ αὐτῶν και τῶν ἡδὴ μεμνημένων εἰσὶ και τὶς αὐτῶν δὲ τούτων πολλοὶ τῷ διαβόλῳ πνεύσαντος εἰς αὐτὸν ἢ, διὰ τῆς βιαρᾶς γλώσσης ἐκείνης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι και τῆς πίστεως ἀποστήσεται, και θύσεται δαίμοσιν· ἀποπνίγεσθαι γὰρ ὄρων ἀνθρώπους ἐλευθέρους και εὐγενεῖς και δυναμένους ἐν τρυφῇ ζῆν, ἐπὶ τὸν σκληρὸν τοῦτον ἀγομένους βίον. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ ἐπληγῆν τε πληγῆν χαλεπωτέραν, και ὅσα ἀπὸ τοῦτου κακὰ στοχαζόμενος, τῆν τε οἰκουμένην ἐθρήνηον ἄπασαν, και πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεγον· Ἄρον τὴν ψυχὴν μου ἀπ' ἐμοῦ, και ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με, και ἀπάλλαξον τῆς ἐπικήρου ταύτης ζωῆς, και πρὸς τὸν χῶρον μετάρτησον ἐκείνον, ἔνθα τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε ἕτερος ἐρεῖ τις, οὔτε ἀκούσομαι ἐγώ. Οἶδα μὲν γὰρ, ὅτι ἀπελθόντα ἐντεῦθεν τὸ σκότος διαδέξεται τὸ ἐξῆς, ἔνθα πολὺς ὀκλαυθμὸς και ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· ἀλλ' ἡδὴ ἐμοὶ βρυχόντων ἀκούειν ὀδόντων, ἢ τοιαῦτα ἠχοῦντων ῥήματα. Ἰδὼν δὲ με πνιθούνα ἐκείνους σφοδρῶς, Ἄλλ' οὐ τοῦτων, φησὶν, ὁ καιρὸς νῦν· οὐδὲ γὰρ δὴ τοὺς ἀπολωλότας και ἀπολλυμένους τοῖς δάκρυσι τοῦτοις ἀνακτησασθαι δυνήσῃ ποτέ· και γὰρ οἶμαι μὴ στήσεσθαι τὸ δεινόν. Χρῆ δὲ ὄρῃν ὅπως σθέσωμεν τὴν πυρᾶν, και στήσωμεν τὸν λοιμὸν, τὸ γὰρ ἡμέτερον μέρος· και εἰ γὰρ μοι τι πεῖθουσι, τῶν ὀδυρμῶν τοῦτων ἀφέμενος, ἔργασαι λόγον παραίνεσιν ἔχοντα τοῖς νοσοῦσι και στασιάζουσι, πρὸς τε τὴν ἑαυτῶν, πρὸς τε τὴν κοινήν ἀπάντων σωτηρίαν ἀνθρώπων. Καὶ τὸ βιβλίον ἐγὼ τοῦτο λαβὼν, ἀντ' ἄλλου τινὸς φαρμάκου ταῖς τῶν καμόντων ἐνθῆσθε· χερσὶ· και γὰρ εἰσὶ μοι τῶν τὰ τοιαῦτα νοσοῦντων φίλοι πολλοὶ, και ἀνέξονται ἐπελθεῖν και ἄπαξ και δις και πολλάκις, και οἶδα ὅτι ταχέως ἀπαλλάξονται τοῦ λοιμοῦ. Σὺ μὲν, ἔφη, πρὸς τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης και τὰ τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας μετρεῖς· ἐμοὶ δὲ οὔτε πάρεστί τις λόγων ἰσχύς, τῆν τε εἶναι δοκίμησιν χρήσασθαι εἰς ὑπόθεσιν τοιαυτὴν ἀσχύνομαι, ἄλλον μὲν οὐδένα τοσοῦτον, Ἐλληνας δὲ ἄπαντας, τοὺς τε θνας τοὺς τε ἐπιγνομένους, οὓς ἀεὶ τῶν δογμάτων οὐχ ἤττον ἢ ἐπὶ

τῆ τοῦ βίου διασύρων ῥαθυμίᾳ, νῦν τὰ ἡμέτερα ἀναγκάζομαι διδάξαι κακὰ. Εἰ γὰρ ἀσθωνταί τινες ἐκείνων ὅτι παρὰ Χριστιανούς εἰσὶ τινες ἀνθρώποι οὕτω πρὸς ἀρετὴν και φιλοσοφίαν ἐκπεπολεωμένοι, ὡς μὴ μόνον τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀφίστασθαι [47] πόνων, ἀλλὰ μηδὲ ἐπεὶ ὑπὲρ τοῦτων ἀνέχεσθαι λόγους, και οὐδὲ ἐνταῦθα στήναι τῆς μανίας ἀνέχονται, ἀλλὰ κἂν ἕτερός τις ταῦτα συμβουλεύῃ και διαλέγῃται, και τοῦτον πάντοθεν ἐλαύνουσιν· ἂν ταῦτα αἰσθωνταί, δέδοικα μὴ ποτε οὔτε ἀνθρώπους ἡμᾶς εἶναι νομίσωσιν, ἀλλὰ θηρία και τέρατα ἀνθρωπόμορφα, και δαίμονάς τινας ἀλάστορας, και τῆς κοινῆς φύσεως ἐχθρούς, και ταύτην οὐ περὶ τῶν ὑπευθύνων μόνον, ἀλλὰ και περὶ παντός ἡμῶν τοῦ ἔθνους τὴν ψῆφον ἐνέγκουσι. Καὶ γέλως ἐκείνους, Παῖδες, ἔφη, ταῦτα λέγων· ἐγὼ γὰρ νῦν τοῦτου σοὶ εὐκαιρότερον ἐρῶ, εἰ γε δέδοικας μὴ παρὰ τῶν σῶν λόγων μάθωσιν ἢ διὰ τῶν ἔργων ἔμαθον ἅπαντες πάλοι. Ὡσπερ γὰρ τινος πονηροῦ πνεύματος τὰς ἀπάντων πεπληρωκότος ψυχᾶς, οὕτω τὰ πάντων στόματα τοῦτων γέμει τῶν λόγων· κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃς, ὄψει, και ἐν τοῖς ἱατροῖσι, κἂν ἐν παντὶ μέρει τῆς πόλεως, ἔνθα συνεδρεῖσιν εἰώθασιν οἱ πράττειν οὐδὲν ἐθέλοντες, πολλὴν γέλωτα παρὰ πάντων κινούμενον. Ἡ δὲ τοῦ γέλωτος τοῦτου και τῆς κωμῆδος ὑπόθεσις, τῶν εἰς τοὺς ἁγίους ἀνδρας ἐργασμένων ἐστὶ τὰ διηγήματα ἑ. Καθὰπερ γὰρ τινες πολεμισταὶ πολλὰς ἠνυκότες μάχας, και τρόπαια στήσαντες, τὰς ἑαυτῶν ἀριστείας διηγούμενοι χαίρουσιν, οὕτω δὴ και οὗτοι γάννυται ἐπὶ τοῖς τολμήμασι τοῖς ἑαυτῶν και ἀκοῦσιν τοῦ μὲν ἑλπίστου ὅτι, Ἐγὼ πρώτος και χεῖρας ἐπέβαλον ἐπὶ τὸν δεινὰ τὸν μοναχὸν, και πληγὰς ἐπέτεινα· ἕτερου δὲ ὅτι, Τὸ καταγύγιον πρὸ τῶν ἄλλων εὑρον αὐτός· Ἄλλὰ τὸν δικαστὴν ἐγὼ μᾶλλον τῶν ἄλλων· παρῶνυσα, φησὶν ἕτερος· ἄλλος τὸ δεσμοπτηρίον και τὰ ἐν τῷ δεσμοπτηρίῳ δεῖνά, και τὸ διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐλκύσαι τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἐν ἐγκωμίου τίθεται μέρει· και ἄλλος ἄλλο. Εἶτα πάντες ἀνακαγχάζουσιν ἐπὶ τοῦτοις. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς τῶν Χριστιανῶν συνεδρίοις· οἱ δὲ Ἐλληνας και τοῦτους γελῶσι, και τοὺς ὑπ' αὐτῶν γελωμένους· τοὺς μὲν, ἐφ' οἷς ἔδρασαν, τοὺς δὲ ἐφ' οἷς ἐπαβον· και πολέμου τινὸς ἐμφυλίου τὰ πάντα ἐμπέπλησται, μᾶλλον δὲ ταῦτα ἐκείνου πολλῶ χαλεπώτερα. Ἐκείνον μὲν γὰρ οἱ πολεμήσαντες τὸν πόλεμον, ὅταν ποτὲ ὑστερον ἀναμνησθῶσιν αὐτοῦ, τοῖς τε κεννηκόσιν αὐτὸν ἐπαρῶνται πολλὰ, και δαίμονί τινα πονηρῶ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα ἀπαντα ἀνατιθέουσι· κἀκεῖνον μὲν πλέον τι τῶν ἄλλων αἰσχύνονται, ὅσπερ ἂν ἐν αὐτῷ πλέον τι τῶν ἄλλων ἐργάσονται· οὗτοι δὲ και ἐγκαλωπιζονται τοῖς τολμήμασι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ὅτι ἐναγέστερος οὗτος ἐκείνου ὁ πόλεμος, οὐδὲ ὅτι πρὸς ἁγίους και οὐδὲν ἡδικοῦτας γίνεται μόνον, ἀλλ' ὅτι και πρὸς ἀνθρώπους ποιεῖν μὲν οὐδένα εἰδόμενος κακῶς, πάσχειν δὲ παρεσκευασμένους μόνον.

γ'. Ἐπίσχες, ἔφη, ἐπίσχες· και γὰρ και τοῦτων ἡμῶν ἄλλος ἑ τῶν διηγήματων, εἰ γε μὴ παντελῶς με ἢ ἐκπνεύσει· δέοι· ἀλλὰ μικρὰν γούνην τινα ἔχοντα ἰσχύον, ἀπελθεῖν ποιήσων ἰ. Σὺ μὲν γὰρ πάντως ὅσπερ ἐπέταξας γενήσεται· μόνον μηδὲν ἕτερον ἡμῖν προσθήεις διηγήματα, ἀλλ' ἀπελθὼν εὐχου σχεδασθῆναι μοι τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, και

^a Duo mss. Φαρασθεοὶ και οἱ ἄρχοι. Hæc nomina corrupta sunt: vide Esdræ iv, 9.

^b Sic Sav. et Mor. Duo autem mss. τὴν σφῶν αὐτῶν ἐξουσίαν. Paulo post unus ποίας αὐτοῖς, quæ vera lectio est. Ed. Sav. Mor. et al. cod. ποίας αὐτῆς male. Infra unus ταυτὰ βουλομένων.

^c Sic Savil. et Morel., sed eis autōn deest in duobus mss. Paulo post duo mss. et Savil. in marg. ὅσπερ δαίμοσιν

^d Savil. et unus καμόντων φέρων ἐνθῆσθε. Morel. autem et alius ut supra

^e Sic Savil. et mss. recte, Morel. vero οὓς οὐχ ἤττον, omis- sis intermediis.

^a Duo mss. τὰ διηγήματα ταῦτα.

^b Sic omnes mss. et Sav. In edit. Morel. τῶν ἄλλων deest.

^c Unus habet ἄλλος ἀκούσωντες.

^d Sic Sav. recte. Editum fuerat εἰ γὰρ με παντελῶς. Edit.

^e Sic mss. et Savil. in marg. In edit. Morel. ποιήσων deest. Ibidem σὺ μὲν γὰρ, Morel. et Savil. σὺ μὲν οὖν.

enim in re tam seria jocularer, neque dicerem, vel confingerem ea quæ plurimi redemissem, ac plurimis votis expelisset, ut ne nunc quidem, quando facta sunt, vel aure perciperem. Tunc porro acerbius ingeniscens: Vere, dixi, hæc tanto sceleratiora sunt iis, quæ Mithridates omnesque alii admiserunt, quanto templum hoc est illo honorabilius et sanctius. Sed quinam isti, quæso, aut unde sunt qui talia præsumunt? quare, et qua de causa, quem respicientes finem, lapides in sublime jaciunt, telaque in cælum jaculantur, ac cum Deo pacis bellum gerunt? Sameas enim, Pharathæi¹ et Assyriorum principes, omnesque cæteri, barbari, quod ex ipsis nominibus videre est, longeque a Judæorum moribus remoti erant, nolentque finitimos sibi homines multiplicari: nam illorum vires fore ut potentiam suam obscurarent arbitrabantur. Hi autem quamnam sibi imminuta libertate, qua sublata licentia, quo principum auxilio hæc ausi sunt? Illi enim Persarum reges hæc volentes habuere, nostri vero contraria penitus, ut mihi ipse persuadeo, et cupiunt et optant. Quapropter magno stupore plenus sum, quod Imperatoribus piam religionem sectantibus, hæc in mediis urbibus impune fieri dicas. Quid vero, inquit ille, si his quoque mirabilia didiceris? quod scilicet horum auctores pii videri velint, et Christianos se nuncupent, plurimi autem ex illis etiam initiati sint: imo eorum quidam, diabolo vehementer afflante, execranda lingua sua dicere ausus sit, se a fide recessurum et dæmonibus immolaturum: suffocari enim se videndo homines liberos, nobiles, vitamque deliciis plenam agere valentes, ad hanc duram vitæ rationem abduci. His auditis ego acerbiori vulnere percussus sum, et mala inde futura conficiens, orbem simul flebam universum, Deumque compellabam his verbis: Tolle animam meam a me, et de necessitatibus meis erue me, atque ab hac mortali vita libera me, et ad locum illum transfer, ubi nullus hujusmodi quidpiam proferet, neque ipse audiam. Novi equidem, quod hinc excedentem exteriores excipient tenebræ, ubi fletus ingens et stridor dentium: verum jucundius mihi est dentes audire stridentes quam ejusmodi verba jactantes homines. Videns autem me ille admodum lugentem: Non id, inquit, tempus postulat: neque enim his lacrymis eos, qui jam perierunt et quotidie pereunt, recuperare unquam poteris: neque malum hic finem habiturum puto. Sed providendum est, ut rogam istum extinguamus, hancque pestem cohibeamus: ac si mihi morem gesseris, his missis fletibus librum edes, quo ægris hujusmodi ac seditiosis monita dabis ad suam omniumque hominum salutem. Hoc ego assumpto libro, medicaminis cujusdam vice illum ægrotantium in manu ponam. Sunt enim ex horum numero plerique mihi amicitia juncti, qui patientur me ipsos adire semel et bis et pluries, novique illos cito ab hac peste liberandos esse. Tu quidem, respondi ego, ex caritate tua vires meturis nostras: mihi vero nulla inest vis

dicendi, et ea, quæ inesse videtur, in hæc argumento uti pudet me: nec aliam quæquam ita vereor, ut gentiles omnes, tum eos qui modo sunt, tum eos qui post futuri sunt, quos ego non minus pro vitæ segnitie, quam pro doctrinæ ratione semper carpere solitus sum, ne jam ipsos mala nostra doceam. Nam si qui ex illis senserint apud Christianos esse homines adeo virtuti et philosophiæ inimicos, ut non modo labores ad eam adipiscendam refugiant, sed ne de illa quidem verba facere sinant, imo ne hac tanta quidem insania contenti, si quem hanc consulentem, deque illa disserentem videant, hunc undique expellant; si hæc, inquam, illi senserint, timeo ne nos existiment non homines, sed feras, et monstra hominis formæ, dæmonasque quosdam noxios, ac communis naturæ inimicos, nec de sotentibus modo, sed de tota simul gente talem sententiam ferant. At ille ridens: Ludis, inquit, hæc dicens: ego enim opportuniora jam loquar, si vereris ne ex verbis tuis id ediscant, quæ illi jam dudum ex ipsis operibus edidicerunt. Nam ac si nequissimus aliquis spiritus omnium animos occuparit, per cunctorum ora hi sermones vertuntur; sive in forum te contuleris, sive in tabernas medicorum, sive in quamlibet urbis partem, ubi sedere solent ii, qui nihil operari volunt, videbis ingentem risum ab omnibus moveri. Risus autem ejus et comædiæ argumentum est, eorum quæ adversus sanctos viros acta sunt festiva narratio. Quemadmodum enim bellatores, qui multas pugnas confecerint ac tropæa erexerint, gesta sua fortia narrare gaudent, sic et isti in facinoribus suis lætantur. Hunc sane audias dicentem, Primus ego manus in illum monachum injeci, et plagas intuli; alium vero, At ego cellulam ejus ante alios inveni; alium, Ego judicem magis quam omnes adversus¹ illum concitavi. Jactat alius carcerem, carcerisque miserias: quodque per forum sanctos traxerit, id laudis in parte constituit; alius item aliud. Deinde omnes profasis cachinnis hæc prosequuntur. Et hæc quidem in Christianorum consensibus: gentiles vero et hos irrident, et eos qui ab illis irridentur; illos quæ hæc perpetrarint, hos quod talia passi sint: omniaque civili quodam bello repleta sunt, imo hujusmodi bello longe atrociora isthæc sunt. Nam qui bellum illud gesserint, cum postea illius reminiscuntur, auctores ejus maledictis insectantur, ac dæmoni cuidam malo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, accepta referunt: et ii ampliore afficiuntur pudore, qui plura quam alii perpetrarint: hi autem de suis ausibus gloriantur. Neque ideo tantum hoc sceleratius illo bellum est, quod adversus sanctos qui neminem læserint excitetur; sed etiam quod adversus homines qui nemini malum facere noveruat, et ad patiendum solummodo parati sunt.

3. *Joannes Chrys. ad librum edendum se comparat.* — Siste gradum, dixi ego, siste, satis jam hujusmodi narrationum, nisi me exspirare velis: sed modicum mihi hoc virium relinquens missum me facito. Quod

¹ Duo MSS., *Pharasthei*. Hoc nomen corruptum est; vide *Esdrae* 4, 9.

¹ sic omnes MSS. et Savil. in Edito Morel. *magis adversus*, etc., omisissis verbis, *quam omnes*.

jussisti penitus exsequemur : tantum nihil aliud jam dicis adjicias, sed digressus precare ut, excussa mihi mœroris nebula, quamdam a Deo, qui impugnatur, opem consequar ad medelam inimicorum ejus. Id vero dabit laud dubie, clemens cum sit, ac mortem peccatoris nolit, sed ut convertatur et vivat. Sic illo a me dimisso, hæc scribere sum aggressus. Atenim si hoc tantum mali adesset, quod sancti Dei et admirabiles viri raptarentur, laniarenturque ad tribunalia pertracti, verberati et alia passi, quæ supra narravimus, nullumque hinc damnum in eorum converteretur caput, qui talia perpetrarunt, tantum abest ut de gestis dolerem, ut etiam de iisdem riderem perquam suavissime. Nam et infantes quoties sine suo periculo percipiunt matres, risum illis movent copiosissimum, tantoque majorem voluptatem pariunt, quanto vehementiore cum iracundia id fecerint, ita ut effundantur penèque dirumpantur risu : sin vero dum id jugiter infans ac validius facit, vulneretur aliquando, sive acu circa zonam tunicæ matris affixa, sive radio maternis pectoribus appenso ferientis manum excipiente : tunc certe, tunc misso risu, majore, quam is qui percussus est, illa dolore afficitur : et interim curat vulnus, de cætero autem ingentibus minis vetat ne talia agat, ne forte simile quidpiam patiat. Nos itaque paria fecissemus, si puerilem hujusmodi iracundiam conspiceremus, aut esse hanc infantium plagam, quæ non magnam ipsis perniciem inferret. Quoniam vero post modicum elapsum tempus, quamvis nunc furore correpti id non sentiant, flebunt, ejulabunt, lamentabuntur, non tali fletu quali infantes, sed in tenebris exterioribus et in igne inexstinguibili : id ipsum jam faciamus quod matres, hoc tantum discrimine, quod non cum minis et contumeliis ut illæ, sed blande et cum lenitate multa infantes hujusmodi alloquamur : quandoquidem nihil hinc damni sanctis viris, sed merces copiosior majorque fiducia accedit. Si quidem futura bona commemoremus, admodum forte ridebitis, quippe qui hujusmodi risu semper ridere soleatis : at præsentibus, etiamsi millies risui addicti fueritis, fidem non negabitis; nec si volueritis quidem poteritis, rebus nempe ipsis contra clamantibus.

Persecutores non sanctis, sed sibi nocent. Exemplum Neronis et Pauli. — Neronem prorsus audistis virum nempe ex lascivia famosum, qui primus et solus in tanto imperio novos quosdam impuditiæ et turpitudinis modos excogitavit : hic itaque Nero beatum Paulum, cujus tempore regnabat, de iisdem accusans, de quibus vos ipsi sanctos viros insimulatis : pellicem enim ejus, quam ille deperibat, cum ad fidei doctrinam amplectendam induxisset, ab impuro ejus consortio monitis suis abduxit : hæc, inquam, illi crimina objiciens, ac corruptorem, seductorem, et his similibus nominibus, quæ vos modo profertis, Paulum appellans, primo ipsum in vincula coniecit; cum autem ut puellæ monita dare desineret ipsi persuadere non posset, necavit tandem. Quid igitur hinc damni fuit male affecto, quidve emolumentum facinorosi auctori? Imo vero, quid non emolumentum occiso

Paulo, quid non damnum necanti Neroni? nonne ille quidem ut angelus ubique terrarum celebratur? de præsentibus enim tantum loquitur; ille vero tanquam corruptor dæmonique ferox apud omnes male audit?

4. Ea vero quæ ad futuram vitam pertinent, etiamsi vos non credatis, propter credentes tamen memorare necesse est; quamquam ex iis, quæ coram sunt, vos etiam illis credere debueratis: verum quoquo animo ipsa acceperitis, dicentur a nobis, nec occultabuntur. Quænam igitur illa erunt? Miser ille, squalidus, tristis, ignominia obrutus et caligine, demissis oculis abducetur eo, ubi vermis qui non moritur, et ignis qui non extinguitur: beatus vero Paulus magna cum fiducia ad ipsum adstabit Imperatoris thronum, splendore fulgens, tantaque amictus gloria, ut nec angelis nec archangelis inferior sit, tantamque mercedem recipiet, quantam recipere par est hominem qui pro Deo ejusque placitis corpus¹ atque animam suam tradiderit. Ita enim se res habet: parata quidem est iis, qui bona egerint, ingens retributio, major autem ea est atque auctior, quoties ii qui bona operantur, pericula ignominiamque multam adierint. Etiamsi bonum opus æquale sit in eo qui sine labore, et in eo qui cum labore id perfecit, honores tamen et coronæ partes non erunt. Nam et in bello coronatur quidem is qui tropæum erexit; multo magis tamen is qui vulnera præ se fert, per quæ tropæum erectum est. Quid autem de viventibus loquitur, quando et ii qui hoc tantum dederunt virtutis indicium, ut in bello foriter occumberent, nihilque plus emolumentum stis præstiterunt, tanquam servatores et patroni per totam Græciam celebrantur? tametsi vos hæc ignoratis, risui et deliciis semper dediti. Quod si gentiles homines, nihilque sanum sentientes, id conspicari potuerunt, summisque honoribus prosequuti sunt eos, qui pro se obierunt, nihilque præstiterunt amplius, quanto magis Christus hoc faciet, qui semper et ubique eos, qui propter se pericula adeunt, largissimis donis ac præmiis superat? Neque enim persecutionibus tantum, aut verberibus, aut carceribus, cædibusque, sed etiam contumeliis conviciosisque verbis, præmia posuit maxima. *Beati enim, inquit, eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exsultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis (Luc. 6. 22. 23).* Si igitur et pati et audire male, patientibus maleque audientibus mercedem auget, qui impedit quominus patiantur et male audiant, non hos, sed eos qui male faciunt et dicunt, juvat. Eos enim potius nocumento affecit, quando majorem illam mercedem præcidit, et gaudii exsultationisque materiam ipsis abstulit. Quocirca horum quidem causa hæc etiam silere et omittere satius fortasse fuerat; quæ scilicet ipsis magnas bonorum divitias majoremque fiduciam

¹ Deest, corpus, in duobus Mss.

λαθεῖν τινα παρὰ τοῦ πολεμουμένου Θεοῦ ῥοπήν εἰς τὴν ἱατρῆσαν τῶν πολεμούντων αὐτόν. [48] δώσει δὲ πάντως φιλόανθρωπός τε ὢν, καὶ τὸν θάνατον μὴ βουλόμενος τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέφει αὐτὸν καὶ ζῆν. Οὕτως ἀποπέμφας ἐκεῖνον, τῶν λόγων ἠπτόμην τούτων. Καὶ γὰρ εἰ μὲν τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεῖνόν, τὸ τοὺς ἀγίους τοῦ Θεοῦ δαυμαστοὺς ἀνδράς ἐκείνους ἔλκεσθαι καὶ σπαρῖσασθαι συρμένους εἰς δικαστήρια, καὶ τυπτομένους, καὶ τὰ ἄλλα πάσχοντας, ἅπερ διηγησάμην ἄρτι, μηδεμία δὲ ἀπὸ τούτων εἰς τὴν τῶν τῶν ταῦτα τολμώντων κεφαλὴν ἐτρέπετο βλάβη, τοσοῦτον ἀπέσχον ἀλήθῃσι τοῖς γινομένοις, ὅτι κὰν ἐγέλασα σφόδρα ἡδὺ, καὶ δαψιλῆς ἐπ' αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ὅταν μὲν ἀκινδύνως πλήτηταις μητέρας, πολὺν κινεῖ τὸν γέλωτα ταῖς πλητετομέναις αὐταῖς, καὶ ὅσπερ ἂν ἐκ πλείονος τοῦτο ἐργάζηται τοῦ θυμοῦ, τοσοῦτον μᾶλλον αὐταῖς ἐπιτέλει τὴν ἡδονήν, ὡς καὶ διαχειρίζεται καὶ ἀνακλᾶσθαι τῷ γέλωτι· εἰ δὲ τῷ συν-εχῶς καὶ ῥαγδαίως τοῦτο ποιεῖν τρωθεῖται ποτὲ, ἢ βελόνης τῷ χιτωνίσκῳ τῆς μητρὸς περὶ τὴν ζώνην ἐμπεπερονημένης, ἢ τῆς κερκίδος πρὸ τῶν στέρνων τῶν μητρικῶν τὴν χεῖρα τοῦ παιδὸς δεξαμένης, τότε δὴ, τότε, τὸν γέλωτα ἀφείσα ἢ μήτηρ, μείζονι τοῦ πληγέντος περιωδυνία κατέχεται· καὶ τέως μὲν θεραπεύει τὸ τραῦμα, τοῦ λοιποῦ δὲ μετὰ σφοδρᾶς ἀπαγορεύει τῆς ἀπειλῆς τὰ τοιαῦτα μὴ ποιεῖν, ὡς μηκέτι παθεῖν τὰ αὐτά. Καὶ ἡμεῖς τοῖνον τὰ αὐτὰ ἂν ἐδράσαμεν, εἰ τὸν παιδικὸν τοῦτον ἐωρῶμεν θυμὸν, καὶ τὴν τῶν νηπίων πληγὴν, μὴ μέγαν αὐτοῖς τὸν ὄλεθρον φέρουσαν· ἐπειδὴ δὲ μικρὸν ὕστερον, κὰν μὴ νῦν αἰσθωνται ἐπὶ θυμῷ κατεχόμενοι, κλαύσουσι καὶ οἰμώξουσι καὶ ἰδυροῦνται, οὐ τοιοῦτον ὄδυρμόν, οἷον τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ σκότει τῷ ἐξωτέρῳ, τὸν ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀσδέστῳ· τὸ αὐτὸ πάλιν ταῖς μητράσι ποιήσωμεν, τοσοῦτον αὐτῶν διαλλάττοντες, ὅσον οὐ μετ' ἀπειλῆς καὶ ὕβρεως καθάπερ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ μετὰ κολακείας καὶ προσηνεῖας πολλῆς πρὸς τὰ παιδία ταῦτα διαλεξόμεθα· ἐπεὶ ὅτι γε τοῖς ἀγίοις οὐδεμία ἀπὸ τούτων ἢ βλάβη, ἀλλὰ καὶ μείζων ὁ μισθὸς καὶ πλείων ἡ παρβήσια. "Ἄν μὲν τὰ μέλλοντα εἴπωμεν ἀγαθὰ, τάχα καὶ γελάσετε μέγα, ἅτε τοιοῦτον ἀεὶ γέλωτα μελετῶντες γελᾶν· τοῖς δὲ παροῦσι, κὰν μυριάκις ἦτε φιλογέλωτες, οὐκ ἀπιστήσετε· οὐδὲ γὰρ, ἂν ἐθέλητε, δυνήσεσθε, τῶν πραγμάτων ὑμῖν οὕτως ἀντιφθεγγομένων αὐτῶν.

Τὸν Νέρωνα πάντως ἀκούετε (καὶ γὰρ ἐπίσημος ὁ ἀνὴρ ἀπὸ τῆς ἀσελγείας ἐγένετο*, πρῶτος καὶ μόνος εὐρῶν ἐν ἀρχῇ τοιαύτη καινοῦς τινὰς ἀκολασίας καὶ ἀσχημοσύνης τρόπους·) οὗτος ὁ Νέρων τὸν μακάριον Παῦλον (καὶ γὰρ ἔτυχε κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐκεῖνῳ γενόμενος χρόνος) τοιαῦτα ἐγκαλῶν, οἷάπερ ὑμεῖς^β τοῖς ἀγίοις τούτοις ἀνδράσι (παλλακίδα γὰρ αὐτοῦ σφόδρα ἐπέραστον πείσας τὸν περὶ τῆς πίστεως δέξασθαι λόγον, ἐπειθεν ὁμοῦ καὶ τῆς ἀκαθάρτου συνουσίας ἀπαλλαγῆναι ἐκεῖνης·) τοιαῦτα γοῦν ἐγκαλῶν ἐκεῖνος, καὶ λυμεῖνα καὶ πλάνον καὶ τὰ αὐτὰ, ἅπερ ὑμεῖς φθέγγεσθε, [49] τὸν Παῦλον ἀποκαλῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἔδρασαν, ὡς δὲ οὐκ ἐπειθε τῆς πρὸς τὴν κόρην ἀποσχέσθαι συμβουλῆς, τέλος ἀπέκτεινε. Τί οὖν ἀπὸ τούτου γέγονε βλάβος τῷ παθόντι κακῶς; τί δὲ ὕψελος τῷ δράσαντι κακῶς; τί μὲν οὐκ ὕψελος τῷ τότε ἀναιρε-

θέντι Παύλῳ; τί δὲ οὐ βλάβος τῷ ἀνελόντι Νέρωνι; οὐχ ὁ μὲν ὡσπερ ἀγγελος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἄδετα (τὰ γὰρ παρόντα τέως ἐρῶ)· ὁ δὲ, ὡσπερ ὄντως λυμεῖν καὶ δαίμων ἄγριος πρὸς πάντας διαδέβληται;

δ.° Τὰ δὲ ἐκεῖ, κὰν ὑμεῖς ἀπιστήσητε, διὰ τοὺς πιστεύοντας ἀναγκαῖον εἰπεῖν· καίτοι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν παρόντων κακείνους πιστεύειν ἐχρῆν· πλὴν ἀλλ' ὅπως ἂν πρὸς αὐτὰ δικάσεισθε, εἰρήσεται παρ' ἡμῶν, καὶ οὐ κεκρύβηται. Τίνα οὖν ἔσται τὰ ἐκεῖ; Ὁ μὲν ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος ἐκεῖνος, αὐχμῶν καὶ κατηφῆς, αἰσχύνης γέμων καὶ ζόφου, καὶ κάτω νεύων, ἀπαχθήσεται· ἔνθα ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεῦτης καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος μετὰ πολλῆς στήσεται τῆς παρβήσιας παρ' αὐτὸν τοῦ βασιλέως τὸν θρόνον λαμπρῶς ἀποστῆλθων, καὶ δόξαν ἡμφιεσμένους τοσαύτην, ὡς μηδὲν τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀρχαγγέλων ἀποδεῖν, καὶ τοσοῦτον λήφεται τὸν μισθόν, ὅσον εἰκὸς ἀνθρώπου σῶμα^δ καὶ τὴν ψυχὴν τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων ἔνεκεν ἐπιδόντα. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· Κεῖται μὲν πολλῇ τοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐργαζομένοις ἀντίδοσις, μείζων δὲ αὕτη καὶ πλείων γίνεται, ὅταν καὶ διὰ κινδύνων ἴωσι καὶ ἀτιμίας πολλῆς οἱ ταῦτα ἐργαζόμενοι τὰ ἀγαθὰ· κὰν τὸ κατόρθωμα ἴσον ἢ τῷ τε ἀπονητῇ, καὶ τῷ μετὰ πόνων αὐτὸ κατωρθωκῶτι, τὰ τῆς τιμῆς οὐκ ἔσται ἴσα καὶ τὰ τῶν στεφάνων. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς πολέμοις στεφανοῦνται μὲν ὁ τρόπαιον στήσας, πολλῶν δὲ ἔτι μειζόνως ὁ καὶ τὰ τραύματα ἐπιδείξει· ἔχων, δι' ὧν τὸ τρόπαιον ἔστησε. Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ζώντων, ὅπου γε καὶ οἱ τοῦτο μόνον ἐπιδειξάμενοι τὸ καλῶς ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ, μηδὲν δὲ πλείον τοὺς αὐτῶν ὠφελήσαντες, καθάπερ σωτήρες καὶ προστάται πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος ἄδονται; εἰ καὶ ταῦτα ὑμεῖς ἀγνοεῖτε, τῷ γέλωτι καὶ τῇ τρυφῇ διαπαντός προσανέχοντες· εἰ δὲ Ἕλληνες ἀνθρώποι, καὶ μηδὲν ὄλως ὕγιες ἐννοοῦντες, τοῦτο ἰδυνήθησαν συνιδεῖν, καὶ πολλῇ τετιμηῆσαι τῇ τιμῇ τοὺς ἀποθανόντας μόνον ὑπὲρ αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἐργασαμένους πλέον, πόσῳ μᾶλλον ὁ Χριστὸς τοῦτο ἐργάσεται, ὁ πανταχοῦ τοὺς δι' αὐτὸν κινδυνεύοντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ταῖς τῶν δωρεῶν νικῶν ἀντιδόσει; Οὐ γὰρ διωγμῶν μόνον, οὐδὲ πληγῶν, οὐδὲ δεσμητηρίων καὶ φόνων καὶ σφαγῆς, ἀλλὰ καὶ ὕβρεως μόνης καὶ ῥημάτων ὀνειδιστικῶν πολὺν ἔθηκε τὸν μισθόν. Μακάριοι γὰρ, φησὶν, ἐστὲ, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς καὶ ἐνεδίωξωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ βρομα ὑμῶν ὡς πορνῶν, ἔνεκεν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ ὁ μισθὸς ὑμῶν πολλὸς ἐν τῷ ὄνταρ^ε. Εἰ τοῖνον τὸ κακῶς παθεῖν καὶ τὸ κακῶς ἀκούσαι ἐπιτείνει τὸν μισθόν καὶ τοῖς πάσχουσι καὶ τοῖς ἀκούουσι κακῶς, ὁ κωλύων αὐτοὺς παθεῖν καὶ ἀκούσαι κακῶς, οὐχὶ τούτους, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ποιούντας ὠφέλησε. Τούτους γὰρ ἔβλαψε^ε, τοῦ [50] μισθοῦ τὸ πλέον ἐκκόπτων αὐτοῖς, καὶ τῆς χαρᾶς καὶ τῶν πολλῶν σκιρτημάτων ἀναιρῶν τὴν ὑπόθεσιν. Ὅστε τοῦτων μὲν ἔνεκεν καὶ σιγήσαι ἐχρῆν, καὶ ἀφείναι γενέσθαι ταῦτα τὰ πολὺν αὐτοῖς τὸν πλείοντον ποιούντα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μείζων τὴν παρβήσιαν κατασκευάζοντα· ἐπειδὴ δὲ ἀλλήλων ἐσμέν μέλη, κὰν αὐτοὶ πάλιν ἀρνῶνται τὴν χάριν, οὐ χρὴ τοὺς οὕτω διακειμένους, ἐνὸς μὲν προνοεῖν μέρους, ἐτέρου δὲ περιορᾶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἔσται καὶ ἐτέρας^ε εὐδοκίμησεως ὑπό-

^ε Duo mss. τὰ δὲ ἐκεῖ, κὰν γὰρ ὑμεῖς. Mor. τὰ γὰρ ἐκεῖ, κὰν ὑμεῖς.

^δ Σῶμα deest in duobus mss.

^ε Duo mss. προσαχθέντες. Infra Savil. et unus codex μηδὲν δὲ ἐργασαμένους. In edit. Morel. δὲ deest.

^ε Sic mss. Savil. autemet Morel. τούτους δὲ ἔβλ. Paulo post idem mss. τῶν καλῶν σκιρτημάτων. Alii πολλῶν.

^ε Unus habet ἐτέρα.

^α Unus habet ἐγένετο.

^β Alius οἷάπερ ὑμεῖς νῦν. Mox in alio cod. γὰρ deest.

θεσις, κἄν μὴ νῦν πάθωσι κακῶς· οὗτοι δὲ, ἂν μὴ μάχης ἀπόσχονται ταύτης, οὐκέτι σωθῆναι δυνήσονται. Τοῦτου δὴ χάριν παριδὼν τὸ ἐκείνων, πρὸς τὸ ὑμέτερον Ἰσραταί, καὶ δεομαι καὶ ἀντιβῶλον πεισθῆναι * τε ἡμῖν παρακαλοῦσι, καὶ μηκέτι καθ' ἑαυτῶν τὸ ξίφος ὠθεῖν, μηδὲ πρὸς κέντρα λακτίζειν, μηδὲ νομίζοντας ἀνθρώπους ἀνιῶν, λυπεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Ὅτι μὲν γὰρ ἐπαινεσεθε ταύτην ἡμῶν τὴν γνώμην, κἄν μὴ νῦν, ἀλλ' αὐθις, οἶδα καὶ πέπεισμαι· βούλομαι δὲ ὑμᾶς τοῦτο ποιῆσαι νῦν, ἵνα μὴ μάττην αὐτὸ μετὰ ταῦτα ποιῆτε. Ἐπει καὶ ὁ πλοῦσιος ἐκείνος, ὅτε μὲν ἦν ἐναυθῶσα, ὅς τε προφῆτας καὶ τὸν νόμον καὶ τὴν ἐκ τούτων παράκλησιν ἢ μῦθόν τινα ἤγειτο καὶ λήρον· ἐπειδὴ δὲ ἀπῆλθεν ἐκεῖ, οὕτως ἐθαύμασεν αὐτῶν τὴν παραίνεσιν, ὡς, ἐπειδὴ συνείδε μηδὲν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐπαίνων ὠφελήθησαν δυνάμενον, παρακαλέσαι τὸν πατριάρχην πέμψαι τινὰ τῶν ἐν ἄδου τοῖς ὑπὲρ γῆς ἀπαγγέλλοντα, ἐκεῖνο δεδοικώς, μὴ ποτε καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ πάθωσι ^ε, καὶ καταγελάσαντες τῶν θείων Γραφῶν, τότε αὐτὰς θαυμάσωσι, ὅταν αὐτοῖς ἄρα οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θαύματος. Καίτοι γε οὐδὲν ἐκείνος τοσοῦτον ἐργάσατο ὁλον ἡμεις. Ἐκείνους γὰρ τῶν μὲν ἐκ αὐτοῦ οὐ μετέδωκε τῷ Λαζάρῳ, οὐ μὴν καὶ ἐτέρους βουληθέντας μεταδοῦναι ἐκώλυσεν, ἢ ἀπῆλασε καθάπερ ὑμεῖς νῦν. Καὶ οὐ ταύτη μόνον αὐτὸν ἀπεκρύψατε τῇ ὠμότητι, ἀλλὰ καὶ ἐτέρω^δ. Ὅσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ἴσον αὐτὸν μηδὲν ποιεῖν ἀγαθόν, καὶ ἐτέρους βουλομένους κωλύειν ποιεῖν, οὕτως οὐκ ἔστιν ἴσον τροφῆς τε ἀπορεῖν σωματικῆς, καὶ ἐν πολλῷ τῷ τῆς φιλοσοφίας λιμῷ κείμενον κωλύειν τρέφεσθαι παρ' ἐτέρων. Ὄστε διπλῆ παρηλάσαστε τὸν ὠμὸν πλοῦσιον ἐκείνον, τῷ τε ἐτέρωσιν κωλύσαι σέβασαι τὸν λιμὸν, καὶ τῆς ψυχῆς ἀγχομένης τὴν ἀπανθρωπιαν ἐπιδεικνυσθαι ταύτην. Τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι ποτὲ ἐποίησαν ^ε, καὶ ἐκώλυον τοὺς ἀποστόλους τοῖς ἀνθρώποις τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτων χεῖρονες ὑμεῖς. Οἱ μὲν γὰρ δὴ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀναδεχόμενοι τὰξιν, οὕτως ἅπαντα ἔπραττον ἐκείνα· ὑμεῖς δὲ τὸ τῶν φίλων ὑποδύντες προσωπεῖον, τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιδεικνυσθε· ἐμάστιξαν καὶ ὕβρισαν καὶ πονηρᾶ περιέβαλον δόξην τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τότε ἐκείνοι γόητασιν καὶ πλάνους καλοῦντες αὐτούς. Ἄλλὰ τοιαύτη κατέλαθε αὐτοὺς δίκη, ὡς μηδεμίαν λοιπὸν δυνήθηναί τοῖς ἐκείνων δευνοῖς παρισωθῆναι συμφορὰν ^ε. Πρῶτοι γὰρ οὗτοι καὶ μόνοι τῶν ὑφ' ἡλίῳ πάντων ἀνθρώπων τοιαῦτα ἔπαθον, οἷα οὐδεὶς ἕτερος. [31] Καὶ τοῦτων μάρτυς ἀξιόπιστος ὁ Χριστός, οὕτω λέγων· Ἔσται Ὀλιγίς μεγάλη, οἷα οὐ γέροντες ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. Πάντα μὲν οὖν αὐτῶν τὰ πάθη διελθεῖν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, ὀλίγα δὲ ^ε ἐκ πολλῶν ἀναγκαῖον εἶπεν. Ἐρῶ δὲ οὐκ ἐμὸν λόγον, ἀλλ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου τοῦ τὰ ἐκείνων ἱστορηκότος ἀκριβῶς. Τί ποτε οὖν οὗτος φησιν; Ἐπειδὴ τὸν ἐμπρηστὸν διηγῆσατο τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὰς καινάς ἢ ἐκείνας ἀπήγγειλε συμφοράς.

ε'. Τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν, φησὶν, ἐν τούτοις ἦν· τῶν δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθοριζόμενον κατὰ τὴν πόλιν ἀπειρορ μὲν ἔπιατε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. Καθ' ἐκάστην γὰρ οἰκίαν, εἴ ποῦ τροφῆς πυραφαιρή σκια, πόσιμος ἦν, καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαπαύζοντες τὰ ταλαιπώρα τῆς ψυχῆς ἐξόδια. Πιστις δ' ἀπορίας οὐδὲ τοῖς θρησκουσιν ἦν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκπνεόντας οἱ

λησται διηρεῖν, μὴ τις ὑπὸ τὸν κόλπον ἔχων τροφήν, σκῆπτοιο τὸν θάνατον ἑαυτῷ ^ι. Οἱ δὲ ὑπ' ἐνδεῖας κεγηρότες ὡσπερ λυσσῶντες κύνας ἐσφαλλοῦτο καὶ παρεφέροντο, ταῖς τε θύραις ἐνσειόμενοι μεθόντων τρόπον, ὑπὸ ἀμηναρίας δὲ εἰς ^ι τοὺς αὐτοὺς οἴκους ἐσεπλήθον δις ἡ τρις ὥρα μιᾶ. Πάντα δὲ ὑπ' ὀδόντας ἦσαν ἢ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τοῖς βυβαρωτάτοις τῶν ἀλλῶν ζῶων πρόσφορα συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον· ζωστήρων γούρ καὶ ὑποδημάτων τὸ τελευταῖον οὐκ ἀπέσχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέεοντες ἐμυσσῶντο ^κ. Τροφὴ δὲ ἦν καὶ χέριον τισὶ παλαιῶ σπαιμάγματι τῆς γῆρ ἰνας ^λ ἐνίοι συλλέγοντες, ἐλαχιστον σταθμῶν ἐπὶ ὠλον ἀντικῶν τεσσάρων. Καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις ἀνάδειαν τοῦ λιμοῦ λέγειν; Εἴμι γὰρ αὐτοῦ δηλώσω ἔργον, οἷον ^μ μήτε πυρ' Ἐλλησι, μήτε πυρὶ βυβάραις Ἰσάριται, σφικτὲρ μὲν εἰπεῖν, ἀπιστῶν δ' ἀκούσαι. Καὶ ἐγὼ γε ^ν, μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς αὐθις ἀνθρώποις, κἄν παρῆλυον τὴν συμφορὰν ἠδέως, εἰ μὴ τῶν κατ' ἑμαυτὸν εἶχον ἀπειρον μάρτυρας· ἀλλως τε καὶ ψυχρὰν ἂν καταβέβη ^ο τῇ πατριδι χάριν καθυψέμενος τῶν λόγων ὡν πέπονθε τὰ ἔργα. Γυνή τις τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικοῦντων, Μαρία τοῦνομα, πατὴρ Ἐλεάζαρον, κώμης Βηθεζῶ, σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὕψωπου, διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ Λοιπῶ πλῆθους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγούσα συνεπολιόρκειτο. Ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτήσιν οἱ τύραννοι διέπρασαν, ὅσην ἐκ τῆς Περαίας ἀνασκευασμένη ^π μετήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν· τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων, κἄν εἰ τι τροφῆς ἐκινθηθῆ ^ρ, καθ' ἡμέρας εἰσπηδῶντας ἤρπαιζον οἱ δορυφόροι. Δεινὴ δὲ τὸ γύναιον ἀγαπάτησις εἰσῆει, καὶ πολλὰκις λοιδορούσα καὶ καταρωμένη τοὺς ὑρπυγίς ἐπ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. Ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενος τις, οὐτ' ἔλεων αὐτὴν ἀνήγει, καὶ τὸ μὲν εὐρεῖν τι σιτίον ἄλλως ἐκοπία, πανταχῶθεν δ' ἀπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὐρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγγων καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξέκασον οἱ θυμοί, σύμβουλον λαβοῦσι τὴν ἐργὴν ^ρ μετὰ τῆς ἀνάγκης, [52] ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει, καὶ τὸ τέκνον ἦν δ' αὐτῇ πῦρ ὑπομάζιος ἀρπυσαμένη ^σ, Βρέφος, εἶπεν, ὄλιον, ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ σάσει, τίτι σε τηρήσω; τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις δουλεία, κἄν ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς· φθάει δὲ καὶ δουλεῖν ὁ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δ' ἀμφοτέρων χαλεπότεροι ἴοι, γενοῦ μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἐρινύς, καὶ τῷ βίβ μῦθος, ὁ μόνος ἔλλειπῶν ταῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. Καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα κατεῖνε τὸν υἱὸν, ἔπειτ' ὀλιόσασα, τὸ μὲν ἦμσον κατεσθίει, τὸ δὲ λοιπὸν κατακάλυψα ἐξύλυττεν. Εὐθὺς δ' οἱ στασιασταὶ πύνησαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κρίσεως σπάσαντες, ἠαίλου, εἰ μὴ δείξειε τὸ παρυσκασθὲν, ἀποσφάξει αὐτὴν εὐθὺς. Ἡ δὲ καὶ μοῖραν αὐτοῖς εἰπούσα καλὴν τετηρηκέαι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διακάλυψε. Τὸς δ' εὐθὺς σφικτὴ τὴ καὶ φερῶν ἐκστατικὴ ἦρει,

1 Sic Savil. Unus codex ἑαυτοῦ, Morel. αὐτῷ.
 ι Sic Sav. et mss. Morel. vero καὶ ὑπ' ἀμηναρίας εἰς.
 κ Savil. ἀποσπώντες ἐμάσσοντο.
 λ Duo mss. τὰς γὰρ ἠίας.
 μ Savil. et duo mss. δ.
 ν Sic e Savillio scriptimus. Legebat ἐγὼ δέ. Edit.
 ο Sic Savil. et mss. duo, qui tamen habent κατεβέβη et καταφαινόμενος. Infra edit. Josephi τὸν λόγον οὐ.
 π Savil. μετασκευασμένη, pro μετεσκευασμένη, duo mss. μετασκευασμένη.
 ρ Sic Morel. et Savil. Duo manuscripti ἐπινθησθῆ.
 σ Savil. ὄρμην.
 τ Sic Savil. et mss. In Morel. autem δν ἀρπυσαμένη, male. Infra unus cod. ζήσωμαι ἐπ' αὐτοῖς.

a Duo mss. πείσθητε ἡμῖν.
 b Unus καὶ τὴν ἐν τούτῳ παρακ. Infra duo mss. ὡς ἐπειδὴ οὖν συνέιδεν.
 c Sic Savil. et mss. Edit. vero αὐτοῖς τοῦτο παθ.
 d Unus cod. et Savil. in marg. ἐτέρᾳ. Infra duo mss. τροφῆς τε ἀποστερεῖν.
 e Unus cod. et Savil. in marg. ποτὲ ἐτόλμωσεν.
 f Duo mss. μηδεμίᾳ..., συμφορᾶ. hieum infra hæc omittunt οἷα οὐδεὶς ἕτερος.
 g Sic Savil. et mss. In Morel. οἷα δὲ ἐκ, male.
 h Monif. κοινὰς, minus recte, πιοχ ἐπήγγειλε. E Savil. correctimus. Edit.

procurabant. Verum quia sumus invicem membra, etsi ipsi gratiam abnegent, non convenit ita affectis, ut nos sumus, unius membri curam habere, alterum negligere. Namque illis alia meritum occasio suppetet, etiamsi nunc malis non afficiantur; istis vero nisi ab hac pugna destiterint, nulla jam salutis spes relinquatur. Itaque illis omissis, vestris rebus insisto, rogoque et obsecro nobis hortantibus obtemperetis, nec contra vos ipsos gladium impellatis, nec contra stimulos calcitretis; ne, dum putatis homines mœrore afficere, Spiritum sanctum Dei contristetis. Scio enim ac persuasum habeo, vos sententiam hanc nostram, etsi non modo, certe postea probaturos esse. Hoc autem volo vos nunc præstare, ne postmodum frustra faciatis. Siquidem dives ille cum in hac vita esset, prophetas, legem, eorumque monita, pro fabulis et deliramentis reputabat: cum autem eo abscessisset, adeo in admiratione atque honore ea monita habuit, ut cum plane intelligeret nihil se commodi ex ejus laudibus consequi posse, patriarcham rogaret, ut aliquem mitteret ex inferis in terram, qui istæc annuntiaret, veritus scilicet ne id ipsum illi paterentur, atque Scripturas divinas irridentes, tunc eas admirarentur, cum ex ea admiratione nihil emolumenti consequi valerent. Et tamen ille nihil tale egerat, quale vos agitis: etsi enim ille nihil ex suis Lazaro impertivit, non tamen eos, qui id agere vellent, prohibuit, aut repulit, ut modo vos facitis. Neque hinc modo illum crudelitate superatis, sed aliunde quoque. Sicut enim non æquale facinus est nihil agere boni, et alios qui id velint impedire: sic non pari in gradu ponitur cibo corporeo indigere, et eum qui in ingenti philosophiæ penuria jacet, prohibere ne ab aliis pascatur. Quinobrem duabus ex partibus immanem illum divitem superatis, quod nempe alios prohibeatis famem extinguere, quodque cum animam præfocari videatis, tantam exhibeatis inhumanitatem. Hoc et Judæi olim fecerunt: nam apostolos prohibebant ne hominibus salutaria loquerentur. At vos illis etiam deteriores estis. Illi enim cum se inimicos profiterentur, sic omnia illa faciebant: vos autem eminenti amicorum persona, inimicos vos exhibetis. Illi sanctos apostolos verberibus, contumeliis, ignominia affecerunt, præstigiatores eos atque seductores appellantes. Verum illos tanta ultio corripuit, ut nulla calamitas possit eorum claudibus comparari. Nam primi et soli ex omni hominum genere ea passi sunt, quæ nullus alius¹. Atque horum fide dignus testis est Christus, qui sic ait: *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque nunc, neque postea erit* (Matth. 24. 21). Ea quidem omnia, quæ illi passi sunt, prosequi non hujus est temporis: pauca tamen ex multis necessario dicenda sunt. Verbis autem utar non meis, sed (Josephii) Judæi, qui eam historiam scripsit diligenter. Quid ergo ait ille? Cum enarrasset incensum templum, novasque² illas calamitates enuntiasset, sic pergit:

¹ Duo MSS. omittunt, quæ nullus alius.

² Sic juxta Savil. in B., communes, pro, novas.

5. *Et templum quidem hoc in statu erat; eorum vero qui per civitatem fame occumbebant, infinita pene cadebat multitudo, atque inenarrabiles contingebant clades. Nam per singulas domos, sicuti ciborum vel umbra esset, bellum aderat, ac vel amicissimi multo manus conserebant, ac miscra illa animæ vaticia diripiebant. Ne morientibus quidem quod cibo indigerent fides habebatur: sed eos quoque qui exspirabant, latrones perscrutabantur, ne quis forte simulata morte cibum sinu occultaret. Alii vero fame hiantes, tanquam rabidi canes mente destituti, insaniaque correpti, ebriorum more in ostia impingebant: ac desperatione ducti, hora una bis terve in eandem domum irrumpebant. Omnia vero dentibus subigebat penuria, et ea quæ ne sordidissimis quidem brutorum animalium usui erant colligentes, edere non dubitabant. A cingulis igitur et a calceamentis postremo non abstinebant, scutisque detracta coriæ mandebant. Esca autem quibusdam erant fæni laceri reliquæ: purgamenta item nonnulli colligentes, minimum eorum pondus quatuor atticis vendebant. Et quid opus est famis improbitatem in rebus inanimis persequi? Rein narraturus sum, qualem nec apud Græcos nec apud barbaros contigisse memoratur usquam, dictu horrendam, atque incredibilem auditu. Sane ego ne viderer portenta confingere futuris hominibus, hujusmodi calamitatem libenter tacuissem, nisi innumeros ejus rei testes haberem: prætereaque patriæ levissimam gruitiam referrem; si quæ re ipsa passa est, ea narrando supprimerem. Mulier quædam ex iis, quæ ultra Jordanem incolebant, Maria nomine, patre Eleazaro, vico Bethezo, quod significat domum hyssopi, genere et divitiis insignis, cum reliqua multitudo Jerosolymam confugerat, simulque obsidebatur. Hujus omnem aliam substantiam tyranni diriperant, quantam ex Peræa in Urbem transportaverat: reliquias autem reconditarum rerum, et si quid in cibum præpararetur, quotidie irrumpentes satellites diripiebant. Diræ autem indignatio mulierculam subiit, ac prædones sæpe conviciis et maledictis insectans, in seipsam concitabat. Cum vero nullus aut ira correptus, aut ejus misertus, ipsam interficeret, ipsaque cibos alios invenire laboraret, ac penitus difficile esset jam quidpiam invenire, famesque per viscera et medullas serperet, famesque vehementiore ira æstuarer, consilium dictante indignatione cum necessitate conjuncta, in naturam ipsam vertitur, et filium (erat quippe illi parvulus lactens) arripiens: Miser, inquit, puerule, in bello, in fame et seditione, cui te servabo? a Romanis, si vixerimus, servitus nos manet, servitutem anteverit fames, et utriusque sæviores seditiosi. Perge, mihi cibus esto, seditiosus Erinnyis, mundo fabula quæ sola deest calamitatibus Judæorum. His dictis filium necat, coquit postea, ejusque dimidium comedit, reliquias vero occultatas servabat. Adsunt continuo seditiosi, nefario nidore pertracti, minanturque mortem, nisi quod paraverat proferret. At illa cum partem illis bonam servasse se diceret, nati reliquias aperuit. Tum illos statim horror mentisque stupor occupavit, et ad talem aspectum quasi aenei defixi steterunt. Illa vero, Meus, inquit, est filius genuinus, opusque meum. Com-*

edite, nam et ipsa comedi: ne sitis vel muliere molliores, vel matre misericordiores. Quod si vos pietatem colitis, hostiamque meam aversamini: ego quidem dimidium manducavi, quodque reliquum est mihi maneat. Post hæc illi quidem trementes exierunt, hac una tantum in re timidiore, eamque vix escam¹ matri concedentes. Tanti statim farinoris fama urbs tota repleta est, ac præ oculis singuli eam calamitatem ponentes, non secus ac si ipsi fecissent exhorrescebant². Qui fame cruciantur mortem expebant, beatosque prædicabant eos, qui hac re novum audita, hisque non conspectis malis decesserunt. Cito ad Romanos perlata est hæc calamitas. Ex iis alii non credebant, alii miserebantur, plurimi vero in majus gentis odium exarserunt (Joseph. de Bello Judaico, lib. 6. c. 7. et 8).

6. Non fides modo, sed vita bona requiritur.— Hæc multoque his atrociora patiebantur, non modo quia Christum cruci affixerant, sed quia post hæc apostolos ea loqui prohibebant, quæ ad salutem nostram pertinerent. Quod sane beatus Paulus criminans, hæc illis mala prænuuntiavit: *Pervenit enim super eos ira in finem* (1. Thess. 2. 16). Et quid hæc, dicent, ad nos? non enim illos a fide abducimus, neque a prædicatione. At quid, quæso, fides conferet emolumentum, si vita pura non fuerit? Verum hæc vos forte ignoratis, quibus nostra omnia ignota sunt. Ego autem vobis Christi sententias enumerabo: observetis velim numquamne de vita requiratur, sed pro fide tantum et dogmatibus supplicia constituta sint. Cum enim in montem ascendisset, videns innumeram circumfluentem multitudinem, præmissis aliis monitis, dicebat: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei*. Item, *Multi dicent mihi in die illa, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Recedite a me qui operamini iniquitatem: non novi vos* (Matth. 7. 21-25). Eum vero qui audit sermones ipsius, et non facit, similem esse dixit homini fatuo, domum suam super arenam ædificanti, qui eam fluminibus, pluviis et ventis facile diruendam parat. Item cum in alio loco concionaretur: Sicut, inquit, piscatores, cum sagenam traxerint, malos pisces abjiciunt, ita erit in illa die, angelis eos omnes qui peccaverint in fornacem jacentibus (Matth. 13. 47). De flagitiosis quoque et impuris hominibus loquens dicebat: *Illuc abibunt, ubi vermis qui non moritur, et ignis qui non exstinguitur* (Marc. 9. 42). Et rursus, *Rex, inquit, fecit nuptias filio suo, et cum vidisset hominem vestitum vestibus sordidis, ait ad eum: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit ministris suis: Ligatis manibus et pedibus ejus, ejicite illum in tenebras exteriores* (Matth. 22. 2). Impudicis, ut dictum est, et flagitiosis hæc comminatur. Virgines item, quæ a sponsi thalamo exclusæ fuerunt, ob

¹ Savil. et duo Mss. habent, *eatque solas delicias*.

² Morel. ex edito Josephi: *non secus ac coram ipsis hæc inaudita patrata fuissent*.

³ Duo Mss. hic addunt. *Domine, Domine*.

crudelitatem et inhumanitatem hæc passæ sunt. Alii rursus eadem de causa eunt in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus. Et ii quoque, qui temere et sine causa loquuntur, condemnabuntur. Ex verbis quippe tuis, ait, *justificaberis, et ex verbis tuis¹ condemnaberis* (Matth. 12. 37). Ergone tibi videmur frustra de vita timere, magnamque ejus philosophiæ partis, quæ mores instituit, rationem habere? Id certe non puto: nisi fortasse Christum hæc omnia hisque plura temere dixisse jactites. Non enim hic omnia complectimur: quod nisi pigeret orationem prolixius extendere, et ex prophetis et ex beato Paulo et ex aliis apostolis docuissem quantam hac in parte curam posuerit Deus. Verum hæc arbitror satis esse: imo nec illa solum omnia, sed vel exiguum eorum partem. Cum enim Deus aliquid profert, etiamsi semel dicat, ita id quod dicitur accipiendum est ac si sæpe dixisset.

7. Quid igitur, inquires, qui domi manent non poterunt ea perficere, quæ nisi perficiantur, tantum supplicii pariunt? Vellem equidem ipse, nec minus quam vos, imo multo magis, ac frequenter optavi monasteriorum necessitatem tolli, ac tantum leges et jura optima in civitatibus valere, ut nemini jam opus sit ad solitudinem confugere: quoniam vero omnia sudeque jam versa, ipsæque civitates, in quibus tribumalia et leges, ingenti iniquitate et scelere impleta sunt, solitudo autem uberrimos philosophiæ fructus emittit; profecto non illi jure a vobis in crimen vocentur, qui alios ab hac procella et turbine liberari cupientes eripiunt, et ad tranquillum portum deducunt; sed potius illi, qui civitates singulas philosophiæ sic invidias et parum idoneas fecerunt, ut qui salutem consequi volunt, solitudines sectari cogantur. Dic enim mihi, si quis in nocte media arrepta face domum incendisset magnam hominibusque repletam, ut intus dormientibus insidiaretur, utrum diceremus improbum esse, eumne qui dormientes excitaret, ædibusque illis educeret, an eum qui ab initio incendium excitasset, et in tantam necessitatem tum eos, tum educentem illos redegisset? Quid igitur, si quis tyrannide oppressam civitatem, ægritudine laborantem, et seditionibus agitatam videns, iis quibus posset persuaderet, ut relicta civitate reciperent se ad montium vertices, iisque ad sæcessum adjumenta conferret: quem in crimen vocares? eumne qui ab hujusmodi tumultu in tranquillitatem homines tempestato jactatos transtulisset, an eum qui naufragia ista præparasset? Cave enim putes meliore in statu res humanas jam esse, quam civitatem tyrannide oppressam; verum in longe deteriori. Non enim homo, sed dæmon quidam nequissimus, tamquam tyrannus immanis, cum tota sua phalange universum orbem occupans, in humanas animas grassatur: inde vero quasi ex arce quadam, exsecranda et scelerata quotidie præcepta hominibus emittit, non matrimonia dirimens solum, non pecunias mittens ferensve, non cædes perpetrans iniquas, verum his longe graviora,

¹ Quidam, et ex operibus tuis

καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ἐπεπήγασαν. Ἡ δὲ, Ἐμὸν, ἐφη, τοῦτο τὸ ἔγκρον γηθήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμὸν φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα ἢ μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικίς, μήτε φυμαθώτεροι μητρόσ. Εἰ δ' ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, ἐγὼ μὲν ἤμισυ βέβρωκα ἢ, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ μεινάτω. Μετὰ ταῦτα οἱ μὲν τρέμοντες ἐξήσαν πρὸς ἕν τούτῳ δειλοὶ, καὶ μόνος ἑ ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. Ἀνεπλήσθη δ' εὐθὺς ὀλη τοῦ μύσους ἢ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἔκαστος τὸ πάθος λαμβάνων, ὡσπερ αὐτῷ τολμηθὲν ἄ εφριττεν σπουδὴ δὲ τῶν λιμωττότων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων, πρὶν ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι τὴν ἠλικαῖα κακὰ. Ταχέως δὲ καὶ Ῥωμαίοις διηγήθη τὸ πάθος. Τῶν δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν, οἱ δὲ φκτειον, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς μῖσος τοῦ ἔθνους σφοδρότερον συνέθη προελθεῖν.

ζ'. Ταῦτα δὲ ἐπασχον, καὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα, οὐκ ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς ἀποστόλους ἐκώλυον τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν τὴν ἡμετέραν. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος αὐτῶν κατηγορήσας, ταῦτα αὐτοῖς προεφίτευσε τὰ κακὰ, εἰπὼν, ὅτι Ἐφθασεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὄρη εἰς τέλος. Καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς; φησὶν οὐ γὰρ δὴ τῆς πίστεως ἀπάγομεν, οὐδὲ τοῦ κηρύγματος. Καὶ τί τῆς πίστεως ὄφελος, εἰπέ μοι, βίου μὴ ὄντος καθαροῦ; Ἄλλ' ὑμεῖς μὲν ἴσως ἀγνοεῖτε καὶ ταῦτα, ἅτε καὶ τῶν ἡμετέρων ὄντες ἀνήκοι πάντων· ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀπαριθμοῦμαι τοῦ Χριστοῦ τὰ ἀποφάσεις. Καὶ παρατηρεῖτε ὑμεῖς, εἰ μηδαμῷ βίος ἐγκαλεῖται τότε, ἀλλ' ὑπὲρ πίστεως μόνος καὶ δογμάτων τὰ τῶν κολάσεων ὤρισται. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀνήλθε, πολὺν ἰδὼν ὄχλον περιβρῶντα αὐτὸν, μετὰ τὰς ἄλλας παραινέσεις ἔλεγεν Ὁ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς μου καὶ, Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ Ὁ τῷ σῶ ὄνομτι προσενητέσαμεν, καὶ τῷ σῶ ὄνομτι δουμάμεν, πολλὰς ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Καὶ τὸν ἀκούοντα [53] μὲν, οὐ ποιοῦντα δὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ, ὅμοιον εφησεν ἀνδρὶ μωρῷ εἶναι τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν ψάμμον οἰκοδομοῦντι, καὶ καταμοῖς καὶ ὑετοῖς καὶ ἀνέμοις εὐχειρωτὸν αὐτὴν κατασκευάζοντι. Καὶ ἐν ἄλλῃ δὲ τόπω δημηγορῶν, καθάπερ οἱ ἄλιεῖς, φησὶν, ὅταν τὴν σαγήνην ἐλακύσωσι, τοὺς φαύλους ἀποκρίνουσι τῶν ἰχθύων, οὕτω κατ' ἐκείνην ἔσται τὴν ἡμέραν, τῶν ἀγγέλων εἰς τὴν κάμινον ἐμβαλλόντων ἑ τοὺς ἡμαρτηκότας ἅπαντας. Καὶ περὶ τῶν ἀσελγῶν δὲ καὶ ἀκαθάρτων ἀνθρώπων διαλεγόμενος ἔλεγεν, ὅτι Ἀπελεύσονται, ὅπου ὁ σκῶληξ ὁ ἀτελεύτητος, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Καὶ πάλιν, Βυσσιλεῦς, φησὶν, ἐπόλησε γάμοις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν ἀνθρώπων ἐνδεδυμένον ἱμάτια ῥυπαρὰ ἢ, πρὸς αὐτὸν εἶπεν Ἐταῦρε, πῶς εἰσηλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐξίμωθη. Τότε λέγει τοῖς διακό-

νοῖς αὐτοῦ Δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, βάλτε ἢ αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· τοῖς ἀκολάστοις καὶ ἀσελγέσι ταῦτα ἀπειλῶν. Καὶ παρθένοι δὲ αὐτοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι, δι' ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν τοῦτο ἔπαθον. Καὶ ἔτεροι δὲ πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πορευόμενοι εἰς τὸ πῦρ τοῦ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Καὶ οἱ ἀπλῶς καὶ εἰκῆ φθειγόμενοι καταδικάζονται Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου, φησὶ, δικαιοποίησι, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. Ἄρα σοὶ δοκοῦμεν μάρτην ὑπὲρ βίου πεφοβῆσθαι, καὶ πολλὴν τοῦ ἡθικωτέρου μέρους τῆς φιλοσοφίας ποιεῖσθαι σπουδὴν; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, πλὴν εἰ καὶ τὸν Χριστὸν ταῦτα πάντα εἰκῆ εἰρηκέναι φαίης, καὶ τὰ τούτων πλείονα· οὐδὲ γὰρ ἅπαντα εἴρηται. Εἰ δὲ μὴ ὠκνοῦν μακρὸν ποιῆσαι τὸν λόγον, καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν καὶ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἐδίδαξα ἂν, ὅσην ὑπὲρ τούτου τοῦ μέρους ποιῆται σπουδὴν ὁ Θεός. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἀποκρῆν οἶμαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μικρὸν τῶν εἰρημένων μέρους. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀποφαίνηται, κἀν ἄπαξ εἴη, ὡς πολλάκις εἰρημένον, οὕτω δεχέσθαι χρὴ τὸ λεχθέν.

ζ'. Τί οὖν, οἱ οἰκοι μένοντες, φησὶν, οὐ δύνησονται ταῦτα κατορθοῦν, ἢ μὴ κατορθοῦμενα τοσαύτην φέρει ἰ τὴν κόλασιν; Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς οὐχ ἦττον ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλέον, καὶ πολλάκις ἠξιάμην τῶν μοναστηρίων ἀναιρεθῆναι τὴν χρεῖαν, καὶ τοσαύτην ἐν ταῖς πόλεσι γενέσθαι τὴν εὐνομίαν, ὡς μηδένα δεσθῆναι ποτε τῆς εἰς τὴν ἔρημον καταφυγῆς· ἐπειδὴ δὲ τὰ ἄνω κἀτω γέγονε, καὶ αἱ μὲν πόλεις, ἐνθα δικαστήρια καὶ νόμοι, πολλῆς γέμουσι παρανομίας καὶ ἀδικίας, ἡ δὲ ἔρημία πολλῷ βρῦει τῷ τῆς φιλοσοφίας καρπῷ, οὐχ οἱ τῆς ζῆλις ταύτης καὶ τῆς ταραχῆς τοὺς σωθῆναι βουλομένους ἐξάγοντες, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἡσυχίας ὀδηγοῦντες λιμένα, δικαίως ἂν ἐγκαλοῖτον παρ' ὑμῶν, ἀλλ' οἱ πλὴν ἐκάστην οὕτως ἄβαστον ἐργαζόμενοι καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτῆδειον, ὡς ἀναγκάζεσθαι τοὺς σωθῆναι βουλομένους τὰς ἔρημίας μεταδιώκειν κ. Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ τις μεσονύκτιον λαμπάδα λαθὼν οἰκίαν ἐνέπρησε μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, τοῖς ἐνδοῦ καθεῖδουσιν ἐπιβουλεύων, τίνα ἂν ἐφαιμεν εἶναι [54] κακὸν, τὸν διεγείροντα τοὺς καθεύδοντας, καὶ τῆς οἰκίας ἐξάγοντα ἐκείνης, ἢ τὸν ἀνάψαντα τὸ πῦρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ τοσαύτην ἀνάγκην αὐτοῖς τε ἐκείνοις καὶ τῷ τούτους ἐξαγαγόντι περιστήσαντα; Τί δα, εἰ τις τυραννομένην πόλιν ἰδὼν καὶ νοσοῦσαν καὶ στασιάζουσαν, ἐπεισεν οὐς ἡδύνατο τῶν τῆν πόλιν ταύτην ἰ οἰκούτων ἀναδραμεῖν πρὸς τὰς τῶν ὀρών κορυφὰς, καὶ πείσας ὀμοῦ, καὶ συνέπραξε πρὸς ταύτην αὐτοῖς τὴν ἀναγῶρσιν, τίνας ἂν κατηγορήσας; τοῦ μετὰ θέντος ἀπὸ ταύτης τῆς ταραχῆς πρὸς τὴν γαλήνην ἐκείνην τοὺς ἐν μέσῳ χειμαζομένους ἀνθρώπους, ἢ τὸν ταῦτα ἐργασάμενον τὰ ναυάγια; Μὴ γὰρ τοι νομιστὴς ὄμεινον τυραννομένης πόλεως τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα διακείσθαι νῦν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον ἢ. Οὐ γὰρ ἀνθρώπος, ἀλλὰ τις πονηρὸς δαίμων καθάπερ τύραννος ἄγριος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταλαθῶν, μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς φάλαγγος εἰς τὰς τῶν ἀνθρώπων, εἰσεκώμασε ψυχὰς· εἰτα ἐκείθεν, ὡσπερ ἐκ τῶν ἀκροπόλεως, τὰ μιὰρὰ καὶ ἐναγῆ καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἐπιτάγματα καταπέμπει πᾶσιν, οὐ γάμοις διασπῶν, οὐδὲ χρήματα πέμπων καὶ φέρων μόνον, οὐδὲ σφαγὰς ἐργαζόμενος ἀδικούς, ἀλλὰ τὰ πολλῶ τούτων χαλεπώτερα, τὴν

^a Sic Sav., sic etiam legisse videtur Ambrosius. Mor. et alii καὶ παρὰ τὴν. Edit.

^b Sav. et unus ἐγὼ οὖν βέβρωκα.

^ι Colb. κοῦφον. Ταύτην μὲν, ἦνπερ οὐκ καὶ αὐτὸς αἰτίας ἐθήκεν. Savil. ἦν δὲ καὶ αὐτός. Paulo post idem τὰ μὴ βλεπόμενα.

^ε Ἄλλὰ γὰρ ἐγώ μεθα πάλιν τῶν ἐξῆς, μὴ δῶτε. Mox in eodem ὡς δὲ deest. Idem τῶν χοίρων· ἡμεῖς δὲ ἀπὸ κενοδοξίας.

^κ Legebatur οὕτω, οὕτω e Savilio rescriptissimus. Edit.

^ι Colb. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὕτως τελεσθέντων. Savil. διὰ γοῦν τούτων τῶν οὕτως τελεσθέντων. Morel. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὕτως τελεσθέντων.

nihil quidem lædas, sed averseris, nec placide respicias, vulnusque in animo conserves, nondum præceptum exsequutus es, quod Christus dedit. Cur ergo Deum iis, qui in te peccaverint, propitium esse rogas, cum nondum tu ipsis propitius sis? Illud autem irridens quidam sapientum ait: *Homo homini conservat iram, et a Domino quærit medelam? misericordiam non habet erga hominem sibi æqualem, et pro peccato suo præcatur? caro cum ipse sit, servat iram? et quis propitiabitur peccatis ejus (Eccli. 28. 3-5)?* Vellem jam silere et sermonis cursum sistere: ita pudore afficior, vereorque ulterius progredi: hoc enim bellum, quod movimus contra præcepta Christi, inimicitiamque irreconciliabilem, clarius hoc sermone demonstratur. Sed quid lucri ex silentio nostro, rebus ipsis pugnam illam clamantibus, et illo qui nos judicaturus est, omnia perspicue cognoscente, vel ante rerum eventum? Præceptum illud non thesaurizandi in terra, sed in cælo, etiamsi paucos, nonnullos tamen reperias, qui accurate custodierint. Nam cæteri omnes, ac si contrarium prorsus audissent, jussique essent in terra thesaurizare, dimisso cælo, terrenis omnibus prorsus adhærent, et insano pecunias colligendi studio tenentur, Deumque odio habentes, mamonomam diligunt: illud autem, *Ne solliciti sitis de crastino*¹ (*Matth. 6. 34*), neminem vel audisse vel amplexum esse novi ob fidei nostræ tenuitatem. Quapropter hoc præceptum præ pudore præteribo. Oportebat Christo eam sententiam simpliciter ferenti fidem habere; nunc autem, licet invicta ratiocinia et exempla afferat, avium videlicet et fœni, ipsi tamen non credimus; sed quemadmodum ipsi gentiles, imo fortasse timidius quam illi, etsi pro illis precari non jubeamur, omnem in his ipsis rebus sollicitudinem impendimus. Hoc igitur, ut dixi, præceptum cum rubore præteribo, et ad sequentia pergam, si forte pro hujusmodi pudore aliquam, vel tenuem consolationem reperiam. Quid ergo dicit postea? *Nolite judicare, ut non judicemini (Matth. 7. 1)*. Putabam ego hic me aliquam pudoris consolationem reperiturum esse; sed video ejusdem pudoris accessionem non minimam. Etenim etiamsi nihil aliud mali fecissemus, vel hoc unum posset nos in extremam gehennam abducere; ita scilicet alienorum delictorum acerbi iudices sedemus, dum trabes nostras despiciamus: atque in alienis curiose inquirendis et damnandis tota vita consumitur nostra. Ac neminem facile invenias, nec sæcularem virum, nec monachum, nec clericum², ab hac culpa liberum: etiamsi tanta conminatio adjaceat: *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini, inquit, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis (Matth. 7. 2)*. Attamen cum hoc peccatum tantam annexam pœnam, nullamque voluptatem habeat, omnes in hoc malum præcipites currimus, ac si id studeamus, in hoc contendamus ut non per unam solum, sed per multas quoque

vias in gehennæ caminum ingrediamur. Neque solum in ea quæ laboriosa esse videntur, sed etiam¹ in leviora illis similiter incidimus, et hæc et illa pariter transgredientes: ac per levia ostendimus, nos difficiliora ob contemptum, non ob gravitatem præceptorum, non perficere. Nam, dic mihi, quid laboris inest in non curiose perquirendis alienis negotiis, et in non damnandis proximorum delictis? Contra vero laboratur sane in curiosa tali requisitione et in judicio de aliis ferendo. Quis igitur hæc audiens, nobis umquam credat, quod scilicet ex segnitie, non autem de industria et defectu voluntatis ad prævaricandum accedamus? Cum enim quæ præcipiuntur, levia et facilia sunt volentibus; quæ autem vetantur, gravia et laboris plena, nosque tamen dimisso præcepto, quæ vetita sunt facimus: annon contendendi cum Deo causa, nos hæc peccata admittere dicent inimici? At enim quod nihil laboris præceptis Christi insit, ipse pronuntiavit his verbis: *Tollite jugum meum super vos: jugum enim meum suave est et onus meum leve (Matth. 11. 29)*. Sed nos incredibili segnitie id facimus, ut quæ levia sunt, multis gravia appareant.

Levia per segnitiam gravia, et gravia per alacritatem levia efficiuntur.—Sane ei qui semper otiosi et dormire velit, vel ipse cibus et potus prorsus onerosus esse videtur; qui vero vigilans et excubans, ne mirabilia quidem et ardua refugiunt, sed cum majori fiducia hæc aggredi audent, quam levia segnes et somnolenti. Nihil enim, nihil utique ita facile est, quin admodum grave et onerosum ingens nostra segnitie ostendat: quemadmodum nihil ita durum aut difficile, quod non sollicitudo et alacritas admodum facile reddat. Quidnam, dic mihi, molestius erat, quam quotidie periclitari, imo capitis periculum subire? Attamen id leve vocavit beatus Paulus his verbis: *Id enim, quod in præsentibus est momentaneum et leve tribulationis, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis (2. Cor. 4. 17. 18)*. Nam etsi res natura gravis sit, spe tamen futurorum levis efficitur: quam ille causam posuit dicens: *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.*

6. Videamus quæ sequuntur: *Nolite, inquit, dare sancta canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos (Matth. 7. 6)*. Certe Christus hanc præcepti more legem dedit, nos autem præ inani gloria et absurda ambitione hoc item præceptum pessum dedimus, dum corruptores, incredulos, hominesque sexcentis vitiis onustos, tenere et sine examine ad mysteriorum participationem admittimus, et antequam accuratam mentis sententiæque suæ probationem dederint, omnia illis dogmata revelamus; ac licet vestibula nondum videre potuerint, confestim eos in adyta ducimus. Quæ causa fuit ut quidam ex sic initiatis cito resiliens, innumera mala perpetrarint. Ac non in aliis tantum, sed in nobis ipsis horribilissimum hoc præceptum despiciamus, quando immortalibus mysteriis participaturi, impuritate et impu-

¹ Deest, *de crastino*, in Colb. Nox hæc, *ob fidei nostræ tenuitatem*, desunt in Colb. et in Savil., sed ad seriem pertinere videntur.

² Verba, *nec clericum*, in Colb. et Savil. desunt.

dentia pleni id agimus. Nec illa solum præcepta, sed etiam ea quæ sequuntur ab omnibus violari videas. Cum enim Christus dixerit: *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis* (Matth. 7. 12); nos omnia facimus ea, quæ pati volumus, ac jussi per angustam portam intrare, latam ubique perquirimus. Quod porro sæculares quidam hanc amplectantur et ament, non usque adeo mirum est; quod autem viri qui sese crucifixisse videntur, eam plus quam illi sectentur, hoc sane stuporem ingentem affert, imo potius ænigmati similis res videtur. Monachos enim propemodum omnes, si ad quoddam ministerium venire rogaveris, hæc statim et in primis loquentes audias; sciscitantur nempe, num ibi quietem invenire possint, et num quietem procurare possit is qui accersit: ac ultro citroque quietis nomen jactitant. Quid ais, mi homo? in arcta via incedere jussus de quiete interrogas, et per angustam portam intrare jussus latam quæris? quid hac perversitate deterius? Ne vero putes me hæc dicentem alios condemnare, rem me spectantem narrabo.

Chrysostomus ad monachorum tabernacula seccdit. — Cum nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula monachorum accedere, sollicitè quærebam et sciscitabar undenam necessariorum commeatus adfuturus esset, et num fieri posset ut panis recens ac diurnus comederetur; an quis me coacturus esset eodem uti oleo pro lucerna et pro cibo; an quis me impulsurus ad miseram leguminum escam; an assignaturus opus durum, ut est fodere, ligna deferre, aquam comportare, et cætera omnia hujusmodi ministeria: et ut summam dicam, multa de quiete corporis percontabar. At ii qui vel principum ministeria, vel publicorum negotiorum administrationem suscipiunt, nihil horum sciscitantur, sed solum si res lucro futura sit, lucro, inquam, temporali: quod si hoc sperare valeant, non labores, non pericula, non ignominiam, non servilia ministeria, non peregrinationes longas, non diuturnam in alia regione commorationem, non contumelias, non cruciatum, non temporum mutationem, non periculum a sperato sine aberrandi, non prænaturam mortem, non separationem a domesticis, non uxoris et liberorum solitudinem, non aliam quampiam difficultatem cogitant; sed pecuniarum cupidine, ceu amentes effecti, omnia subeunt mala, quæ ad hanc conducere possint. Nos autem quibus non pecuniæ, neque terra, sed cælum proponitur et cælestia bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, de quiete sciscitamur: usque adeo sumus illis miserabiliores et molliores. Quid ais, mi homo? in cælum mittendus, ibi regnum accepturus, percontaris an quid sit arduum in via et peregrinatione hujusmodi, et non te pudet, non erubescis, nec te sub terram defodis? Etiam si omnia, quæ hominibus contingere possunt, mala occurrant, sive convicia, sive contumeliæ, sive ignominia et syco-

phantia; seu gladius, ignis, ferrum, feræ, demersiones; sive fames, morbus et omnia quæ ab initio in hac vita contingunt acerbiora, annon, quæso, hæc irridebis et despicias? an de illis vel minimum cogitabis? Ecquid hujusmodi animo stolidius, quid vilius, quid miserius? Cælestium desiderio captum non dico tantum quietem quærere non debere, sed ne ejus quidem præsentis affectu moveri. Quomodo absurdum non fuerit eos, qui ineptis amoribus tenentur, amatis ita se totos dedere, ut præter eos eorumque consortium nihil eorum quæ in hac vita sunt (sunt autem bene multa), dulce existiment: nos autem, qui non inepto quodam, sed omnium supremo amore tenemur, non solum præsentem quietem non despiciere, sed etiam absentem requirere?

7. *Cælestis desiderii vis ingens.* — Nullus hactenus carissime, ita cælestium desiderio correptus est, ut corripere par erat: alioquin quæ gravia videntur esse¹, umbram judicasset et irrisionem magnam. Sane qui præsentia suspicit, numquam futurorum contemplatione dignabitur: qui autem illa despicit, et omnia nihilo meliora esse, quam umbras et somnia existimat, cito magna illa et spiritualia assequetur. Iis enim quibus bonum istud vere obtigerit, tantam vim exhibebit, quantam ignis in spinis: etsi innumeris hominem invenerit præfocatum malis, multis peccatorum funiculis obstrictum; cupiditatum flamma incensum, magno sæcularium negotiorum tumultu obsessum, omnia illa ceu quoddam flagello statim expulsa ab anima procul abigit. Ac quemadmodum contra venti violenti impetum pulvis exiguus numquam steterit. sic absurdarum concupiscentiarum multitudo compunctionis ingruentem vim ferre non poterit, sed de medio tolletur ac dispergetur citius quam pulvis et fumus. Quod si corporum amor usque adeo animam in servitatem redigit, ut ab omnibus eam avellat, et solius amicæ tyrannidi obstringat, quid non faciat Christi amor, et illius amittendi metus? Quemadmodum enim difficile est, imo fieri nequit, ut aquæ misceatur ignis: ita nec voluptatem et compunctionem simul cogere possumus; nam hæc contraria sunt, sequæ mutuo destruunt. Etenim hæc quidem lacrymarum et temperantiæ mater est, illa vero risus et insanix: hæc levem et alis instructam animam reddit, illa plumbo graviorem constituit. Et hoc non ego verbis meis, sed ejus qui præclara hujusmodi cupiditate tenebatur, demonstrare tentabo. Quis ille est? Ipse amore Christi incensus Paulus, qui ejus desiderio usque adeo vulneratus erat, ut de mora et de peregrinationis hujus diuturnitate ingemisceret: *Nam qui sumus*, inquit, *in tabernaculo hoc ingeniscimus* (2. Cor. 5. 4): desiderabat tamen et volebat, adhuc hic manere propter Christum: *Permanere*, inquit, *me in carne necessarium propter vos* (Philipp. 1. 24); id est, ut fides in Christum augetur. Ideo famem

¹ Colb., post, *gravia videntur esse*, legit: *umbras judicasset et irrisionem magnam*. Et hoc non verbis meis, sed ejus qui magno illo furore tenebatur, demonstrare tentabo. Intermedia vero omnia, quæ dimidiam columnæ partem occupant, nempe usque ad verba, *Quis ille est?* ibidem desiderantur.

¹ Colb. omittit *ita*, et infra, *nos*.

² In Colb. deest, *mi homo*.

γάσπαντο δεινά. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν φορικωδεστάτην ταύτην παραβλέ-
 πμεσαν ἐντολὴν, ἥνικα ἂν τῶν ἀθανάτων μυστηρίων δέοι ἢ
 μετασχεῖν, μετὰ τῆς ἐγκειμένης ἡμῖν ἀκαθαρσίας τε
 καὶ ἀναισχυντίας τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις. Οὐ ταύτας
 δὲ μόνον τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐξῆς ὑπὸ πάντων
 ἑλοσχερῶς ἀνατετραμμένας ἴδοι τις ἂν. Εἰπόντος γὰρ
 τοῦ Χριστοῦ, *Ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ*
ἄνθρωποι, οὕτω^b καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· ἡμεῖς
 πάντα ποιοῦμεν ἃ πάσχειν μὴ θέλομεν, καὶ κελευσθέντες
 διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν, τὴν εὐρύχωρον ἐπιζη-
 τούμεν πανταχοῦ. Καὶ τὸ μὲν τῶν βιωτικῶν τινας ταύ-
 την ἀσπάξασθαι καὶ φιλεῖν, οὐ σφόδρα ἐστὶ θαυμαστόν·
 τὸ δὲ ἄνδρα· ἐσταυρωῖσθαι δοκοῦντας πλεον ἐκείνων ἀν-
 ιχνεύειν αὐτήν, τοῦτό ἐστι τὸ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον,
 μᾶλλον δὲ καὶ αἰνίγματι ἔοικε τὸ πρᾶγμα. Τῶν γὰρ
 μοναχῶν^c ὡς ἐπιπολὺ πάντων ταῦτα εὐθέως πρῶτον
 ἀκούσῃ τὰ ῥήματα, εἴ ποτε αὐτοὺς εἰς οἰκονομίαν τινα
 παρακαλέσεις ἔλθεῖν, ἐρωτῶντων εἴ γε ἀνάπαυσιν ἔστιν
 εὐρεῖν, καὶ εἴ γε δύναται ἀναπαύσαι ὁ καλῶν, καὶ ἄνω
 καὶ κάτω πολὺ τὸ τῆς ἀναπαύσεως βνομα. Τί λέγεις,
 ἄνθρωπε; τὴν τεθλιμμένην κελευσθεὶς βαδίζειν ὁδὸν
 περὶ ἀναπαύσεως ἐρωτᾷς, καὶ διὰ τῆς ἐστενοχωρημέ-
 νης προσταχθεὶς πύλης εἰσελθεῖν εὐρύχωρον ἐπιζητεῖς;
 καὶ τί ταύτης τῆς διαστροφῆς χειρὸν γένοιτ' ἂν; Ἴνα δὲ
 μὴ νομίσης ἐτέρους με καταδικάζοντα ταῦτα λέγειν νῦν,
 τὸ ἔμαυτοῦ σοι ἐρῶ.

Ἵτε γὰρ πρῶτον ἐγὼ^d ἐγνώκειν, τὴν πόλιν ἀφεις,
 ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν μοναχῶν ἔλθεῖν, πολὺς ἤμην
 τοῦτο ἐρευνῶν καὶ πολυπραγμονῶν, πόθεν ἢ τῶν
 ἀναγκαῖων ἔσται χορηγία, καὶ εἴ δυνατὸν ἄρτον ἐσθίειν
 ἐφημερόν τε καὶ νεαρὸν, καὶ εἰ μὴ τις ὁ καταναγ-
 κάζων ἐλαίῳ χρῆσθαι^e τῷ αὐτῷ πρὸς λύχονον τε καὶ
 τροφῆν, εἰ μὴ τις ὁ πρὸς τὴν τῶν ὀσπρίων τάλαιπωρίαν
 ὧθων καὶ εἰς ἔργον ἐμβόλλων χαλεπόν, ὅσον σκάπτειν
 ἢ ξυλοφορεῖν κελεύων ἢ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα
 τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν· καὶ ὅλος ὁ περὶ τῆς ἀναπαύσεως
 λόγος ἦν πολὺς ἡμῖν. Καὶ^f οἱ μὲν τὰς τῶν ἀρχόντων
 ὑπηρεσίας καὶ τὰς τῶν δημοσίων διοικήσεις ἀναδεχόμε-
 νοι, τοῦτων πολυπραγμονοῦσιν οὐδὲν, ἀλλ' εἰ μόνον κέρ-
 δος ἔχοι τὸ πρᾶγμα, κέρδος ἐπίκαιρον, κἂν ὑπὲρ τοῦτου
 θαρβήσῃσι δυνήθωσι ποτε, οὐ πόνους, οὐ κινδύνους, οὐκ
 ἀτιμίας, οὐ διακονίας δουλοπρεπεῖς, οὐκ ἀποδημίας μα-
 κρὰς, οὐ τὴν ἐν ἄλλοτριᾷ διαγωγὴν, οὐκ ὕβρεις, οὐ βα-
 σάνους, οὐ καιρῶν μεταβολὴν, οὐ τὸ πρὸς τῷ τέλει σφα-
 λῆναι τῆς ἐλπίδος πολλάκις, οὐ θανάτους ἀήρους, οὐ
 τὸν τῶν οἰκειῶν χωρισμὸν, οὐ γυναικὸς ἐρῆμίαν καὶ
 παιδῶν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν δυσχερῶν ἐννοοῦσι λοιπόν· ἀλλ'
 ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ἐκθακχυθέντες, πάντα
 ὑπομένουσι, δι' ἧν ταύτης ἐπιτευξεσθαι^g προσδοκῶσιν.
 Ἡμεῖς δὲ, οὐ χρημάτων οὐδὲ γῆς προκειμένης ἡμῖν,
 [135] ἀλλ' οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν,
 ἃ μῆτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μῆτε οὖς ἤκουσε, μῆτε ἐπὶ καρ-
 εῖαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὑπὲρ ἀναπαύσεως πυνθανόμεθα·
 τοσοῦτόν ἔμεν ἐκείνων ἑλεεινότεροι καὶ μαλακώτεροι.
 Τί φῆς, ἄνθρωπε; πρὸς τὸν οὐρανὸν στέλλεσθαι μέλ-
 λων, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἐκεῖσε λαμβάνειν, ἐρωτᾷς
 εἴ τι δυσχερὲς κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην καὶ τὴν ἀποδη-
 μίαν ἐστὶ, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ οὐδὲ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ἀπελθὼν

κατορύττεις σαυτόν; Κἂν γὰρ ἅπαντα ἦ τὰ ἐν ἀνθρώ-
 ποῖς δεινά, κἂν λοιδορίαι, κἂν ὕβρεις, κἂν ἀτιμιαί,
 κἂν συκοφαντίαι, κἂν ἕξιφος, κἂν πῦρ, κἂν σίδηρος καὶ
 θηρία καὶ καταποντισμοί, κἂν λιμὲς καὶ νόσος καὶ ὄσα
 ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ παρὸν ὁ βίος ἤνεγκε χαλεπὰ, οὐ καταγε-
 λάσεις πάντων, εἰπέ μοι, καὶ καταφρονήσεις; ἐνοήσεις
 δὲ ὅλως ταῦτα; Καὶ τί ταύτης γραιδέστερον γένοιτ' ἂν
 τῆς ψυχῆς, τί δὲ ταπεινότερόν τε καὶ ἀθλιώτερον; Τὸν
 γὰρ τῆ τῶν οὐρανῶν ἐπιθυμία ληφθέντα οὐ λέγω μόνον,
 ὅτι ἀνάπαυσιν οὐ χρῆ ζῆτεῖν, ἀλλ' οὐδὲ παρουσίας
 αἰσθάνεσθαι. Ἡ πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἀτόπως
 ἐρῶντας^h οὕτως εἶναι τῶν ἐρωμένων ὄλους, ὡς πλὴν
 ἐκείνων καὶ τῆς ἐκείνων συνουσίας μὴδὲν ἠγγεῖσθαι ἔτε-
 ρον ἢ δὴ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καίτοι γε ὄντων πολλῶν·
 ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀτόπων τι, ἀλλὰ τῷ πάντων ἀνωτέρῳ λη-
 φθέντας ἔρωτι μὴ μόνον παρουσίας ἀναπαύσεως μὴ κατα-
 φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀποῦσαν ἐκζητεῖν!

Ζ'. Οὕτω οὐδένα, ἀγαπητέ, τῶν οὐρανῶν ἔλαβεν ἐπι-
 θυμία καλῶν, καθὼς λαβεῖν χρῆ· ἢ γὰρ ἂν πάντα τὰ δο-
 κούντα εἶναι χαλεπὰ, σκικὴν ἐνόμισε καὶ γέλωτα πολὺν.
 Ὁ μὲν οὖν τὰ παρόντα θαυμάζων, οὐκ ἂν ἀξιωθεῖ τῆς
 τῶν μελλόντων θεωρίας ποτέ· ὁ δὲ τοῦτων ὑπερορῶν,
 καὶ οὐδὲν ἄμεινον οἰκίας καὶ ὀνείρατος διακεῖσθαι πάντα
 νομίζων, ταχέως ἐπιτευξεταί τῶν μεγάλων ἐκείνων καὶ
 πνευματικῶν. Καὶ γὰρ οἷς ἂν γησίως τοῦτο παραγένη-
 ται τὸ καλόν, τοσαύτην ἐπιδεικνύεται τὴν ἰσχύν, ὅσην ἐν
 ταῖς ἀκάνθαις τὸ πῦρ, κἂν ὑπὸ μυρίων ἀγχομένων εὐρη
 κακῶν, κἂν πολλὰ τὰ σχοιῖα τῶν ἁμαρτημάτων περι-
 κείμενα, κἂν σφόδρα τῶν ἐπιθυμιῶν τὴν φλόγα καίου-
 σαν, καὶ πολὺν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων περιεστώτα
 τὸν θόρυβον, πάντα εὐθέως ἐκείνα σφοδρᾶ τινι μάστιγι
 κατάκρας ἐλαύνουσι ἢ πόρρω καθίστησι τῆς ψυχῆς. Καὶ
 καθάπερ πρὸς ἀνέμου βίαν βαγβαλοῦ οὐκ ἂν ποτε σταίη
 κόνις λεπτή, οὕτως οὐδὲ ἀτόπων ἐπιθυμιῶν πλήθος
 κατανύξεως ῥύμην ἐμπροσθοῦσαν δυνήσεται ἐνεγκεῖν, ἀλλ'
 ἀφανίζεται καὶ διαχεῖται τῆς κόνεως καὶ καπνοῦ ὅστων
 παντός. Εἰ δὲ ὁ τῶν σωμάτων ἔρος οὕτω δουλοῦται ψυ-
 χῆν, ὡς πάντων αὐτὴν ἀπαγαγεῖν, καὶ τῆ τῆς ἐρωμέ-
 νης προσηλωσῆαι τυραννίδι μόνῃ, τί οὐκ ἂν ὁ τοῦ Χρι-
 στοῦ πόθος ἐργάσαιτο, καὶ τὸ δέος τῆς ἐκείθεν ἄλλοτριώ-
 σεως; Ὡσπερ γὰρ χαλεπόν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατον,
 ἀναμίξει ὕδατι ποτε, οὐ πόνους, οὐμαί, τρωφῆν καὶ κατάνυσιν
 εἰς ταυτὸ συναγαγεῖν· ἐναντία γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλή-
 λων εἰσὶν ἀναιρετικά. Ἡ μὲν γὰρ δακρῶν ἐστὶ μῆ-
 τρη καὶ νήψεως, [134] ἢ δὲ γέλωτος καὶ παραφορᾶς·
 ἢ δὲ αὐτὴν κούφην καὶ οὐκ ἴσχυον ἐργάζεσθαι τὴν ψυχὴν,
 ἢ δὲ αὐτὴν μολιθδον παντός βαρυτέραν καθίστησι. Καὶ
 τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἔμαυτοῦ λόγων, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ
 κατασχεθέντος τῆ ἐπιθυμίας ταύτης τῆ καλῆ παραστήσαι
 πειράσομαι. Τίς οὖν οὕτως ἔστιν; Ὁ διάπυρος ἐρασθῆς
 τοῦ Χριστοῦ Παύλος, ὅς οὕτως ἐτρῶθη τοῦτι τῷ πόθῳ,
 ὥστε στένειν μὲν ἐπὶ τῆ μελλήσει καὶ διατριβῇ τῆς
 ἐνθόνδε ἀποδημίας· *Καὶ γὰρ οἱ διστες, φησὶν, ἐν τῷ*
σικῆρι τοῦτω στενάζομεν· ἐπῶθει δὲ καὶ ἐβούλετο ἐπι-
 μένειν ἐνθάδε διὰ τὸν Χριστόν. *Τὸ γὰρ ἐπιμένειν με,*
φησὶ, εἰ σικρὶ ἀναγκαστέρον δι' ὑμᾶς· τοῦτέστιν,
 ἵνα ἐπιδοθῇ ἡ πίστις ἢ εἰς τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο καὶ
 λιμὸν καὶ δίψαν καὶ γυμνότητα καὶ δεσμὰ καὶ θανάτους
 καὶ διαποντίους ἀποδημίας καὶ ναυάγια καὶ τὰ ἄλλα
 πάντα, ἃ κατέλεξε, ἔφερε, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐθάρυνετο
 τοῖσι, ἀλλὰ καὶ ἔχαίρει· τὸ δὲ αἴτιον ἦν ἡ ἀγάπη τοῦ

^h Τοὺς μὲν ἐρῶντας ἔρωτας ἀτόπους· Colb.

¹ Ἀλλὰ καὶ ἀποῦσης ἐπιζητεῖν. Οὐδένα. Colb. Paulo post in eodem Colb. χαλεπὰ, σικίαι ἐνόμισε καὶ γέλωτα πολὺν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἔμαυτοῦ λόγων, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κατασχε-
 θέντος τῆ βακχεῖα ταύτη τῆ πολλῆ δεῖται πειράσομαι. Intermedia
 vero omnia. Quae mediam saltem paginam occupant, ibid. de-
 siderantur. Mox idem ἐρασθῆς τοῦ Χριστοῦ· ὅς οὕτως ἐπυρῶθη
 τοῦτω τῷ πόθῳ, ὡς στένειν ἐπὶ, et paulo post στενάζομεν. Βού-
 λουσαι δὲ καὶ ἐπιθυμεῖν ἐπι μένειν, et mox ἡ πίστις ἢ εἰς Χριστόν.
 Ibid. καὶ δίψος.

¹ Sic Savil. Legebatur ἐλαύνοντα. Edit.

^a Colb. ἀθανάτων ἐκείνων μυστηρίων δέη.

^b Colb. omitit οὕτω, et infra ἡμεῖς.

^c Colb. ἀνιχνεύειν αὐτήν, πῶς οὐκ αἰνίγματι μᾶλλον ἔοικε. Τῶν
 τῶν μοναχῶν.

^d Ἐγὼ deest in Savil. et Colb.

^e Colb. ἐλαίῳ χρῆσθαι. Morel. et Savil. ἐλαίῳ μὴ χρῆσθαι.
 Qui postremus suspicatur legendum me χρῆσθαι.

^f Colb. ὄλους πολὺς ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀναπαύσεως λόγος ἦν. Καὶ.
 Mox idem διοικήσεις καταδεχόμενοι.

^g Colb. ἐπιτευξεσθαι. Infra idem ἀλλ' οὐρανῶν, et paulo post
 idem ὑπὲρ ἀναπαύσεως ἐνθυμώμεθα, τοσοῦτον. Paulo post in
 Colb. ἄνθρωπε deest, et mox legitur τὴν ἐκεῖ. Paulo infra
 Savil. et Colb. αἰσχύνῃ οὐδὲ ἐρυθριᾷς, Morel. αἰσχύνῃ καὶ ἐρυ-
 θριᾷς.

Χριστοῦ. Διδὸν καὶ ἔλεγεν ἂ· Ἐν τούτοις γὰρ, ψῆσι, πᾶσιν ὑπεργικνῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. Καὶ μὴ θαυμάσης· εἰ γὰρ ἀνθρώπων φίλα θανάτου πολλάκις καταπολιμήσει ἐποίησαν, τί οὐκ ἂν ἐργάσαιτο ἡ τοῦ Χριστοῦ; ποίαν δυσσέβειαν οὐκ ἂν ἐξευμαρίσαιεν; Οὕτως ἐκέλευεν πάντα φορητὰ ἦν πρὸς τὸν ποθοῦμενον ὀρώντι μόνον, καὶ τὸ δι' ἐκεῖνον ἅπαντα πάσχειν, πάσης ἡδονῆς καὶ ἀπολαύσεως ἡγουμένῳ μείζον, ὡς περ οὖν καὶ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ ἐνόμιζεν εἶναι ἐν τῇ γῆ, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι βίβῃ, οὐδὲ μετὰ ἀνθρώπων στρέφασθαι, ἀλλ' ὡς ἦδη τὴν οὐράνῳ ἠλθὴν ἔχων, καὶ μετὰ ἀγγέλων πολιτευόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολαδῶν, καὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαδῶν, οὕτω κατεφρόνει τῶν ἐν τῷ παρόντι ἡδῶν τε καὶ λυπηρῶν, καὶ ἀναπαύσεως αὐτῷ λόγος οὐδεὶς ἦν, ὃ συνεχῶς ἐπιζητεῖται παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ ἐβόα λέγων· Μέχρι τῆς ἀρτι ὥρας καὶ πεινώμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσὶ· λοιθορούμενοι εὐλογοῦμεν, δικαιοῦμεν ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. Καὶ πάλιν, Ὡσπερ εἰ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περιύλημα ἔως ἀρτι. Καθάρματ' γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς στρέφας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐκεῖ κάλλος καταπλαγεῖς, οὐκ ἠθέληχετο πρὸς τὴν γῆν ὑποστρέφαι πάλιν· ἀλλ' ὡσπερ τις πτωχὸς καὶ πένης ἐν οἰκίῳ γνοφώδει καὶ ταπεινῷ τὸν ἅπαντα χρόνον κατακλιθεῖς, ἐπὶ ἄνδρ' βασιλεῖα χρυσῶν τε πολλῶν καὶ λίθων ἀστραπαῖς ἀποσπλιθοντα, οὐκ ἂν ἔλοιτο λοιπὸν οὐδὲ εἰς νοῦν τὴν τῆς οἰκείας πτωχείας οἰκταν λαβεῖν, ἀλλ' ἅπαντα πραγματεύεται ὑπὲρ τοῦ μεταστῆναι πρὸς ἐκεῖνην τὴν οἰκίαν, ἂν ἐξῆ· οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος κατοπτεύσας τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατεφρόνει τῆς ἐνθάδε πενίας, καὶ τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην συναναστρεφόμενος, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐνθάδε ἐπιστρέφετο, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν πρὸς τὴν πόλιν ἐκεῖνην μετέθηκε.

Καὶ τί λέγω τὰ ἐν τῷ παρόντι βίβῃ λυπηρά; τοσοῦτον ἐπένευσεν ἄ εἰς αὐτὸν ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος, ὡς εἰ γε προέκειτο καὶ τὰς θανάτους κολάσεις ἐκεῖνας ὑπενεγκεῖν ἔνεον τοῦ Χριστοῦ, μηδ' ἂν τοῦτο παραιτήσασθαι ποτε. Οὐ γὰρ ὡσπερ [135] ἡμεῖς οἱ μισῶντες γέγενναν δεδοικότες, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιμέμνητοι, οὕτω κακείνους ἐδούλευε τῷ Χριστῷ, ἀλλ' ἐτέρω τι καὶ πολλῷ τούτου βελτίονι καὶ μακαρίῳ πόθῳ ληφθεῖς, ἔπαυθ' ἅ τε καὶ ἔπραττεν ἅπαντα δι' ἔτερον μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ παραμυθησῆται τὸν ἔρωτα μόνον, ὃν εἶχεν εἰς τὸν Χριστόν· ὃς οὕτως αὐτοῦ κατὰ κράτος εἶλε τὸν λογισμόν, ὡς καὶ ὁ πάντων ἑαυτῷ τιμιώτερον ἦν, τὸ συνεῖναι τῷ Χριστῷ λέγω, ὑπὲρ οὗ καὶ γέννησις κατεφρόνησε καὶ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τοῦτο πάλιν ἀλλοτριωθῆναι ἐκὼν, ἐλόμενος διὰ τὸν Χριστόν καὶ τὴν ἄφατον ἔκπτωσιν, ὡς ἔν τι τῶν εὐκαισιότατων, ἀσπάξασθαι καὶ μετὰ πολλῆς ἐλέσθαι τῆς προθυμίας.

ἦ· Καὶ τάχα νῦν μὲν ἀσφαλῆς εἶναι δοκεῖ πολλοῖς τὸ λεγθῆναι ὅταν ἐν αὐτῷ σαφέστερον εἶπω, τότε πάλιν ἀπιστον εἶναι δόξει τούτοις ἔ, οἷς πρότερον ἦν ἀσφαλῆς. Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος προσδοκῆσαι ἀπιστηθῆσθαι περὶ τούτων, διὰ τοῦτο προλαδῶν ἔλεγεν· Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύ-

^a Ἦν, et dido καὶ ἔλεγεν desunt in Colb. Paulo post idem φίλαι. ἐποίησαν· τί οὐκ ἂν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐργάσαιτο; ποίαν.

^b Sic Savil. et Colb. Morel. vero οὐρανῶν. Mox Colb. βασιλείαν ὀρών καὶ τὸ πρόσωπον κατὰ πρόσωπον ἀπολαδῶν. Οὕτως.

^c Colb. ἀνεχόμεθα, δυσσημούμενοι παρακαλοῦμεν. Ὡσπερ εἰ.

^d Paulo post idem τρέφας εἰς τὸν.

^e Colb. τοσοῦτον γὰρ ἐπένευσεν.

^f Sic Colb. et Savil. Morel. autem ἐδούλευσε.

^g Colb. λογισμόν, ὅση πάντων. Infra Morel. πάλιν ἀλλοτριωθῆναι ἐκὼν, ἐλόμενος διὰ τὸν Χριστόν καὶ τὴν ἄφατον ἔκπτωσιν ὡς ἐν τι τῶν εὐκτ. In Colb. ἐλόμενος deest Savil. autem sic totum h.abet, πάλιν ἀλλοτριωθῆναι μετὰ πολλῆς ἐλέσθαι τῆς προθυμίας, καὶ τὴν τοιαύτην ἔκπτωσιν διὰ τὸν Χριστόν, ὡς ἐν τι τῶν εὐκτ.

^h Τούτοις deest in Colb. Paulo post idem προσεδόκησεν, et μετὰ διὰ καὶ προλαδῶν.

δομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἀγίῳ. Καὶ διμῶς τοσαῦτα τῷ λόγῳ προσθεῖς, καὶ μάρτυρας αὐτοῦ τῆς συνειδήσεως καλέσας τοιούτους, ἀπιστεῖται καὶ νῦν ἔτι. Τί τοῖνυν τοῦτο ἔστιν ὃ φησιν; Ἄκουε ἡ Διαλεχθεὶς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ δεινῶν, καὶ εἰπὼν, ὅτι Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψεις, ἢ στενοχωρία, ἢ διαγωγὴ, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ πάντα διελθὼν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀνεισιν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐδὲν μέγα τῶν ἐνταῦθα κολαστηρίων καταφρονεῖν διὰ τὸν Χριστόν, ἐπήγαγεν, ὅτι Οὐτε ἀγγελιοί, οὐτε ἀρχαί, οὐτε δυνάμεις, οὐτε ἐρεστώτα, οὐτε μέλλοντα, οὐτε ὕψωμα, οὐτε βάθος, οὐτε τις κτίσις ἕτερα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐ μόνον ἀνθρώποι οὐ δυνήσονται ταύτης διασπάσαι με τῆς φιλίας, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι, οὐδ' ἂν εἰ πᾶσα τῶν οὐρανῶν συνἔλθοιεν εἰς ταυτὸ δυνάμεις, τοῦτο ἰσχύσομαι. Τί λέγω; οὐδ' ἂν ἡ βασιλείας ἐκπεσεῖν δέη, οὐδ' ἂν εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν διὰ τὸν Χριστόν, οὐδὲ τοῦτό μοι φοβερόν. Τὸ γὰρ ὕψωμα καὶ βάθος, καὶ ζωὴ καὶ θάνατος, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο ἐμφαίνει. Ταῦτα ἰδὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀγγέλων ἐπιχειρησόντων αὐτὸν διαστήσαι τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰ μηδὲν ἐκδησόμενα ποτε ὑποτίθεται τῷ λόγῳ, ἵνα δυνήθῃ τὸν πολὺν πόθον, ὃν εἶχε, παραστήσαι καὶ ποιῆσαι κατάδηλον ἅπασιν. Τοιοῦτον γὰρ τὸ τῶν φιλοῦντων ἔθος ἐστίν· οὐ στέγουσι σιγῇ κατέχειν τὸν ἔρωτα, ἀλλ' εἰς τοὺς ἐπιτηδέους ἅπαντας τὴν φιλόγα ἐκφέρουσι, τῷ συνεχῶς διηγεῖσθαι τοῦ πόθου τὴν ὑπερβολὴν διαναπαύοντες αὐτῶν τὴν [136] ψυχὴν. Ὡσπερ οὖν ἡ καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐποίησε· καὶ πάντα τῷ λόγῳ περιλαδῶν, τὰ θντα, τὰ ἐσόμενα, τὰ συμβέβηκα, τὰ μηδέποτε συμβησόμενα, τὰ ὄρατα καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ πᾶσαν κόλασιν, καὶ πᾶσαν ἀνάπαυσιν, ὡσπερ οὐκ ἀρκούντων τοῦτων αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ πάθους παράστασιν, ἕτερα τοσαῦτα πάλιν οὐχ ὑφεστώτα ὑποστητήμενος τῷ λόγῳ καὶ θεῖς ἰ (τὸ γὰρ, Κτίσις ἕτερα, τῶν οὐχ ὑφεστώτων ἐστίν), οὕτως ἐπήγαγε, δηλῶν ἔτι πάντων τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἡμᾶς χωρίσαι δυνήσεται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Καὶ ἐκεῖνος μὲν πρὸς τοσοῦτον ὕψος τὸν ἑαυτοῦ πόθον ἀνήψεν ἢ ἡμεῖς δὲ οἱ κλειυθόντες εἶναι αὐτοῦ μιμηταί, οὐδὲ τὰς ἐνθάδε θλίψεις φέρομεν εὐχερῶς, ἀλλὰ ἀλύομεν καὶ δυσανασχετοῦμεν τῶν πυρεττότων οὐκ ἔλαττον. Ἡ γὰρ μακρὰ αὕτη νόσος, ἡ καταλαβοῦσα τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἀνίατος τῷ χρόνῳ γέγονεν, ὡς εἶπεν, καὶ τῆς εἰλικρινεῖς ὑγιείας οὐδὲ ἐνομοιαν δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατος εἶναι δοκεῖ ἡμῖν λοιπὸν ἢ ταύτης ἀνάκτησις. Κἂν ἀκούσωμέν τινος τοὺς ἀποστόλους εἰς μέσον ἄγοντος, καὶ τὰ ἐκεῖνον κατορθώματα λέγοντος, δέον εὐθέως καὶ πενήθσαι ἑαυτοῦ, τότε τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστήκαμεν, οὐδὲ ἀμάρτημα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζομεν, ἀλλ' ὡς οὐδὲ δυνατόν πρὸς ἐκεῖνο φθάσαι τὸ ὕψος, οὕτω διακείμεθα. Κἂν ἔρηται τις τὴν αἰτίαν, εὐθέως τὴν ἄλογον ταύτην ἀπολογίαν προβαλλόμεθα.

^a Morel. ἀπιστεῖται καὶ νῦν. Ὅτι τοῖνυν τοῦτο ἔστιν ὃ φησιν, ἄκουε. Savil. ἀπιστεῖται καὶ νῦν ἔτι. Τί τοῖνυν τοῦτο ἔστιν, ὃ φησιν, ἄκουε. Colb. ἀπιστεῖται ἔτι καὶ νῦν· τί οὖν ἔτι καὶ νῦν. Τί οὖν ἔστιν, φησὶ. Διαλεχθεὶς.

^b Colb. τοῦτο ἰσχύσομαι, καὶ οὐδ' ἂν.

^c Colb. οὐδὲν ἕτερον ἢ ταῦτα ἔστι. Ταῦτα.

^d Savil. et Colb. ἔπερ οὖν. Morel. ὡσπερ οὖν. Ibid. Colb.

καὶ τὰ θντα καὶ τὰ ἐσόμενα. Sic καὶ addit ante singula. Infra Savil. et Morel. πρὸς τὴν τοῦ πάθους παρ. Colb. πρὸς τὴν τοῦ πόθου παρ. Colb. τῷ λόγῳ ἐπήγαγε ὅτι τῶν εἰρ.

^e Quae uncis includuntur manifestant interpolationem prout. Exstant tamen in Morello, sed a Savillio ommissa sunt. Edit.

^f Colb. ὕψος τούτου ἀνήψεν πόθον. — Pro eo quod legebatur, ἀνήψεν, ἀνήψε restitutum. Edit.

^g Sic Morel. Colb. εὐθέως τινὰ λόγον προβαλλόμεθα. Savil. εὐθέως τοῦτο προβαλλόμεθα. Infra Colb. τί γὰρ ἔστιν, εἰπέ μοι, ἐκεῖνος Παῦλος ἦ.

Digitized by Google

et sitim et nuditatem et vincula et mortes et transmarina itinera et naufragia et alia omnia quæ recensuit sustinebat, ac non solum hæc non moleste ferebat, sed etiam gaudebat: causa autem horum erat amor Christi: quare dicebat: *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos (Rom. 8. 37).* Nec ideo mireris: nam si amor hominum mortem sæpe audacter adire fecit, quid non faciat amor Christi? quam difficultatem non levem faciet? Sic omnia illi tolerabilia erant, quod ad dilectum solummodo respiceret, et quod propter illum omnia pati, omni voluptate et deliciis majus existimaret, quod sane verum est. Non enim arbitrabatur se in terra esse, vel in præsentī vita degere, vel cum hominibus conversari; sed ac si jam cælestem sortem obtineret, ac cum angelis degeret, regnum acciperet et facie ad faciem illo frueretur: sic et dulcia et tristia, quæ in hoc mundo sunt, contemnebat, nullamque requie i illius, quam assidue inquirimus, rationem habebat; sed clamabat dicens: *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris: maledicimus et benedicimus, persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus: tamquam purgamenta mundi facti sumus, omnium percipiens usque adhuc (1. Cor. 4. 11-13).* Cum enim semel oculos animæ in cælum convertisset, et cælestium pulchritudine captus esset, in terram reverti non sustinebat; sed velut pauper quidam et inops, in obscura et vili domuncula semper inclusus, si regem videat auro multo et lapillorum splendore fulgentem, numquam volet postea de pauperula domo sua cogitare, sed nihil non aget ut in illam domum se transferat, si fieri possit: sic beatus ille, cum cælestia intuitus esset, hujus vitæ paupertatem despiciebat: et cum hominibus quidem pro necessitate corporis versabatur, ad nullam vero rerum sæcularium se convertebat, sed se totum in illam civitatem transferebat.

Pauli amor vehemens.—Ecquid loquar de præsentis vitæ ærumnis? Tanto quippe Christi amore flagrabat, ut si propositum sibi fuisset immortales illos cruciatus pro Christo subire, ne hoc quidem recusasset. Non enim quemadmodum nos mercenarii, qui gehennam formidamus et regnum concupiscimus, sic ille Christo serviebat; sed alio longe præstantiore beatioreque amore captus, omnia patiebatur et agebat nulla alia de causa, quam ut amori erga Christum suo satisfaceret: qui amor adeo mentem ejus vicerat, ut quod illi carius erat, nempe esse cum Christo, pro quo et gehennam et regnum cælorum despiciebat, hoc ipsum, inquam, libenter desereret, ac propter Christum inenarrabilem illum lapsum, quasi rem optabilissimam, vellet amplecti et magna cum alacritate suscipere.

8. At fortasse nunc obscurum multis videtur esse quod dictum est: cum autem id clarius enarravero, tunc incredibile videbitur iis ipsis, quibus antea obscurum erat. Nihilque mirum: nam beatus ille cum

¹ vox, erat, et infra verba, quare dicebat, desunt in Colb.

sibi fidem circa hæc non habendam esse exspectaret, hæc præmisit: *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto (Rom. 9. 1).* Attamen his adjectis advocatisque talibus conscientie suæ testibus, etiam nunc non creditur. Quid igitur vult dicere? Audi. Postquam de hujus mundi ærumnis disseruit ac dixit: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius (Rom. 8. 35. 38. 39)?* et omnibus quæ in terra sunt recensitis, in cælum ascendit: utque ostendat, non magnum quidpiam esse hujus vitæ cruciatus propter Christum despiceret, sic infert: *Neque angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Quod autem dicit tale est. Non solum homines me non poterunt ab hoc amore abstrahere, sed neque angeli, neque si omnes cælestes Virtutes in hoc conspirarent, id efficere possent. Quid dico? neque si e regno excidere, neque si in gehennam incidere propter Christum oporteret, id mihi formidabile esset. Nam altitudo et profundum, vita et mors, nihil aliud quam hoc declarant. Id¹ vero dicebat, non quod angeli tentaturi essent ipsum a Christo separare; sed ea quæ numquam contingere possunt, verbo tenus proponit, ut magnitudinem amoris sui declarare, omnibusque palam facere possit. Talis namque amantium mos est: non possunt silentio amorem suum tegere, sed familiaribus omnibus flammam efferrunt, ut assiduitate narrandi animum desiderio ingenti flagrantem mitigent ac recreent. Quod ipsum tunc fecit beatus ille, omniaque sermone complexus, præsentia, futura, præterita, quæ numquam contingere poterant, visibilia et invisibilia, omnem cruciatum, omnem quietem; quasi hæc non sibi sufficerent ad affectum suum declarandum, postquam tot alia non existentia supposuit et extulit (nam illud, *creatura alia*, de non existentibus dicitur); sic intulit ostendens nihil supra dictorum posse nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Et ille quidem amorem suum in tantam sublimitatem extulit: nos autem, qui jussi sumus ejus imitatores esse, ne vitæ quidem hujus ærumnas facile ferimus, sed non minus, quam febricitantes, moeremus, et indignamur. Nam longus hic morbus, qui animas nostras occupavit, diuturnitate insanabilis evasit, ut ita dicam, ac perfectam valetudinem ne cogitare quidem possumus: imo etiam nobis ea non ultra recuperari posse videtur. Si vero quempiam audiamus apostolos in medium proferentem, et eorum præclara opera narrantem, cum statim lugere deberemus, quod usque adeo illis inferiores simus, ne peccatum quidem eam rem esse putamus, sed quasi non possit culmen illud attingi, ita remisse degimus. Si quis causam petat, statim ineptam hanc excusationem proferimus: Ille Paulus erat, ille Petrus, ille Joannes. Quid sibi vult illud, Ille Paulus erat, ille Petrus erat? Annon, dic

¹ Colb., nihil aliud quam hæc sunt. Ea vero; etc.

mihī, ejusdem illi naturæ consortes erant? annon eadem via in hanc vitam prodierant? annon iisdem cibis nutriti fuerant? annon eundem respiraverant aerem? nonne iisdem rebus utebantur? nonne quidam ipsorum uxores duxerant et liberos susceperant alii vero artes sæculares exercebant, alii demum in ipsum nequitæ barathrum delapsi fuerant? At magna, inquires, fruebantur Dei gratia. Sed si quidem jubemur mortuos suscitare, cæcorum oculos aperire, leprosos mundare, claudos erigere, dæmones ejicere, aliosque similes morbos sanare, opportune posset hæc excusatio proferri: sin accurata vitæ ratio proponatur et obsequentiæ exhibitio, quæ consonantia inter hoc et illud?

In baptismo gratiam et Spiritum sanctum recipimus. — Etenim tu etiam in baptismo divina potius es gratia, ac spiritus particeps fuisti, etiamsi non ut signa ederes, sed quantum satis erat ad rectum et accuratum vitæ institutum: ita ut perniciēs ex sola segnitie nostra procedat. Sane Christus in die illa non signa edentibus simpliciter munera dat, sed iis qui mandata sua sunt exsequuti: nam, *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete præparatum vobis regnum a constitutione mundi*, non quia miracula edidistis, sed quia *esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operuistis me; infirmus fui, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me* (*Matth. 25. 34*). Et in beatitudinibus nusquam signa operantes ponit, sed qui vitam probe ducunt.

9. Itaque licet illa gratia nunc contracta sit, id nihil nobis nocbit: neque inde nos excusare poterimus, quando facinorum nostrorum rationem dabimus. Si quidem beatos illos non ob signa miramur: nam illa ad divinam prorsus potentiam¹ pertinent, sed quod vitam angelicam exhibuerint: hoc autem cum superno nutu, etiam illorum propositi opus est. Et hoc non ego dico, sed is ipse Christi imitator. Quando enim discipulis scribens contra pseudoapostolos contendebat, ut discrimen inter probatum et improbum ministerium declararet, non a signis, sed ab operibus id faciebat his verbis: *Ministri Christi sunt? ut minus sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: a Judæis quinque quadragenas una minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui: in itineribus frequenter, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore et ærumna, in vigiliis frequenter, in fame et siti, in jejuniis frequenter, in frigore et nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* (*2. Cor. 11. 23-29*)? Ideo ego apostolos admiror, utpote qui sine operibus

¹ Quidam, gratiam.

per dispensationem quamdam signa exhibere concessi sunt, non modo non admirabiles, sed etiam reprobī fuerint, ut declarat Christus his verbis: *Multi dicent mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomina tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicam illis: Recedite a me omnes qui operamini iniquitatem; nunquam novi vos* (*Matth. 7. 22. 23*). Idcirco discipulos sic monebat: *Nolite gaudere quia dæmonia vobis subjiciuntur, sed quia nomina vestra scripta sunt in cælis* (*Luc. 10. 20*). Vita enim proba etiam illis destituta, coronas accipiet, nec quidpiam minus habebit quod illis careat: vita autem iniqua ne cum signis quidem supplicium effugere poterit. Itaque supervacanea est illa loquendi ratio; nec tantum supervacanea, sed etiam periculosa, quæ multis hæreticorum ansas præbere possit. Nam si illi non ex proposito suo sic mirabiles evasissent, sed per Christi gratiam tantum, quid impediatur quominus omnes tales efficiantur?

Gratia operam nostram requirit. — Gratia namque nisi operam nostram prius requireret, confertim in omnium animas effusa esset: neque enim personarum acceptor est Deus. Sed quia operam nostram requirit, ideo alios quidem sequitur et cum illis permanet, ab aliis evolat, reliquos autem ne a principio quidem attingit. Quod vero propositum prius scrutatus, sic gratiam dederit Deus, antequam beatus ille quidpiam mirabile exhibuisset, audi quid de illo dicat: *Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et omni genere Israel* (*Act. 9. 15*). Hæc gratia nondum præsentē testificatus est is, qui corda nostra scrutatur. Ne itaque nosmetipsos decipiamus, dilecti, dicentes non posse quicquam Pauli similem esse. Etenim quantum ad gratiam quidem et signa non alter Paulus postea erit, sed quantum ad vitæ diligentiam, quisquis voluerit hujusmodi esse poterit: quod si tales nusquam existant, ex eo quod nolint tantum contingit. At nescio quomodo in hanc absurditatem delapsus sim, ut Pauli similes nunc requiram, cum nec tertio nec quarto post illum gradu positos videre queam. Ideo nempe lugendum, lamentandum et plangendum est non una vel altera die, sed per totam vitam: nam si quis hæc se modo affectum præstiterit, non facile deinceps peccabit. Quod si his non credas dictis, lugentes considera eos, qui luctu sæculari cruciantur; non ex multitudinis numero, neque eorum, qui laboriosam vitam ducunt, sed ex numero delicatorum illorum, qui nihil aliud norunt, quam delicias. Ii enim, hi qui ebrietati et ventri student, qui prandia usque ad vesperum producunt, et cænas ad mediam usque noctem, qui aliena rapiunt, qui neque pauperi, neque viduæ, neque inopi parcunt, qui magnam exhibent crudelitatem, si quando luctu gravi corripiantur, qui possit animam funditus movere et perturbare, tunc missis illis voluptuosis inquisve cogitationibus, in philosophorum vitam se transferunt, severitatem, vigiliam, humi cubationem, tolerantiam, jejunium, silentium, modestiam, humilitatem, humanitatemque

λέγοντες· Ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, κάκεινος Πέτρος ἦν, κάκεινος Ἰωάννης. Τί ἐστιν, Ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, ἐκεῖνος Πέτρος ἦν; οὐ τῆς αὐτῆς φύσεως, ἐπέ μοι, καὶ οὗτος μετεῖχον; οὐ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρηχθησαν εἰς τὸν βίον ἡμῖν, οὐ ταῖς αὐταῖς ἐτρέφθησαν τροφαῖς; οὐ τὸν αὐτὸν ἀνέπνευσαν ἀέρα; οὐ πράγμασιν ἐχρήσαντο αὐτοῖς αὐτοῖς; οὐχ οἱ μὲν αὐτῶν καὶ γυναῖκας εἶχον καὶ παῖδας, οἱ δὲ καὶ τέχνας βιωτικὰς, ἔτεροι δὲ καὶ εἰς αὐτὸ τῆς κακίας τὸ βάραθρον κατηνέχθησαν; Ἄλλα πολλῆς ἀπῆλυσαν, φησὶ, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. Ἄλλ' εἰ μὲν νεκροὺς ἀναστήσαι ἐκελευόμεθα, ἢ ὀφθαλμοὺς ἀνοίξει τυφλῶν, ἢ καθαρῶσαι λεπρούς, ἢ χλωροὺς ἠνορθώσαι, ἢ δαίμονας ἐκβαλεῖν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἰσθίαι νόσους, καιρὸν ἂν εἶχε τὰ τῆς ἀπολογίας ταύτης ἡμῖν· εἰ δὲ πολιτείας ἐξέτασις πρόκειται νῦν, καὶ ὑπακοῆς ἐπίδειξις, ποῖον ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον ἂν ἔχοι λόγον;

Καὶ γὰρ καὶ σὺ θείας ἀπῆλυσας χάριτος βαπτιζόμενος, καὶ Πνεύματος μετέσχες, εἰ καὶ μή πρὸς τὸ τὰ σημεῖα ποιεῖν, ἀλλ' ὅσον ἀρκεῖ πρὸς τὸ πολιτεῖαν ὀρθὴν καὶ ἠκριβωμένην λαβεῖν ὥστε βραθυμίας μόνον τῆς ἡμετέρας ἐστὶν ἡ διαστροφή. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην οὐ τοῖς τὰ σημεῖα ἐργαζαμένοις ἀπλῶς τὰ ἐπαθλοῦ διδύσαι, ἀλλὰ τὸς τὰ προστάγματα πεποιηκόσι τὰ αὐτοῦ. Δεῦτε γὰρ, φησὶν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, οὐχ ὅτι ἔθαυματουργήσατε, ἀλλ' ὅτι Ἐπεινάσα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν ἔδύθησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένην ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθέτησα, καὶ ἐσεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλαθετε πρὸς με. [157] Καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς δὲ οὐδαμοῦ τοὺς τὰ θαύματα ποιοῦντας εἶθησιν, ἀλλὰ τοὺς βίον ἔχοντας ὀρθόν.

9. Ὡστε εἰ καὶ ἐκεῖνη συνέσταλται νῦν ἡ χάρις, οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάβαι τοῦτο δυνήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν τὰς εὐθύνας ὑπέχωμεν τῶν πεπερασμένων. Καὶ γὰρ τοὺς μακαρίους ἐκεῖνους οὐ διὰ τὰ σημεῖα θαυμάζομεν· τοῦτο γὰρ ὅλον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἦν· ἀλλ' ὅτι πολιτεῖαν ἐπέδειξαν ἀγγελικῆν· τοῦτο δὲ μετὰ τῆς ἀνωθεν βροπῆς καὶ τῆς αὐτῶν σπουδῆς ἔργον ἐστὶ. Καὶ οὐκ ἐγὼ τοῦτο λέγω νῦν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Χριστοῦ μιμητῆς. Ὅτε γὰρ πρὸς τοὺς ψευδοποστόλους διετεινέτο γράφων τοῖς μαθηταῖς, καὶ τὸ μέσον τῆς δοκίμου τε καὶ κιβδήλου διακονίας παραστήσαι ἐβούλετο, οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ τοῦτο ἐποίησεν, οὕτως λέγων· Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; παραρῶν Ἰακώ; ὑπὲρ ἐγὼ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν πληγῶν ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλῶν· ἐπὶ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαθον, τρίς ἐβραβδίσθη, ἅπαξ ἐλιθάσθη, τρίς ἐνανάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ ἐποίησα· ὁδοιπορίας πολλὰς, κινδύνους ποταμῶν, κινδύνους ἰσθμῶν, κινδύνους ἐκ γένους, κινδύνους ἐξ ἔθνων, κινδύνους ἐν πόλει, κινδύνους ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνους ἐν θαλάσῃ, κινδύνους ἐν ψευδαδελφοῖς, ἐν κόπῳ, ἐν μόχθῳ, ἐν ἀνυπνίας πολλῶν, ἐν λιμῷ καὶ δίψει^α, ἐν νηστείαις πολλῶν, ἐν ψύχει καὶ γυμνάσει. Χωρὶς τῶν παρεκτός, ἢ ἐπισύστασίς μου ἢ καθ' ἡμέραν, ἢ μέριμνα πιστῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλιζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Διὰ ταῦτα θαυμάζω τοὺς

ἀποστόλους ἐγὼ ὡς οἱ γε τούτων χωρὶς ἐπιδείξασθαι σημεῖα διὰ τινος οικονομίας συγχωρηθέντες οὐ μόνον οὐκ ἔχοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ καὶ ἀδόκιμοι, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς δείκνυσι λέγων· Πολλοὶ ἐρωτοῦ μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Κύριε, Κύριε, σὸ τῷ σῷ ὀνόματι προσφθεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι πολλὰς δυνάμεις ἐποιήσαμεν; Καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οὐδέποτε ἔγνω ὑμᾶς. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς παρήγει λέγων· Μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται, ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πολιτεῖα μὲν γὰρ ὀρθὴ καὶ τούτων χωρὶς ἀπολήφεται τοὺς σεφάνους, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔξει παρὰ τοῦτο τότε· βίος δὲ παράνομος οὐδὲ μετὰ σημείων δυνήσεται τὴν κολασιν ἐκφυγεῖν. Ὡστε περιττὸς ἡμῖν ὁ λόγος οὗτος ἐστίν, οὐ περιττὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνος, καὶ πολλοῖς τῶν αἰρετικῶν παρέχων λαβὰς. Εἰ γὰρ μὴ διὰ τὴν οἰκίαν ἐκεῖνοι προαίρεσιν οὕτως ἐγένοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ^β χάριν μόνον, τί τὸ κωλύον ἅπαντας τοιοῦτους γενέσθαι;

Ἡ γὰρ χάρις εἰ μή τὰ παρ' ἡμῶν πρότερον ἐξήτει, ἀθρόως ἂν εἴ τις τὰς ἀπάντων ἐξεχύθη ψυχὰς· οὐ γὰρ ἐστὶ προσωπολήπτης ὁ Θεός· ἐπειδὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῶν ζητεῖ, διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἔπεται καὶ παραμένει, τῶν δὲ ἀφίπταται, εἰς δὲ τοὺς λοιποὺς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν καθικνεῖται. Ὅτι δὲ προαίρεσιν πρότερον ἐξετάσας, [138] οὕτω τὴν χάριν ἔδωκεν ὁ Θεὸς πρὶν ἢ τι θαυμαστὸν ἐπιδείξασθαι τὸν μακάριον ἐκεῖνον, ἀκουσον τί περὶ αὐτοῦ φησὶ· Σκεῖος ἐκλογῆς μοι ἐστὶ, τοῦ βαστάσαι τὸ δρομῶ μου ἐνώπιον^γ ἔθνων τε καὶ βασιλέων, καὶ παντὸς γένους Ἰσραὴλ. Ταῦτα οὕτω τῆς χάριτος παρούσης ἐμαρτύρησεν ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων ἡμῶν. Ἡ δὲ σφάλλωμεν ἑαυτοὺς, ἀγαπητοί, ἀδύνατον εἶναι λέγοντες γενέσθαι κατὰ Παῦλον τινα. Τῆς μὲν γὰρ χάριτος καὶ τῶν σημείων ἕνεκεν οὐκ εἶται Παῦλος ἕτερος ἔσται λοιπὸν, τῆς δὲ ἀκριβείας τοῦ βίου, τῶν βουλομένων ἕκαστος τοιούτος γένοιτο· ἂν· εἰ δὲ μὴ εἰσι, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι μόνον. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς εἰς τοῦτο ἀλογίας ἐξέπεσον^δ, κατὰ Παῦλον ζητῶν τινας τῶν νῦν, οὐδὲ κατὰ τοὺς τρίτους ἢ τοὺς τετάρτους μετ' ἐκεῖνον δυνάμενος ἰδεῖν. Διὰ ταῦτα πενθεῖν δὴ γὰρ καὶ θακρύνει καὶ δούρεσθαι, οὐ μίαν οὐδὲ δευτέραν ἡμέραν μόνον, ἀλλὰ τὴν βίον ἅπαντα· εἰ γὰρ τις εἰς ταύτην τὴν ἔξιν καταστήσειεν ἑαυτὸν, δυσκόλως ἀμαρτήσεται τοῦ λοιποῦ. Καὶ εἰ διαπιστεῖς τῷ λόγῳ, τοὺς πενθούντας ἐξέτασον, πένθη λέγω τὰ κοσμικὰ, μὴ τούτων τινὰ τῶν πολλῶν καὶ τὸν ἐπίπονον ζῶντων βίον, ἀλλ' ἐκεῖνων τῶν ἀθρῶν^ε, καὶ οὐδὲν ἕτερον εἰδόντων ἢ τρυφᾶν. Οὗτοι γὰρ, οὗτοι οἱ μεθύειν μελετώντες καὶ γαστρίζεσθαι, οἱ τὰ μὲν ἀρίστα συντελοῦντες μέχρις^ς ἑσπέρας, τὰ δὲ δεῖπνα εἰς μέσας νύκτας ἐκτείνοντες, οἱ τὰ τῶν ἄλλων ἀρπάζοντες, καὶ οὕτε χήρας, οὕτε πένητος, οὕτε ἀδυνατοῦ φειδόμενοι, οἱ πολλὴν ὠμότητα ἐπιδεικνύμενοι, εἰ ποτε πένθει ληφθεῖεν σφοδρῶ καὶ δυναμένῃ κάτωθεν ἀνασπράζει^ι καὶ διαταράξει ψυχὴν, πάσας ἐκείνας τὰς βλακώδεις ἐπιθυμίας καὶ παρανόμους ἐκβαλένας, εἰς τὸν τῶν φιλοσόφων μετατίθεται βίον, σκληραγωγίαν, ἀγρυπνίαν, χαρμηνίαν, καρτερίαν, νηστείαν, σιγὴν, ἐπιείκειαν, ταπεινότητα, φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενοι πολλήν. Καίτοι γε τὰ

^α Colb. ὑμῖν ὑπακούουσιν.

^β Colb. πότα.

^γ Colb. τοῦ Θεοῦ. Paulo post idem πρότερον ἐξήταξεν. Ἄθρ. Intra μὲν ἐπίσει καὶ παραμ. et mox ἀρχὴν καθικνεῖται.

^δ Ἐνκρίτων Colb.

^ε Colb. ἐξέπεσα. Idem τρίτους καὶ τετάρτους μετ' ἐκεῖνον δυνάμεως ἰδεῖν. In eodem mox δὴ deest. Ibid. Colb. θακρύνει καὶ κόπτεσθαι, οὐ μίαν.

^ς Colb. ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν ἀθρῶν.

^ι Colb. et Savil. ἀρίστα μελετώντες μέχρις. Mox Colb. οἱ τοῦ ἐτέρων ἀρπ.

^κ Ἀνασπράζει. Sic e Savil. et Colb. rescriptissimus. Morol. in textu ἀνατρέφει, Savil. in marg. ἀνιστρέφει. Edit.

^α Colb. ἐχειρίσαντο.

^β Colb. ἐκελευόμεθα καὶ ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ χλωροὺς, etc. Mox Colb. πρὸς ἐκείνα.

^γ Quidam τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἦν.

^δ Savil. Colb. δίψει, Morel. δίψῃ. Infra Savil. et Colb. πασῶν τῶν ἐκκλ. Morel. πάσα τῶν ἐκκλ. Paulo post Colb. ἐγὼ οἱ γὰρ τούτων. Infra idem Χριστὸς φησὶ, πολλοί. Infra idem ἐποίησαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνω ὑμᾶς, ἀποχωρεῖτε.

ἑτέρων ἀρπάζοντες καὶ τὰ ἑαυτῶν ἡδέως ἂν πρόοιντο κατ' ἐκείνων τὸν καιρὸν · κἀν πῦρ ἀφείναι τίς ἐθέλοι τοῖς ὑπάρχουσι μετὰ τῆς οἰκίας πάσης, οὐ παροξύνονται. Πολλοὺς δὲ ἔβουλε ὀδρα, μετὰ τῆν τῶν φιλάτων ἀποδο- λῆν τοὺς μὲν τῆν ἐν ἀγροῖς διαίταν τῆς πόλεως ἐναλλα- ξαμένους καὶ τῶν ἐν ταύτῃ καλῶν, τοὺς δὲ παρὰ τὰ μνη- ματα τῶν ἀπελθόντων τὰς οἰκίας δειμαμένους, καὶ τὸν βίον ἐκεῖ καταλύσαντας. Ἄλλα ταῦτα μὲν ὕστερον · ἕως δ' ἂν ἀκμάζη τὸ πένθος, οὐδενὸς αὐτοῖς τῶν παρόντων α- λόγος ἐστίν, ἀλλὰ τὴν μανίαν, ἣν περὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων εἶχον, ἣν περὶ τὴν κτήσιν τῆς δυναστείας καὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν, ὡς περὶ τινὰ χρότου, ἧ καὶ ἄνθος χρότου, τῆ φλογὶ τῆς ἀθυμίας καταφλέξαντες, ἐρρήψαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ πρὸς τὸσαύτην τότε ἡ διάνοια φιλοσοφίαν μεθίσταται, ὡς μηδὲ μέχρι ῥημάτων ἀνασχέσθαι τινὸς τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον ἡδέων, ἀλλὰ πάντα τὰ πρὸς ἡδονὴν εἶναι δοκοῦντα πρότερον προσίστασθαι τε αὐτοῖς καὶ πικρό- τατα φαίνεσθαι · καὶ οὐδεὶς ἂν οὔτε τῶν οἰκετῶν, οὔτε τῶν φίλων τολμήσειε τότε ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ σφόδρα κατεπειρόντων, ῥῆξαι φωνῆν · πάντα γὰρ ἐκποδῶν γινόμενα ^b [159] παραχωρεῖ τοῖς περὶ φιλοσο- φίαν λόγοις, τῆς ψυχῆς διὰ τοῦ πένθους τότε καθάπερ ἐν ἱερῷ τινι τόπῳ παιδευομένης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν οὐδένησαν, τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ ἐπίκαιρον, τῶν βιω- τικῶν τὸ εὐφωρτόν τε καὶ ἄστατον, τῆς σκηπῆς ^c τῶν γινόμενων τὴν ὑπόκρισιν. Ὑπεροψία χρημάτων τότε πολλή, τότε ὀργῆς ἀναίρεσις, τότε ὀλιγωρία φιλοτιμίας, καὶ οὔτε φρόνος ἐμφωλευσάι, οὐ τῦφος ἐκθακχεύσαι τὸν ὑπὸ τοῦ πένθους συντριβέντα δύναϊτ' ἂν, οὐκ ἐπιθυμία ἐμπίπρησι τὸν ἀκόλαστον, ἀλλὰ πάντων τούτων φυγα- δευθέντων ἐκείθεν, εἰς μόνος κατοικίζεται λογισμὸς, ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ τετελευτηκότος διακρατῶν συνεχῶς · τοῦ- το καὶ οἶτα, καὶ ποτὴς, καὶ ὕπνος, καὶ ἡδονή, καὶ ἀνά- παυσις, καὶ παραθυμία πολλή · τοῦτο δόξα, καὶ πλοῦ- τος, καὶ δυναστεία, καὶ τρυφή.

Γ'. Οὕτως ἡμᾶς ἔχρηθ' τὴν ἀποβολὴν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας πενθεῖν, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον · μετὰ τοσούτου πόνου καὶ προθυμίας ἔδει ^d πάντων ἐκεῖ τετάσθαι τὸ ἔμμημα τῆς ψυχῆς, καὶ πάντα ἡμῖν τὴν ἐκείνης εἶναι μνη- μὴν καὶ ἀνατύπωσιν. Νῦν δὲ οἱ μὲν παῖδας καὶ γυναῖ- κας ἀποθαλόντες πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀπασχολοῦσι τὸν νοῦν, ἢ πρὸς τὸ φαντάζεσθαι τοὺς ἀποσπασθέντας αὐτῶν · ἡμεῖς δὲ οἱ βασιλείαν ἀπολέσαντες οὐρανῶν, πάντα μᾶλλον ἢ ταύτην διανοοῦμεθα. Καὶ ἐκείνων μὲν οὐδεὶς, κἀν βασιλικωτάτου ^e τύχῃ γένους, τῷ τοῦ πένθους αἰ- σχύνεται νόμῳ · ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐδάφους καθιεύεται, καὶ ὀργηθῆσει πικρὸν, καὶ τὴν ἐσθῆτα μεταβαλεῖ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα μετὰ πολλῆς ὑποστήσεται προθυμίας τὰ τῆς τιμωρίας ἐκείνης · καὶ οὕτε ἀνατροφὴν, οὕτε σώματος ἕξιν, οὐ τὰς μετὰ ταῦτα λογίζεται νόσους, τὰς ἀπὸ τῆς ταιλαιπωρίας ἐκείνης, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἅπαντα ^f οἴσει τῆς εὐκολίας. Καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, κἀν σφόδρα ἀσθενεῖς ὡσιν, ἐπιδείκνυνται, καὶ τούτων πλείονα. Ἡμεῖς δὲ οὐ παῖδας, οὐ γυναῖκας, ἀλλὰ ψυχῆς ἀπίουσαν πενθοῦντες, ψυχῆς οὐκ ἄλλοτρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας, σκηπτόμεθα προφασίζόμενοι ^g σώματος

Stagirus a dæmone vexatur. — Videtur itaque una esse causa mœroris tui, nequissimi scilicet hujus dæmonis insania ; verum ab hac veluti radice plurima tristitia oriri, si quis recte perspexerit, animadvertet : quod non ex meipso modo colligo, sed ex illis, quæ, dum adesses coram, te sæpius conquerentem audivi. Primo te nuper cum sæculari more viveres, nihil tale passum esse ; sed cum teipsum mundo crucifixisti, tunc in morbi sensum venisse, quæ sane res possit in perturbationem inque desperationem conjicere. Secundo, quod quam plurimos noveris, dum delicate viverent, hac peste correptos, eos tamen parvo post tempore ita ea infirmitate liberatos, ut perfectæ integritati restituti et uxores ducerent, et plurimos procrearent liberos, omnibusque vitæ præsentis commodis fruerentur, nihilque postmodum tale paterentur : contra, tu cum tantum tempus in jejuniis ac pernoctationibus, et reliqua vitæ austeritate contriveris, nullam ærurnarum tuarum liberationem hactenus inveneris. Tertio, quod cum sanctus ille vir tantam in reliquis viris potentiam ostenderit, nihil ejusmodi potuerit in tua dilectione perficere, neque ipse, neque ii qui cum illo erant, illo etiam in hoc genere potentiores, verum omnes re infecta abs te cum

rubore discesserint. Ad hæc alia ex parte nimium te angi dicebas, quod ita animum tuum vis mœroris occupaverit, ut sæpius parum absit quin ad laqueum, fluvium et præcipitium accurras. Quinto deinceps loco, quod æquales tuos et contubernales, qui tecum vitam hanc inierunt, tranquille agentes aspicias : te vero sævissimæ procellæ adhuc expositum, et carceri, qui omnium profecto miserrimus est, addictum. Neque enim his qui ferro vincti sunt, ita lacrymandum asserebas, ut iis, qui hujusmodi catena colligati fuerint. Aiebas et aliud esse præterea, quod maxime te turbaret : vereri enim ac tremere, ne si ista pater sentiat, maximis injuriis atque incommodis afficiat sanctos illos, qui te a principio susceperunt : quippe summis viribus atque opibus fretum, atque indignatione concitatum, cuncta adversus eos ausurum, et nulli parciturum vindictis, ex illis qui sibi occurrerit. Et hactenus quidem potuisse matrem rem gestam notitiæ patris subducere, repulisseque illum sæpe, cum de te inquireret : fore autem ut processu temporis deprehendatur tanta hæc matris simulatio, jamque ille et ipsi et monachis accerrime immineat. Postremo quod omnium malorum supremum culmen est, nullam tibi certam esse futurorum confidentiam dicebas, neque apertius scire, si quando futura sit morbi hujus absolutio atque liberatio, cum, sæpius hac expectatione habita, rursus in eandem miseriam incideris. Talia sunt profecto ista, quæ animum maxime perturbare possint, ingentique implere tumultu, sed animum remissum, imperitum ac desidem. At verè nos si perspicere paululum voluerimus, cogitationesque piæ admove, has omnes mœroris causas veluti tenuissimum pulverem excutiemus. Cave autem putes me modo ista idcirco tanta facilitate polliceri, quod extra dolorem hunc procellamque verser. Etsi enim quibusdam fortassis incredibilia dicere videbor, dicam tamen : neque enim cum reliquis tu mihi quoque fidem non habebis.

Dæmon suis formam accipit. — Cum ab initio scelestus ille dæmon animam invasit tuam, atque cum cæteris prostravit orantem, non equidem tunc præsens aderam, gratiasque ago clementissimo Deo ; didici tamen omnia diligentissime, non secus ac si ipse affuissem. Nam Theophilus Ephesius, utriusque nostrum amicus, profectus ad me, cuncta mihi per ordinem retulit, distortas manus, torvos oculos, oris spumam, horrendam illam et confusam vocem, corporis tremorem, diurnam sensus privationem, visumque terribile quod ea nocte ostensum est. Suem enim quemdam ferocissimum maxima vi luti inquinatum in te insilire jugiter, atque tecum concertare aiebat : cumque is qui juxta obdormiebat, ea visione turbatus, expectatus esset, invenisse te rursus a dæmone vexari.

2. Cum igitur hæc ille denuntiaret, tantam, fateor, mœroris nebulam mihi offudit, quantum hic ipse durissimus dæmon caritati tuæ. Postea vero quam me ex acerbo ac diutino dolore collegi, nihil mihi jam

in mundo grave, nihil dulce videbatur : sed cum olim vanitatem sæculi contemptui habuerim, ac reprehendere solitus sim, tunc maxime id passus sum, majorque affectus ad desiderium subiit dilectionis tuæ; quippe ea est casuum tristium natura, quæ amicitiam peraugere consuevit : idque ex eo liquet, quod inimicitias quoque facile revocare in gratiam possit. Nullus enim fere tam immanis, tamque insanus est, qui si videat gravi aliquo casu angî inimicum, adversus illum servare odium possit. Quod si inimicorum quoque miseremur, eosque amicorum habemus loco, cum grave aliquid atque insperatum illos perpeti videremus : considera, quæso, diligenter quid me pati, quove esse animo necesse fuerit, dum eum, quem ex omnibus maxime diligo, quemque non minus quam me carum habeo, vexari acerrime, ac mœrore deflicere audirem. Noli itaque putare nos vexationis tuæ immunes, fomenta tibi consolationis admovere. Etsi enim a perturbatione illa, ac dejectione diaboli sum Dei gratia liber, hujus tamen mœstitiæ ac doloris æquas partes mihi tecum vindico : atque in hoc mihi credenti qui ita ut oportet diligere noverunt. Age ergo excutiamus hunc pulverem : ita enim erit tolerabilis ac levis hujusce vis mœroris, si noluerimus cedendo ægritudini trahi ad præcipitia, sed vigilare potius, et quid facto opus sit cogitare. Plurima enim ex iis quæ videntur acerbissima, priusquam examinentur diligentius, gravia putantur et intolerabilia : si quis tamen ea ratione discutiat, inveniet esse longe opinione leviora, quod modo quoque futurum non despero. Tu tantum teipsum erige, neque vanæ ac stultæ vulgi opinionioni acquiescens, fortiolem contra nos inimicum statuas. Igitur si quidem ad aliquem infidelium mihi sermo esset, vel eorum qui casu ferri omnia existimant, vel eorum qui nequissimis dæmônibus mundi providentiam assignant, plus mihi negotii incumberet, repellendaque prius erronea opinio fuisset, atque veritate providentiæ ostensa, tum demum consolatio subinferenda esset : quoniam vero Christi gratia instructus ab infantia sacras didicisti literas, veraque et salutaria dogmata ex majorum tuorum successione suscepisti, credis absque ulla hæsitatione Deo curam esse de omnibus, et de his maxime qui sibi fide juncti sunt; omissa hac parte, aliunde sumamus initium. Principio cum angelos crearet Deus; imo vero ut altius ducatur oratio : antequam angelos conderet cælestesque reliquas Virtutes, Deus erat sine ullo unquam existendi principio. Cum vero nullius rei egens semper esset, id quippe proprium divinitatis est, creavit angelos, archangelos, omnesque reliquas incorporeas substantias. Creavit vero ob aliud nihil, nisi sola bonitatis suæ causa. Quorum enim obsequio non indigebat, numquam eos profecto creavisset, nisi supreme bonus esset. Post illorum vero creationem fecit hominem ipsa scilicet atque eadem causa, mundumque hunc omnem, quem cum innumeris bonis insignisset, parvum illum et vilissimum his omnibus præfecit, hoc illum in terra constituens, quod ipse esset in cælo. Quod enim ait : *Faciamus hominem ad*

imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1. 26), nihil aliud profecto, quam sub ditione ejus posita terrena cuncta significat. Cum igitur ita illum conditum in tanto honore locasset, veluti regi regiam paradisi ipsi terrenorum omnium pulcherrimam sedem assignavit. Volens præterea ipsi alia quoque ex parte ostendere, quantum animantes reliquas honore transcenderet, adducit ad illum omnes, ac nomina singulis imponere jubet; nullumque ex his in adiutorium dat illi, causamque protinus adjiciens : *Non enim, inquit, inventus est adjutor similis ei (Gen. 2. 20)*. Cum vero per hæc omnia medium utriusque naturæ eum esse docuisset, quodque omnibus esset ipse honoratior nihilque esset illi simile, tunc et mulierem creat, et in hoc illum rursus honorans manifestumque faciens, quod illam quoque ipsius gratia creasset, sicut et Paulus ait : *Non, inquit, creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum (1. Cor. 11. 9)*. Non autem his tantum illum honoravit, verum et sermonem illi uni ex omnibus largitus est, suique illum notione dignatus est, ac suo dedit frui consortio, quantum frui homo poterat. Immortalitate præterea donandum promisit, summaque implevit sapientia, spiritualem illi gratiam adjiciens, adeo ut nonnulla etiam prædiceret. Hæcque illi omnia largitus est, cum tamen ab eo nulla ante recte facta manavissent. Quid igitur ille¹ post tanta tamque singularia beneficia? Benefico suo fide digniorem inimicum arbitratus est, spretoque mandato conditoris fallaciam illius prætulit, qui se perdere omnino bonisque omnibus ejicere cupiebat. Prætulit autem, cum tamen nullum neque magnam neque parvum beneficium ab eo esset consequutus solaque verbum ejus aure percepisset. Num vero delevit² illum Deus, tanta ingrati animi signa ab initio statim atque ab ipsis, ut ita dixerim, stadii carceribus pre se ferentem? Hoc enim justitiæ ratio postulabat, ut is, qui innumeris antea affectus beneficiis ab inobedientia statim atque ingratitude vitæ initia cepisset, deleteretur atque de medio auferretur. Deus vero non minus quam antea bene illi facere perstitit, ostendens per hoc, quod nos etsi millies peccemus illumque aversemur, ipse tamen salutis nostræ prospicere nunquam desistit, ut si quidem conversi fuerimus, servemur : sin autem in vitis perseveraverimus, ipse tamen quod suum erat fecisse advertatur. Itaque videntur quidem ejectio illa e paradiso, lignique vitalis inhibitio, mortisque mulctatio, cruciantis esse atque punientis : sunt autem providentiam gerentis non minus quam priora. Etsi enim mirabile id quod dicimus videtur, verissimum est tamen : ea quippe quæ fiebant, cum contraria viderentur, uno tamen concordique fine sibi invicem consentiebant. Exempli causa : quod illum exclusit a paradiso, quod contra paradisi collocavit, et vetuit lignum vitæ, quod mortalem fecit, quod interim ea sententia superior visus est : hæc, inquam, omnia, necnon quæ ex his consequuntur, pro ejus salute et honore gesta sunt.

¹ In Morel. deest, *illc.*

² Savil. addit, *dic mihi.*

δεινὸν, οὔτε τῶν ἡδέων ἰδύ· ἀλλὰ πολλὴν καὶ πάλαι τῶν ἐν τῷ βίῳ ματαιότητα κατεγνωκώς, πολλῶ πλεον τοῦτο ἔπαθον τότε, καὶ μείζων μὲ πάθος^α εἰσήει τῆς εὐλαθείας τῆς σῆς. Τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀναγνόντων ἐπιτείνειν εἴθε τὰς φιλάς ἀεὶ, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ καὶ τὰς ἐχθρας δύνασθαι διαλύειν εὐκόλως. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τις οὕτως ἀθλιος οὐδὲ ἡλίθιος, ἃς ὄρων ἀλγοῦντα τὸν ἐχθρὸν, δυνήσεται φυλάξαι τὴν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτόν. Εἰ δὲ ἐχθροὺς ἐλευθῶμεν καὶ φίλους ποιούμεθα, ὅταν τι τῶν ἀβουλήτων ὑπομείναντες ἴδωμεν, ἐνόησον εἰ πάσχειν εἰκὸς ἦν μὲ, τὸν ἀπάντων μοι φίλτατον, καὶ ἐν ἴσῳ ἄγω τῆς ἑμαυτοῦ κεφαλῆς, ἐν τοῖς ἀνηκέστοις ὄρωντα κατὰ τὸν τῆς ἀθυμίας λόγον. Μῆδὲ ἡ νομίσης ἡμᾶς ἐξω τῆς θλίψεως ἐστάναι τῆς σῆς, μῆδὲ διὰ τοῦτο τὴν παράκλησιν ὑποπεύσης τῆν ἐμὴν. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ σπαράττεσθαι καὶ κἀταβάλλεσθαι παρὰ τοῦ πονηροῦ δαιμονίου διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἀπήλλαγμαί, τῆς γούν ἀθυμίας τῆς διὰ ταῦτα καὶ τῆς ὀδύνης τὸ ἴσον σοι φέρω μέρος, καὶ οὐδεὶς ἂν ἀπιστήσῃ μοι τῶν εἰδόντων φιλεῖν ὡς χρῆ φιλεῖν. Φέρε οὖν ἀποπειναζόμεθα τὴν κόριν· οὕτω γὰρ ἐστὶ φορητὴ καὶ κούφη τῆς ἀθυμίας ταύτης ἡ φύσις, μόνον ἦν μὴ θελήσωμεν ἂ ἀπλῶς ἐκδόντες ἑαυτοὺς τῷ πάθει σύρρασθαι κατὰ κρημνῶν, ἀλλὰ καὶ ἀνανήφαι καὶ λογισασθαι ἰ τῶν δεόντων σπουδάζωμεν. Ἡελλὰ γὰρ τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν μεγάλα μὲν φαίνεται καὶ ἀφορήτα πρὶν ἐξετασθῆναι καλῶς· εἰ θεὸς τις αὐτὰ τῷ λογισμῷ διασκέψηται, εὐρήσει πολλῶ τῆς ὑπονοίας καταδεέστερα· ὅπερ καὶ νῦν ἐπιζῶ γενήσεσθαι. Ἀλλὰ διανάστησον σαυτὸν, καὶ μὴ τῇ ματαίᾳ καὶ ἀλόγῳ πῶν πολλῶν ἐπόμηνος δόξῃ, σφοδρότερον ἐργάζῃ καθ' ἡμῶν τὸν ἐχθρὸν. Εἰ μὲν οὖν πρὸς τινὰ μοι τὸν ἀπίστον λόγος ἦν, ἢ τῶν αὐτομάτως ἅπαντα φέρεσθαι νομιζόντων, ἢ τῶν πονηροῦ δαιμονίου τοῦ κόσμου τὴν πρόνοιαν ἀνατιθέντων, πολλῆς ἂν μοι πραγματείας ἐδέησεν, ἵνα πρῶτον τὴν πεπλανημένην δόξαν ἐκβαλῶν, καὶ πείσας εἰδέναι τὴν ἀληθῆ τοῦ παντὸς πρόνοιαν, οὕτως ἐπὶ τὸ παρακαλεῖν τρέψω τὸν λόγον· ἐπειδὴ δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀπὸ βρομένων τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, καὶ τὰ ἀληθῆ καὶ σωτήρια δόγματα διαδεξάμενος ἐκ προγόνων πιστεύεις ἀκριβῶς ὅτι μέλει περὶ πάντων τῷ Θεῷ, καὶ μάλιστα τῶν πιστευόντων αὐτῷ, τοῦτο ἀφέντες τὸ μέρος, ἐτέρωθεν ποιήσωμεθα τὴν ἀρχὴν. Ἐπειδὴ τοὺς ἄγγέλους ἐποίησεν ὁ Θεός· μάλλον δὲ ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαθῶμεν· πρὶν τοὺς ἀγγέλους γενέσθαι, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις τὰς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἦν ὁ Θεός, ἀρχὴν οὐδέποτε τοῦ εἶναι λαβῶν. Ἀνευδεῆς δὲ ἦν ἀεὶ, (τοιοῦτον γὰρ τὸ Θεῖον,) ἐποίησεν ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, καὶ τὰς ἄλλας τῶν ἀσωμάτων οὐσίας, ἐποίησε δὲ δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, δι' ἀγαθότητα δὲ μόνην. Ἐν γὰρ τῆς θεραπείας οὐκ ἐχρησε, τοῦτων οὐδ' ἂν δημιουργὸς ἐγένετο, εἰ μὴ σφόδρα ἦν ἀγαθός. Ἐμετὰ δὲ τὴν τοῦτων δημιουργίαν ποιεῖ καὶ τὸν ἀνθρωπίνην αὐτὴν ταύτην [158] πάλιν αἰτίαν, καὶ τὸν κόσμον ἅπαντα τοῦτον. Καὶ μυρίων αὐτὸν ἐμπλήσας ἀγαθῶν τὸν μικρὸν ἐκείνον καὶ εὐτελεῖ τοῖς τοσοῦτοις ἔργοις ἐπέστησε, τοῦτο αὐτὸν ἀποφῆνας ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τὸ γὰρ,

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ καὶ αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ἀνηρῆσθαι τῶν ἐν τῇ γῆ. Ποιήσας δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τοσαύτῃ καταστάσει τιμῆ, καθάπερ βασιλεία βασιλεῖ ἰ τὸ κάλλιστον τῶν ἐπὶ γῆς ἀπέταξε τὸν παράδεισον. Καὶ πρὸς τοῦτοις βουλόμενος αὐτῷ δεῖξαι καὶ ἐτέρωθεν ἴσον τῶν λοιπῶν ἀναθέθηκε ζῶων ἔργα πρὸς αὐτὸν ἅπαντα, καὶ δνόματα ἐπιθεῖναι κελεύει πᾶσιν αὐτοῖς. Καὶ ὅμως οὐδὲν ἐξ αὐτῶν δίδωσιν αὐτῷ πρὸς βοήθειαν· καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν· *Οὐ γὰρ εὐρέθη, φησί, βοήθῃς ὁμοῖος αὐτῷ*. Διδάξας δὲ αὐτὸν καὶ διὰ τούτων τὸ μέσον ἑκατέρας τῆς φύσεως, καὶ δεῖ πάντων αὐτὸς τιμιώτερος, καὶ οὐδὲν ἐν τοσοῦτῳ πληθεῖ ἴσον αὐτῷ, τότε δὴ κτίζει καὶ τὴν γυναῖκα, κἂν τοῦτῳ πάλιν αὐτὸν τιμῶν καὶ φανερόν ποιῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος φησὶν· *Οὐ γὰρ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα*. Οὐ τοῦτοις δὲ μόνον αὐτὸν ἀπασέμνουν, ἀλλὰ καὶ λόγον αὐτῷ μόνῳ τῶν πάντων ἡ ἐχαρίσατο, καὶ τῆς αὐτοῦ γνώσεως κατηξίωσε, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὀμιλίας ἀπολαύειν ἔδωκεν, ὡς ἀπολαύειν ἐκείνῳ δυνατὸν ἦν, καὶ ἀβασίαν παρέχειν ὑπέσχετο, καὶ πολλῆς τῆς σοφίας ἐνέπλησε, καὶ πνευματικὴν χάριν ἐνέθηκεν, ὡς καὶ προφητεῦσαι τινα. Καὶ ταῦτα πάντα ἐδωρήσατο οὐδενὸς προὔπηργμένου κατορθώματος παρ' αὐτοῦ. Τί οὖν ἐκεῖνος ἰ μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀγαθὰ; Πιστότερον τοῦ ταῦτα δωρησάμενον τὸν ἐχθρὸν ἐνόμισε, καὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ ποιήσαντος ἀλογήσας, προετίμησε τὴν ἀπάτην τοῦ παντελῶς αὐτὸν ἀφανίσαι σπουδάζοντος καὶ πάντων ἀθρόως ἐκβαλεῖν τῶν ἀγαθῶν. Καὶ προετίμησεν, οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν εὐεργεσίας ἐνεκεν ἐπιδειξαμένου πρὸς αὐτὸν ἐκείνου, ἀλλὰ ῥήματα προσενέγκαντος μόνον αὐτῷ. Ἄρ' οὖν ἐξήλεψεν αὐτὸν ἰ ὁ Θεός, τοσαύτην ἀγνωμοσύνην ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπ' αὐτῆς, ὡς εἶπειν, γραμμῆς ἐπιδειξαμένον; Τοῦτο μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον ἀκόλουθον ἦν, τὸν μυρία μὲν παθόντα καλὰ, ἀντὶ ἐὰ τούτων ἀπὸ παρακοῆς καὶ ἀχαριστίας εὐθέως τὰ προοίμια τοῦ βίου πεποιημένον, ἀπολέσαι καὶ ἐκ μέσου βαλεῖν. Ὁ δὲ Θεός οὐκ ἤττον ἢ πρότερον εὐεργετῶν αὐτὸν διετέλεσε, δεικνύς ὅτι, κἂν μυριάκις ἀμάρτωμεν καὶ ἀποστραφῶμεν αὐτὸν, τὰ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν αὐτὸς οἰκονομῶν οὐ παύεται, ἵν' ἂν μὲν ἐπιστρέψωμεν, καὶ σωθῶμεν· ἂν δὲ ἐπιμέκωμεν τῇ κακίᾳ, τὸ γούν αὐτὸν τὰ αὐτοῦ πράττειν ἐκ τούτου περιγίνεται. Δοκεῖ μὲν οὖν τὸ ἐκβαλεῖν τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ κωλύσαι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ τὸ παραδοῦναι τῷ θανάτῳ, καλᾶζοντος εἶναι καὶ τιμωρουμένου· τὸ δὲ προνοούντος ἐστὶν οὐκ ἤττον ἢ καὶ πρότερον. Εἰ γὰρ καὶ παράδοξον εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ὅμως ἀληθές· τὰ μὲν γὰρ γινόμενα ἐναντία [159] ἀλλήλοισ ἦν, τὰ δὲ ἀμφοτέρων τέλη, σύμφωνα καὶ ἀκόλουθα. Οὐδὲν τι λέγω· Τὸ ἀποκλείσαι ἡ τοῦ παραδείσου, τὸ κατοικίσαι ἐναντίον, τὸ ἀποτρέψαι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, τὸ κωλύσαι, τὸ ποιῆσαι θνητὸν, τὸ τέως ἀνιότερον ἀποφῆναι τῆς ἀποφάσεως, πάντα ὁμῆ καὶ τὰ ἐξ ἐκείνων καὶ τὰ ἐκ τούτων ὑπὲρ τῆς τούτου σωτηρίας ἐγένετο καὶ τιμῆς. Καὶ ὑπὲρ μὲν τῶν προτε-

¹ Colb. et Savil. βασιλεῖα βασιλεῖ. Morel. βασιλεον βασι.

² Sic Savil. et Colb. Ediderat Montf. τὰ λοιπὰ ζῶα, et μοκ πᾶσιν αὐτόν. Deinde Morel. Καὶ οὐδὲν. Edr.

³ Sic Savil. recte, Morel. vero ἀλλὰ καὶ λόγον μόνῳ τοῦτῳ ἐκ πάντων.

⁴ In Morel. ἐκεῖνος deest.

⁵ Savil. ἐξήλεψεν, εἶπέ μοι, αὐτόν.

⁶ Morel. τὸ ἀποκλείσαι, Colb. et Savil. τὸ ἀποκίσαι.

^a Sic Colb. et Savil. At Morel. μείζων με πάθος, minus recte.

^b Sic Savil. Montf. μὴ δὲ.

^c Savil. in marg. μὴ συγχωρήσωμεν, et μοκ τῷ πάθει φέρεσθαι.

^d Morel. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ. Savil. ἐπειδὴ τοῦ.

^e Savil. et Colb. ἐγένετο, μὴ σφόδρα ὡν ἀγαθός.

ρον οὐδὲν ἂν εἴποιμι ^a (παντὶ γὰρ δῆλόν ἐστι), δεῖ δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν μετὰ ταῦτα δοῦναι λόγον.

γ'. Πῶς οὖν εἰσόμεθα ὅτι καὶ τὰ δευτέρα ὑπὲρ τῶν ἐκείνῃ συμφερόντων ἦν; Ἄν ἐνοήσωμεν τί τούτων μὴ γενομένων ἔπαθεν ἂν. Τί οὖν ἂν ἔπαθεν; Εἰ, τοῦ ἀσθλοῦ μετὰ τὴν παράβασιν ἐπαγγελαμένου δεξιῖν αὐτοῦ ἰσοθῆους, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινε ^b τιμῆς, τρισὶν ἂν περιέπεσε τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν Θεὸν ἂν ἐνόμισεν εἶναι βάσκανον, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ ψεύστην· δεύτερον δὲ τὸν ἀληθῶς ἀπατεῶνα, καὶ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς βασκανίας πατέρα, καὶ εὐεργέτην καὶ φίλον· καὶ πρὸς τούτοις ἀθάνατα ἂν διετέλεσαν ἀμαρτάνων τοῦ λοιποῦ. Τούτων δὲ αὐτὸν ἀπάντων ἀπήλλαξεν, ἐκβαλὼν τοῦ παραδείσου τότε. Οὕτω που καὶ ἱατρὸς, ἀφείς μὲν τὸ ἔλκος μείζονα τὴν σηπεδὸνα ἐργάζεται, ἐκκόπτων δὲ κωλύει περαιτέρω προελθεῖν τοῦ τραύματος τὴν κακίαν. Τί οὖν; φησὶν. Οὐκ ἔστι μέγχι τούτων, ἀλλὰ καὶ ἰδρωπίας καὶ πόνους προσέθηκεν, ὅτι οὐδὲν οὕτω πρὸς ἄνεσιν ἀχρηστον ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐστίν. Εἰ γὰρ καὶ τούτων ἐπιχειμένω οὐ διαλιμπάνομεν ἀμαρτάνοντας, τί οὐκ ἂν ἐτολήσαμεν, εἰ πρὸς τρυφήν καὶ ἀργίαν ἀνήκειν ἡμᾶς ὁ Θεός; Πᾶσαν γὰρ κακίαν, φησὶν, *ἐδίδαξεν ἡ ἀργία*. Καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ τὰ καλ' ἡμέραν γινόμενα, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων δὲ συμβάντα τῶν ἡμετέρων. *Ἐκάθισε γὰρ ὁ λαός, φησὶ, φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παιζειν· καὶ πάλιν· Ἐλιπάρθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἀπλάκτισεν ὁ ἡγαπημένος*. Συνωδὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ φέγγεται λέγων· *Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτούς, τότε ἐξέζητον αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὠρθίον πρὸς τὸν Θεόν*. Καὶ τῇ Ἱερουσαλήμ διὰ τοῦ Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεός· *Διὰ παντὸς παιδεύθητι, Ἱερουσαλήμ, ὅπως ἂν μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχὴ μου ἀπὸ σοῦ*. Ὅτι δὲ οὐ τοῖς μοχθηροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς χρηστοῖς, καὶ ταπεινούσθαι καὶ κάμπτεσθαι πρὸς σωτηρίαν ἐστὶ, πάλιν ὁ προφήτης φησὶν· *Ἀγαθὸν μοι, Κύριε, ὅτι ἐταπεινώσας με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιοῦματά σου*. Καὶ μετὰ τούτων δὲ ὁ Ἱερεμίας τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐκδοᾷ εἰ καὶ μὴ ῥήμασι τοῖς αὐτοῖς· *Ἀγαθὸν ἀνθρῖ ὅταν ἀρῇ ζυγὸν βαρὺν ἐκ νεότητος αὐτοῦ· καθίσταται κατὰ μόνας, καὶ σωπῆσεται*. Καὶ περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ δεῖται λέγων· *Μὴ γένη φειδόμενός μου εἰς ἀλλοτριώσιν ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾶ*. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ὁ τοσοῦτον ἐν τῇ χάριτι διαλάμφας, καὶ τὴν ἀνθρώπινην φύσιν ὑπερβάς, ὅμως καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τῆς ὠφελείας τούτου τοῦ καλοῦ· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σιμῇ ἀγγελος Σαταῦν, ἵνα με κολαρίξῃ, ἵνα μὴ ὑπερβαίωμαι*. Ὑπὲρ τούτου τρις τὸν Κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἶπέ μοι· Ἀρχεῖ [160] σοὶ ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Καίτοι γε ἐνῆν καὶ χωρὶς διωγμῶν καὶ θλίψων καὶ πόνων καὶ ἰδρωπίας κατορθωθῆναι τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠθέλησεν ὁ Χριστὸς τῶν κηρυκτῶν φειδόμενος. Διὰ τοῦτό φησιν αὐτοῖς· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε*. Καὶ τοῖς βουλομένοις δὲ εἰς τὴν βασιλείαν βαδίζειν, διὰ τῆς ἐστενοχωρημένης τούτο κελυεῖ ποιεῖν ὁδοῦ, ὡς οὐκ ἐνὸν ἐτέρωθεν ἐκείσε ἔλθειν. Οὕτως αἱ θλίψεις καὶ οἱ πειρασμοὶ καὶ τὰ συμβαινόντα ἡμῖν ἀνιάρᾳ τῶν χρηστῶν οὐχ ἦντον τὴν κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐνδείκνυνται. Καὶ τί λέγω τὰς θλίψεις

τὰς ἐνθάδε; τῆς γὰρ βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὐκ ἔλαττον ἢ τῆς γέννης ἀπειλὴ παρίστησι τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ ^c. Εἰ γὰρ μὴ γένενα ἠπειλήτο, οὐκ ἂν τις ταχέως ἐπέτυχε τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν. Οὐδὲ γὰρ ἀρχεῖ μόνῃ ἢ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελία προτρέψαι πρὸς ἀρετὴν, μὴ καὶ τοῦ φόβου τῶν δεινῶν ὠθοῦντος τοὺς βᾶθύτερον πρὸς ἐκείνην διακείμενους. Διὰ τοῦτο καὶ τοῦ παραδείσου τὴν ἀρχὴν ἐξέβαλε τὸν πρωτόπλαστον, ὅτι ἡ παρασχεθεῖσα αὐτῷ τιμὴ χειρόνα αὐτὸν ἀπειργάζετο ἂν, εἴπερ ἔμενεν ἀσάλευτος καὶ βεβαία ἐκείνη τῆς ἐντολῆς κινήσεως. Καὶ τί λέγω τὸν Ἀδάμ; Τί γὰρ οὐκ ἂν ἐποίησεν ὁ Κάιν ἐν παραδείσῳ στρεφόμενος, καὶ τρυφῆς ἀπολαύων τοσαύτης, ὅπου γε καὶ τούτων ἐστερημένος, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν τιμωρίαν παρὰ πῶδας ὄρων, οὐδ' οὕτως ἐσωφρονίζετο, ἀλλ' εἰς μείζονα κακίαν ἐξέπιπτε ^d, φόνον πρῶτος αὐτὸς καὶ εὐρῶν καὶ τολμήσας, καὶ φόνον τὸν πάντων ἐναγέστερον; Οὐδὲ γὰρ κατὰ μικρὸν, οὐδ' ἐν χρόνῳ πολλῷ προσῆλθε τῷ καινῷ τούτῳ μιάσματι, ἀλλ' ἀθρόως καὶ ἐξαίφνης πρὸς αὐτὴν εὐθέως ἀνεπήδησε τὴν κορυφὴν, τὸν κοινωρήσαντα τῶν αὐτῶν ὠδίνων αὐτῷ, τὸν ἡδικηκότα οὐδὲν, κλῆν εἰ τὸ τιμῆσαι τὸν Θεὸν ἀδικημα ἕτο, τούτον λοχῆσας καὶ ἀνελῶν. Σὺ δὲ μοι κἀναῦθα πάλιν τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν κατὰμαθε· ὅτε μὲν γὰρ εἰς αὐτὸν ὕβρισε, διὰ τῶν λόγων αὐτὸν νοουθετεῖ, καὶ παραμυθεῖται λυπούμενον· ὅτε δὲ ἐμάνη κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τότε δὴ ἐπεξέρχεται, καὶ τὴν τιμωρίαν ἐπάγει. Καίτοι καὶ τὰ πρότερα τῆς αὐτῆς κολάσεως, μᾶλλον δὲ καὶ χαλεπωτέρας ἀξία ἦν. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων, ὅταν τὰς αὐτῶν οὐκ ἐπιμνήσῃ τὴν ἀμελίαν φυλάττει ἑαυτῷ, τὰ δὲ φαιδότερα τῷ δεσπότη προσάγῃ, δεινὸν δὲ πρᾶγμα καὶ ὕβρις εἶναι δοκεῖ, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ; Ὁ δὲ Κάιν οὐ τοῦτο μόνον ἤμαρτεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον οὐχ ἦντον, τὸ δυσχερᾶναι τῇ τιμῇ τοῦ ἀδελφοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀμαρτιῶν μετεγίνωσκεν, ἀποδεκτὸς τῆς καλλίστης ταύτης μεταβολῆς ἦν· νῦν δὲ οὐ μετανοίας, ἀλλὰ καὶ ζήλου καὶ βασκανίας ἢ σύγχυσις ἦν, καὶ τὸ τέλος ἀπέδειξε. Μόνον γὰρ οὐκ ὠργίζετο τῷ Θεῷ, ὅτι μὴ ἐτίμησεν αὐτὸν ὕβρισθεὶς, καὶ προῦθηνε τὸν ἀδελφόν τοῦ ἐπικουῶς· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω σφοδρᾶν τῶν ἀμαρτημάτων ἀπειτούντων τὴν τιμωρίαν ἔλαττον πολλῷ τῆς ἀξίας κέρχρηται τῷ πεπλημμεληκότι, καὶ φλεγμαίνουσαν αὐτοῦ καταστῆλαιν πειρᾶται τὴν ψυχὴν. Ἀπὸ γὰρ θυμοῦ ἢ ἀθυμίας ἐκείνη ἦν· διὸ καὶ φησὶ [161] πρὸς αὐτόν· *Ἦσυχασον*. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, εἰδὼς μὲν οἱ προβήσεται κακοῦ ^e, βουλούμενος δὲ πᾶσαν τοῖς ἀγνωμονοῦσιν ἐκκόψαι πρόφασιν. Εἰ γὰρ ἐκολάσθη παρὰ τὴν ἀρχὴν, πολλὰ ἂν εἶπον τοιαῦτα πολλοί· οὐ γὰρ ἐνῆν παρακαλέσαι λόγῳ, καὶ νοουθετῆσαι, καὶ ἐπιπλήξαι πρότερον, καὶ τότε τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντα μετελθεῖν ^f; Πολλῆς ὠμότητος καὶ ἀπηνσίας αὕτη ἢ κλάσις. Διὰ τοῦτο μακροθυμεῖται εἰς αὐτὸν ὕβρισε ὁ Θεός, ἅμα μὲν ἐπιστομίζων ἐκείνους, ἅμα δὲ καὶ δεικνύς ὅτι καὶ τὸν πατέρα τοῦ Κάιν δι' ἀγαθότητα ἐπαίδευσεν, πρὸς δὲ καὶ εἰς μετανοίαν ἄγων τοὺς μετὰ ταῦτα διὰ τῆς τοιαύτης χρηστότητος αὐτοῦ. Ἐπειθὲ δὲ κατὰ τὴν σκληρότητα αὐτοῦ,

^c Sav. φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. Infra idem προτρέψαι εἰς ἀρετὴν.

^d Scripserat Montf. ἐνέπιπτε. ἐξέπιπτε nobis delit Savil. Ev.

^e Savil. προβήσεται κακοῦ. Morel. πρ. τὸ κακόν.

^f Sic Savil. recte. Morel. vero ἐπιμένοντα ἐπὶ λθεῖν. Infra Morel. πρὸς δὲ τούτοις καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγων διὰ τῆς χρστ., omisiss quibusdam. Savillum sequimur.

^a Savil. οὐδ' ἂν εἴποιμι.

^b Sic Savil. Legebatu ἔμενον. Edit.

Ac de prioribus quidem nihil dixerim, cum id culvis palam sit : de posterioribus solum ratio reddenda est.

3. *Homo labori addictus.*—Quonam ergo modo scire poterimus posteriora quoque ipsi utilia fuisse? Si consideremus quid passus esset, nisi hæc ita contigissent : nam si pollicente diabolo æquales illos Deo se ostensurum post prævaricationis reatum in eodem honore perstitissent, in tria profecto suprema mala incurrisset. Primo enim Deum malevolum seductoremque et mendacem existimasset : secundo illum vere seductorem malevolentiaque et mendacii et invidia parentem, beneficium atque amicum putavisset : postremo peccandi deinceps nunquam finem fecisset. His autem omnibus tuoc hominem liberavit, cum ex paradiso ejecit. Ita fere et medicus, si vulnus negligat ac deserat, purulentum amplius reddit : sin vero incisione utatur, ulterius progredi saniem ac morbi virus vetat. Quid igitur? Non his contentus fuit; imo et sudores illi adjecit et labores : nihil enim minus otio et quieti natum est quam hominis natura. Si enim his addicti, ne sic quidem peccare desistimus, quo scelerum progressa non esset audacia nostra, si præter delicias otium nobis concessisset Deus? *Omnia enim, inquit, mala otiositas docuit (Eccli. 33. 29).* Attestantur autem nostræ huic rationi et quæ quotidie fiunt, et quæ majoribus nostris contigerunt. *Sedit, inquit, populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere (Exod. 32. 6).* Ac rursum : *Incrassatus est et impinguatus, et recalcitravit dilectus (Deut. 32. 15).* Consona his quoque beatus David loquitur, dicens : *Cum occideret eos, tunc exquirebant eum, et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum (Psal. 77. 34).* Ad Jerusalem quoque per Jeremiam loquitur Deus : *Per omnia erudire, Jerusalem, ne recedat anima mea a te (Jer. 6. 8).* Quod autem non solum malis, verum et bonis humiliari atque incurvari salutare sit, rursum significat propheta, cum dicit : *Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas (Psal. 118. 71).* Post hunc et Jeremias hæc eadem, sed non eisdem verbis exclamat : *Bonum, inquiens, viro, cum porterit jugum grave a juventute sua : sedebit solitarius, et tacebit (Thren. 3. 27);* et de se ipso Deum obsecrat dicens : *Non sis tu mihi parcens in alienationem in die mala (Jer. 17. 17).* Beatus item Paulus, qui tanto munere gratiæ effulsit tantumque naturam excessit humanam, boni tamen hujus utilitate indigebat : quocirca dicebat : *Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizat, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi, et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur (2. Cor. 12. 7-9).* Poterat certe sine persecutionibus et pressuris, laboribusque et sudoribus prædicatio perfici, sed tamen id noluit Christus, prædicantibus parcens. Quocirca dicebat illis : *In mundo pressuram habebitis (Joan. 16. 33).* Cupientibusque cæleste regnum ingredi, angustam viam arripiendam jubet, quasi non aliter intrare liceat (*Math. 7. 13*). Ideo pressuræ et tentationes et quæcumque nobis tristitia contingunt, non minus Dei providentiam indicant,

quam læta et jucunda. Quid autem dicam pressuras hujus temporis, cum non minus ipsa quoque gehennæ comminatio quam promissio regni ineffabilem ipsius clementiam ¹ commendet? Nisi enim ille gehennam minatus esset, non facile quispiam cælestibus bonis potiretur. Neque enim sufficit sola gaudiorum repressio ad excitandos ad virtutem animos, nisi etiam eos pœnarum timor impellat, qui negligentius affecti ad illam sunt. Quocirca primum hominem quoque a principio e paradiso expulit, quia ex honore sibi prestito deterior effectus esset, si post spretum violentumque mandatum immotus ille stabilisque durasset. Jam vero ut Adam omitanus, quid non fecisset Cain in paradiso degens, tantisque deliciis fruens, quando his omnibus privatus, patrisque supplicium ante oculos habens, ne sic quidem emendatus est, in majoremque nequitiam prorupit, ut homicidium ipse primus invenerit, ausuque nefario impleverit, homicidium, inquam, omnium sceleratissimum? Neque eum paulatim, vel post diuturnum tempus, novum hoc facinus aggressus est, sed repente ac subito verticem et culmen iniquitatis occupavit, eumque qui ex eodem utero processerat, qui in nullo ipsum læserat, nisi honorare Deum id sit lædere, appetiit insidiis ac necavit. Velim hic rursus consideres clementiam Dei. Cum enim sibi injuriam intulisset, verbis illum admonet, tristemque consolatur : at ubi insaniam fertur in fratrem, tunc jam severius ulciscitur, pœnasque infert. Et certe priora illa eodem digna erant cruciatu, imo vero longe graviore. Si enim in hominibus conservus aliquis meliora quæque sibi servet, ac domino suo deteriora offerat, rem indignissimam plenamque contumeliæ facere arguitur : quanto id magis in Deo? Cain vero non in hoc solum, verum in alio quoque non minus deliquit, quod fratris honorem ægre et indigne tulerit. Nam si utpote qui peccasset, pœnitentiam egisset, accepta profecto fuisset hæc illius optima mutatio : nunc vero non pœnitentiæ erat illa confusio, sed invidiæ ac livoris, quod rei exitus docet. Nam Deo quodammodo irascebatur, quod injuriis affectus non se honoraret, quod moderato iutemperantem non præferret. Verum cum hæc illius scelera vehementissima animadversione punienda essent, longe clementius quam mereretur delinquentem tractat, tumentesque animos illius comprimere nititur. Erat indignatione plena illa dejectio : idcirco loquitur ad illum : *Quiesce (Gen. 4. 7).* Hoc autem cum diceret, sciebat quidem quo progressurum esset malum, cæterum ingratis occasionem omnem amputare volebat : si enim ab initio ille punitus esset, hujusmodi multi plurima dixissent : Non poterat admonere verbis et corripere, ac terrere prius, atque tunc demum, si perseverasset in malis, supplicium inferre? Ingentis crudelitatis est iste cruciatus. Idcirco suas æquanimiter injurias tolerat, ut una et illorum obstruat os, et ipsius Cain parentem quoque sola bonitate se corripuisse ostendat, prætereaque ut ejusmodi

¹ Sav., *Dei clementiam.*

ber ignitatis exemplo posteros ad pœnitentiam provocet. Postea vero quam secundum duritiam suam et cor impenitens thesaurizavit sibi iram, illum tunc ulciscitur : sin vero post scelus homicidii mansisset impunitus, etiam ad aliud majusque flagitium progressus esset. Neque enim dicere possumus per ignorantiam illum deliquisse; nam quod junior intelligebat, ipse major natu qui ignorare poterat? Esto autem, per ignorantiam peccaverit prius : postquam audivit, *Quiesce*, postquam prioris culpæ venia potuit esse, ex qua ignorantia ad parricidium prorupit, terramque infecti, ac leges naturæ subvertit? Videsne ut prior etiam culpa non de ignorantia, sed de malignitate et nequitia, supremæque sceleris audacia venerit? Quænam vero fuit hujus pœna? *Eris gemens ac tremens super terram* (Gen. 4. 12). Videtur tamen esse grave supplicium; sed non jam ita videbitur, si peccatum consideremus, et ipsam pœnam diligentius intueamur. Cum enim ille male obtulisset, ægre tulit, quod post injuriam Deo illatam honoratus ab illo non est, corripientem respuit, parricidiumque primus patravit, imo vero facinus parricidio longe sceleratius : parentes enim incredibili dolore confodit, ac Deo etiam mentitus est. *Numquid enim*, ait, *custos sum fratris mei* (Gen. 4. 9)? Et pro his omnibus solo timore ac tremore cruciatur. Attamen Dei benignitatem non ex eo solum manifestari dixerim, quod mitiorem pœnam tanto sceleri adhibuit, sed quod in ipsa pœna lucrum haud spernendum inesse videatur. Id vero lucrum erat, quod ex ea ipsius castigatione cuncti postmodum admoniti sunt respicere a malis, fierique meliores. Idcirco ergo non occidit illum, quia par utilitas profecto non fuisset, audiri quod Cain, fratre interempto, morte mulctatus esset, et videre parricidam ipsum pœnas exsolventem. Fortasse enim id auditum ob immanitatem sceleris creditum minime fuisset : nunc vero dum videtur, dum coram adest, plurimos longoque superstitis tempore pœnæ suæ testes relinquit; manifestum certe ac credibile et suæ ætatis hominibus, et postea futuris omnibus id facinus constituit. Quid ergo, inquires, hoc illi contulit? Maxime quidem illius salutem prospiciebat, cum ejus rabiem, quantum in se fuerit, coerceret castigatione verborum. Verum ne ipsa quidem illata illi pœna, si quis diligentius inspiciat, maxima ipsius utilitate valet. Si enim statim illum occidisset, nullum ipsi pœnitentiæ tempus, per quam melior evaderet, dedisset : nunc vero cum metu ac tremore vitam ducens, nisi nimis insensatus, ac bellua potius quam homo esset, ex hujusmodi vita plura capere potuit emolumenta. Præterea futurum supplicium levius præsentis temporis pœnæ constituit : ea enim quæ nobis in hac vita inferuntur supplicia, divinitus futurorum cruciatuum partem haud exiguam succidunt. Atque harum rerum testimonia de Scripturis divinis afferre facile possumus. Nam Christus Dominus cum discipulos alloquens de Lazaro dissereret, Abraham retulit, cum rogaretur a divite, ut mitteret Lazarum, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ instillaret,

dixisse ad illum : *Fili, recordare quia recepisti tu bona in vita tua, et Lazarus mala : nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris* (Luc. 16. 25). Paulus quoque (Paulum vero quoties dico, rursus Christi præcepta replico : Christus enim profecto, mea quidem sententia, beatam illius movebat animam), dum Corinthiis scriberet (1. Cor. 5. 5), aliquando jubet eum, qui gravissime fornicatus fuerat, tradi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. Rursusque cum eosdem de iis qui indignæ sacra mysteria percipiebant admoneret : *Propterea, inquit, inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Nam si nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur : cum judicamur autem a Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* (1. Cor. 11. 30-32). Vidistine ineffabilem clementiam, immensasque divitias benignitatis? vidisti ut omnia agat atque moliat Deus, ut post peccatum quoque mitiore quam debuimus, plectamur pœna, aut etiam omnino liberemur?

4. *Diaboli in nos incursus sunt meriti argumentum, coronarum materia.* — Porro si quis id curiosius inquirat, cujus rei gratia veterem illum seductorem non continuo deleverit, id quoque pro summa in nos cura factum comperiet. Si enim sceleratus ille vi dominaretur, esset, fortasse rationabilis ista inquisitio : sin autem hac potentia privatus tantum persuadere atque allicere potest, illius vero suasionis illecebras renuere in nobis est : cur tu meriti argumentum tollis, coronarumque materiam præscindis? Ad hæc si illum sciens fore insuperabilem, cunctosque devicturum, ita illum dimisisset Deus, ne sic quidem de his movenda quæstio esset. Nam tum quoque quod ille obtineret, quod vinceret non reluctantes, sed sponte sibi cedentes atque succumbentes, a nobis profecto manasset : verumtamen his qui ingratis agere volunt ne id quidem satis esset. Quod si plurimi quidem illius potentiam ac vires fraugunt, complures item posthac illum superaturi sunt, quid tu futuros probatissimos clarissimæque victoria insignes tanto privas honore? Idcirco enim illum dimisit, ut eum dejiciant qui fuerant ab eo prius superati, quod illi omni supplicio gravius est, ipsamque ad extremam condemnationem deducet. At non omnes, inquires, illum superaturi sunt.

Cur Deus e medio diabolum non sustulerit. — Quid hoc ad rem? Profecto enim multo convenientius est justis occasiones suppeditari, quibus voluntatem ostendant suam, eos vero qui non sunt hujusmodi ex propria puniri negligentia, quam istorum causa illis etiam damnum afferri. Nam modo is qui malus est, si lædatur, non adversarii viribus, sed suo potius torpore superatur : quod indicat victorum multitudo. Tunc vero probi quique improborum causa meritis honoribus fraudati fuissent, non habentes, illorum culpa, ubi vires exercerent suas; veluti si agonista quis athletas duos nactus, alterum quidem adversario congredi paratum, omnemque tolerantiam ostendere, coronamque ex certamine referre, alterum labori illi

καὶ ἀμετανόητοι καρδίαν ἀθησαύρισην ἑαυτῶ τῆν ὀργὴν, τὸ τριηκῶστα ἐπεξέρχεται· εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν φόνον ἔμειναν ἀτιμώρητοι, καὶ ἐφ' ἕτερον ἂν προήλθε μείζον κακόν· οὐδὲ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι παρὰ ἄγνοιαν ἐπλημμέλησεν· ὁ γὰρ ὁ νεώτερος συνῆκε, πῶς ἂν οὗτος ἠγνόησε; Πλὴν ἀλλ', εἰ βούλει, κείσθω καὶ ἀγνοίας εἶναι τὸ πρότερον· μετὰ τὸ ἀκούσαι τὸ, *Ἠσύχασον*, μετὰ τὸ συγγνώμης τυχεῖν, ἀπὸ ποίας ἀγνοίας ἐπὶ τὸν φόνον ἤρξατο, καὶ τὴν γῆν ἐμόλυνε, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἀνέτρεψεν; Ὁρᾶς ὡς οὐδὲ τὰ πρότερον τὸ ἀγνοεῖν ἦν, ἀλλὰ κακίας καὶ πονηρίας καὶ μιαιρίας τῆς ἐσχάτης; Τίς οὖν ἡ ταύτων τιμωρία; *Στένων ἔσση*, φησί, καὶ *τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς*. Δοκεῖ μὲν οὖν ἡ κόλασις εἶναι πικρά· ἀλλ' οὐκ ἔάν τὸ ἀμέρτημα λογισώμεθα, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τιμωρίαν διασκευώμεθα καλῶς. Ὅτε γὰρ προσήνεγκε ^b κακῶς, ἠγγίσησεν, ὅτι ὕβρισας οὐκ ἐτιμήθη παρὰ τοῦ ὕβρισθέντος Θεοῦ, νοθευοῦντα αὐτὸν διέπτυσσε, φόνον ἐτόλμησε πρῶτος, μᾶλλον δὲ καὶ φόνου πολλῶν μίαισμα ἐναγέστερον, ἐλύπησε τοὺς γεγεννηκότας, ἐψεύσατο τῷ Θεῷ. *Μὴ γὰρ φύλαξ εἰμί τοῦ ἀδελφοῦ μου*; φησί· καὶ ἀντὶ τούτων ἀπάντων φόβῳ κολάζεται μόνον καὶ τρόμῳ. Ἄλλ' ὅμως καὶ τὴν χρηστότητα τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀπὸ τοῦ πραοτέραν εἶναι μόνον τῆς ἀμαρτίας τὴν τιμωρίαν εἰποιμι ἂν φαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ κέρδος αὐτὴν ἔχειν οὐ τὸ τυχόν. Τὸ δὲ κέρδος ἦν σωφρονίζουσα τοὺς ἐξῆς ἅπαντας, καὶ γίνεσθαι βελτίους διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον ἐπιτιμήσεως. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέλιεν αὐτόν· οὐδὲ γὰρ ἦν ἴσον ἀκούειν ὅτι καὶ τινες ἀνελὼν ἀδελφὸν ἀπέθανε, καὶ ὁρᾶν τὸν ἀνελόντα δίκην τίνοντα. Τότε μὲν γὰρ κἂν ἠπιστήθη τοῦτο λεγόμενον διὰ τὴν τοῦ μύσουσ ὑπερβολὴν· νυνὶ δὲ φαινόμενος καὶ παρῶν, καὶ πολλοὺς καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον μάρτυρας τῆς τιμωρίας ποιούμενος, κατάδηλον καὶ πιστόν καὶ τοῖς τότε καὶ τοῖς ἐφεξῆς κατέστησε τὸ γεγονός. Τί οὖν τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον, φησί; Μάλιστα μὲν, καὶ τῆς αὐτοῦ προσηνέσης σωτηρίας, ὅτε προανέστειλεν αὐτοῦ τὴν λύσσαν τὸ γε αὐτοῦ μέρος διὰ τῆς τῶν λόγων παραινέσεως. Εἰ δὲ καὶ τὴν τιμωρίαν αὐτὴν τις ἐξετάσει, καὶ ἐκ ταύτης πολλὴν βῆται τὴν ὠφέλειαν οὖσαν. Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν ἀπέκτεινεν εὐθέως ὁ Θεός, οὐκ ἂν τινα [162] προθεσμίαν αὐτῷ μετανοίας καὶ βελτιώσεως ἔδωκε· τότε δὲ τρόμῳ καὶ δέει συζῶν, εἰ μὴ λίαν ἀναίσθητος ἦν, καὶ θρίριον μέλλον τῆ ἀνθρωπότητος, κολλὰ ἂν ἀπὸ ταύτης ἐκέρθανε τῆς ζωῆς. Καρὶς δὲ τούτων ἐλάττονα αὐτῷ τὴν μέλλουσαν κόλασιν διὰ ταύτης τῆς τιμωρίας εἰργάζετο. Τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἐπαγόμενα ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ λυπηρὰ ἢ κολαστήρια τῶν ἐκεῖ βασάνων ὑποτέμνεται μέρος οὐ μικρόν. Καὶ τούτου τὰς μαρτυρίας ἀπὸ τῶν θείων τις ἂν ἀγάγει Γραφῶν. Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς διαλεγόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὸν Λάζαρον διηγούμενος, φησί τὸν Ἀβραάμ ἰκετευόμενον παρὰ τοῦ πλουσίου ἄκρω τῷ δεκτύλῳ μικρὸν ἐπιστάζει φλεγόμενη τῇ γλώσση εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· *Τίκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακὰ· νῦν δὲ οὗτος ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾷσαι*. Ὁ δὲ Παῦλος (Παῦλον δὲ ὅταν εἴπω, τὰ τοῦ Χριστοῦ λέγω πάνιν προστάγματα· αὐτὸς γὰρ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἔκειναι ψυχῆν), τοῖς Κορινθίοις ἐπιστάλλων ποτὲ περὶ τοῦ

πεπορνευκότος, κελεύει τὸν τοιοῦτον παραδοθῆναι τῷ σατανᾷ εἰς βλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῆ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῖς αὐτοῖς πάλιν ὑπὲρ τῶν ἀναξίως τοῖς μυστηρίοις κοινωνούντων διαλεγόμενος, *Διὰ τοῦτο*, φησί, *πολλοὶ ἐν ὁμίῳ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινώμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου κωιδευόμεθα. Ἴνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν*. Εἶδες φιλιανθρωπίαν ἄφατον, καὶ πλοῦτον χρηστότητος ἀπειρον; εἶδες πῶς ἅπαντα πράττει καὶ πραγματεύεται ὁ Θεός, ἵνα καὶ ἀμαρτάνοντες δυνηθῶμεν πραοτέραν τῆς ὀφειλομένης ὑποστῆναι τὴν κόλασιν, ἢ καὶ ἀκαλλαγῆναι τέλειον;

δ'. Εἰ δὲ λέγοι τις, τίνας οὖν ἔνεκεν οὐ τινὲς ἀρχῆς ἀπαθήσαντα ἠφάνισε; καὶ τοῦτο σφόδρα κηδόμενος ἡμῶν. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς βίαν ὁ μιαιρὸς ἐκεῖνος ἐκράτει, εἶχεν ἂν τινα λόγον τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ ταύτης μὲν ἀφήρηται τῆς δυνάμεως, πείθων δὲ μόνον (τὸ μὴ πεισθῆναι δὲ ἐφ' ἡμῖν), τίνας ἔνεκεν τῆς εὐδοκίμησεως τὴν πρόφασιν περιαιρεῖς, καὶ τὴν τῶν στεφάνων ἐκκόπτεις ὑπόθεσιν; Πρὸς δὲ τούτοις εἰ μὲν εἰδῶς αὐτὸν ἀκαταγώνιστον ὄντα, καὶ πάντων μέλλοντα κρατεῖν, εἶτα ἀφήκεν, ἦν μὲν οὐδὲ οὕτως ἄξιον ὑπὲρ τούτων ἀπορεῖν· καὶ γὰρ καὶ τότε παρ' ἡμᾶς ἐγένετο τὸ κρατεῖν ἐκεῖνον καὶ νικᾶν τοὺς οὐ βιαζόμενους, ἀλλ' ἐκόντας ὑποκλινομένους αὐτῷ· πλὴν ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἤρκασεν ἂν τοῖς βουλομένοις ἀγωνομενεῖν. Εἰ δὲ πολλοὶ μὲν εἰσὶν οἱ περιγενόμενοι τῆς ἐκεῖνου δυνάμεως ἤδη, πολλοὶ δὲ οἱ περιεσόμενοι πάλιν, τί τοὺς μέλλοντας εὐδοκίμεῖν, καὶ λαμπρᾶν ἐπιδείκνυσθαι νίκην, τοσαύτης ἀποστερεῖς τιμῆς; Διὰ τοῦτο γὰρ εἶασεν, ἵνα αὐτὸν καταβάλωσιν οἱ πρότερον ἠττηθέντες ὑπ' αὐτοῦ· ὁ πάσης αὐτῷ κολάσεως μείζον, καὶ πρὸς ἐσχάτην κατάκριαν ἀγαγεῖν ἱκανόν. Ἄλλ' οὐ πάντας αὐτοῦ περιέσονται, φησί.

Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ λεγόμενον; Πολλῶ γὰρ δικαιοτέρον τοὺς μὲν γενναίους λαμβάνειν ἀφορμάς, ἐν αἷς τὴν προαίρεσιν ἐπιδείξονται τὴν αὐτῶν, τοὺς δὲ οὐ τοιούτους ἀπὸ τῆς [163] οἰκείας κολάζεσθαι ῥηθυμίας, ἢ διὰ τούτους ἐκεῖνους ἐπηρεάζεσθαι. Νῦν μὲν γὰρ ὀφθαλμῶς, κἂν ἀδικῆται, οὐ παρὰ τὸν ἀνταγωνιστήν, ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτοῦ κωβρειαν κρατούμενος· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ πλῆθος τῶν νικῶντων αὐτόν· τότε δὲ ἂν οἱ σπουδαῖοι διὰ τοὺς φαύλους ἐπηρεάσθησαν, οὐκ ἔχοντες ὅπου τῇ ἀνδρείᾳ χρήσονται δι' ἐκεῖνους· καὶ ἐγένετο παρόμοιον, ὡσπερ ἂν εἰ τις ἀγωνοθέτης ἀθλητὰς ἔχων δύο, τὸν μὲν καὶ συμπλακῆναι ἔτοιμον τῷ ἀνταγωνιστῇ, καὶ καρτερίαν ἐπιδείξασθαι πολλὴν, καὶ στέφανον ἀναδήσασθαι, τὸν δὲ τῆς ταιλαιπωρίας ἐκείνης ἀργίαν προτιμῶντα καὶ τρωφὴν, λαβῶν ἐκ μέσου τὸν ἀνταγωνιστήν, ἀμφοτέρους ἀπράκτους ἐκπέμφσει παρ' αὐτοῦ.

^a Savil. ἐφ' ἕτερον μείζον ἂν προήλθε δεινόν.

^b Savil. ὄρα γὰρ προσήνεγκε. Colb. ὄρα γὰρ προσενέγκαι.

^c Morel. et Savil. ἢν margine ἐπεδουλεύθησαν, Savil. in textu ἐπηρεάσθησαν.

Οὕτω μὲν γὰρ ὁ σπουδαῖος διὰ τὸν φαῦλον ἐπηρεάσθη ^a,
 ἐκεῖνος δὲ οὐκέτι διὰ τὸν γενναῖον κακός, ἀλλὰ διὰ τὴν
 κακίαν τὴν αὐτοῦ. Καὶ νῦν μὲν δοκεῖ τὸ ζητούμενον
 αὐτοῖς εἶναι περὶ τοῦ διαβόλου· κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν
 ὁ λόγος οὕτως προῖν τὴν αὐτοῦ πολλοῖς ἐγκαλέσει καὶ
 μέμψεται τὴν πρόνοιαν, καὶ τὴν δημιουργίαν ἄπασαν
 διαβαλεῖ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ τῆς τοῦ στόματος καὶ τῆς
 τῶν ὀφθαλμῶν κατηγορήσει διαπλάσεως· διὰ τούτων
 μὲν γὰρ ἐπιθυμοῦσιν ὧν οὐ δεῖ, καὶ εἰς μοιχείαν ἐμπί-
 πτουσιν οἱ πολλοί· δι' ἐκείνου δὲ βλασφημοῦσι, καὶ τὰ
 ὀλέθρια τῶν δογμάτων προφέρουσιν ἕτεροι. Ἄρ' οὖν
 διὰ τοῦτο χωρὶς γλώττης καὶ ὀφθαλμῶν γενέσθαι τοὺς
 ἀνθρώπους ἔχρη; Οὐκ οὐκ καὶ τοὺς πόδας ἐκκόψομεν,
 καὶ τὰς χεῖρας ἀποτεμοῦμεν, ἐπειδὴ αὐτὰ μὲν αἰμάτων
 πλήρεις εἰσιν, ἐκεῖνοι δὲ εἰς κακίαν τρέχουσι. Ἄλλ' οὐδὲ
 τὰ ὕα τὴν ἀπήθειαν τοῦ λόγου τούτου δυνήσεται ἐκφυ-
 γεῖν· καὶ γὰρ ἀκοὴν ματαίαν παραδέχεται, καὶ τὴν τῶν
 δογμάτων φθορὰν παραπέμπει τῇ ψυχῇ· ὥστε καὶ ταῦτα
 ἀφαιρήσομεν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ σίτα, καὶ ποτὰ, καὶ οὐ-
 ρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ἥλιον, καὶ φῶς, καὶ
 σελήνην, καὶ τὸν τῶν ἄστρων χορὸν, καὶ πάντα τῶν
 ἀλόγων τὰ γένη· πού γὰρ ἔσται χρησιμὰ ταῦτα, τὸ δι'
 ἃν ἐγένετο πάντα κατακοπέντος οὕτως ἐλεινῶς; Ὁρᾷς
 τὸν γέλωτα καὶ τὴν ἀτοπίαν εἰς ἣν ὁ λόγος καταστρέφειν
 ἀναγκάζεται; Ὁ γὰρ διάβολος ἑαυτῷ κακός, οὐχ ἡμῖν·
 ἡμεῖς γὰρ εἰ βουλοίμεθα καὶ πολλὰ καρπωσόμεθα δι'
 αὐτοῦ καλὰ, ἀκοντὰς μὲν καὶ μὴ βουλομένου· τὸ δὲ
 θαῦμα καὶ ἐν τούτῳ μέizon, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλαν-
 θρωπίας ἡ ὑπερβολή. Τὸ γὰρ βελτίως γίνεσθαι τοὺς ἀν-
 θρώπους δάκνει μὲν αὐτὸν καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καὶ
 λυπεῖ· ὅταν δὲ καὶ δι' αὐτοῦ τοῦτο προξενῆται ἡμῖν, οὐδ'
 ἐνεργεῖν δυνήσεται τὴν ἐπήθειαν. Πῶς οὖν προξενεῖται
 δι' αὐτοῦ; Δεδουκότες αὐτοῦ τὴν ὠμότητα καὶ τὰς συν-
 χειρὶς ἐπιβουλὰς, καὶ τὰς ἐπαλλήλους μηχανὰς, τὸν
 πολὺν ὕπνον ἀποκοροῦμεθα, νήφομεν, μεμνήμεθα τοῦ
 Κυρίου διαπαντός. Καὶ ὅτι οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ
 τοῦ μακαρίου Παύλου, ἄκουσον πῶς διὰ τῶν αὐτῶν σχε-
 δὸν ῥημάτων διεγείρει τοὺς καθυδόντας τῶν πιστῶν.
 Τοῖς γὰρ Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων οὕτω πῶς φησιν· *Ὁὐκ
 ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλῃ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς
 τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμο-
 κράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ
 πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.* Ταῦτα
 δὲ ἔλεγεν, οὐ καταβαλεῖν αὐτοὺς, ἀλλὰ διαναστῆσαι βου-
 λόμενος. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ, *Νήψατε, φησὶ, γρηγορή-
 σατε, [164] ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων
 ὠρνόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπιῇ· ᾧ ἀντί-
 στητε στερεοὶ ἐπὶ πίστει.* Τοῦτο δὲ εἶπε ^b σφοδρότε-
 ρους ἐργάσασθαι· θέλων καὶ πείσαι πλείονα πρὸς τὴν
 θεὸν τὴν οἰκειότητα ἔχειν. Ὁ γὰρ ἐφεστῶτα τὸν ἐχθρὸν
 ὀρῶν, μᾶλλον προστρέχει καὶ συμπλέκεται τῷ δυναμένῳ
 βοηθεῖν. Οὕτω πον καὶ τὰ παῖδια τὰ μικρὰ, ὅταν μὲν
 ἴδῃ τὴν τῶν φοβερῶν, εἰς τὸν τῆς μητρὸς καταφεύγοντα
 κόλπον, καὶ ἐκκρεμασθέντα τῶν ἱματίων ἐκείνης, ἔχε-
 ται αὐτῶν ἀσφαλῶς, καὶ πολλῶν ἀνθελκόντων πολλὰκις,
 οὐκ ἀφίσταται· ὅταν δὲ μηδὲν ἢ τὸ θορυβοῦν, οὐδὲ κα-
 λούσης ἐκείνης καὶ ἐσφυρομένης ἀνέχεται, ἀλλὰ καὶ
 καλοῦσαν διαπτύει, καὶ πολλὰ πρὸς τὸ ἐπισπάσασθαι
 μηχανωμένην ἀποστρέφεται, καὶ τραπέζης κειμένης

καταφρονεῖ. Διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μητέρων ἐπειδὴν
 μηδὲν ἰσχύσῃσι παρακαλοῦσαι, μορμολύκεια καὶ φέ-
 θητρα κατασκευάζουσαι, οὕτως αὐτῶν σοφίζονται τὴν
 ἐπάνοδον, καὶ πείθουσι προσδραμεῖν ἄλιν αὐταῖς.
 Τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν παιδίων γίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ
 ἐφ' ἡμῶν. Ὅταν γὰρ ἡμᾶς ὁ Πονηρὸς φοβῆ καὶ ταραχῆται,
 τότε σωφρονιζόμεθα, τότε ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκομεν, τότε
 μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τῷ Θεῷ προστρέχομεν· εἰ δὲ
 ἠφανίσθη παρὰ τὴν ἀρχὴν οὗτος καὶ γέγονεν ἐκπόδον,
 τάχα οὐδὲ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων ἂν ἐπίστευσαν οἱ
 πολλοί· οἷον ὅτι τὸν ἀνθρωπῶν ἡπάτης, καὶ τῶν πολλῶν
 ἐκείνων ἐξέβαλεν ἀγαθῶν· ἀλλὰ τὸν Θεὸν φθόνῳ καὶ βασκα-
 νία τοῦτο πεποιηκέναι εἶπον ἂν. Ὅπου γὰρ καὶ νῦν εἰσιν
 οἱ ταῦτα τολμώτερες μετὰ τὴν τοσαύτην ἀπόδειξιν τῆς
 ἀπάτης αὐτοῦ, εἰ μηδὲ ὀλις πείραν ἔλαβον τῆς κα-
 κουργίας ἐκείνου, τί οὐκ ἂν εἶπον, τί οὐκ ἂν ἐφθέγ-
 ξαντο; Ὅλιος δὲ εἰ χρεὶ μετὰ ἀκριβείας τοῖς γενομένοις
 προσέχειν, οὐδὲ εἰς ἅπαντα ἡμᾶς ὁ διάβολος ὠθεῖ,
 ἀλλὰ πολλὰ μὲν κατ' αὐτοῦ ἐργάζεται κακὰ, πολλὰ δὲ καὶ
 ἡμεῖς ἑαυτοῖς· ῥαθυμία καὶ καταφρονῆσαι μόνον.
 Πού γὰρ, ἵνα πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπανάλωμεν, προσ-
 ἐλάσεν ὁ διάβολος τῷ Κάιν, καὶ τὸν φόνον πράξει
 παρήνεσε; Τῇ μὲν γὰρ τοῦτο μητρὶ φαίνεται διαλεγό-
 μενος καὶ τὴν ἀπάτην κατασκευάζων· ἐνταῦθα δὲ οὐκ-
 ἔτι, πλὴν εἰ τι; αὐτὸν τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς ὑπεβ-
 δηκέναι φαῖν, καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τὸν καταβεβῆμενον
 καὶ πεισθέντα καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ παρεσχικότα τῆς
 ἐφόδου. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἔλασεν ὁ Θεός,
 ἀλλ' ἐπέμενε παιδεύων καὶ νοουθετῶν, δι' ὧν ἐδόκει κο-
 λάζειν αὐτόν.

Καὶ τί λέγω τοῦ Κάιν τὴν τιμωρίαν, ἀνδρὸς ἐνόος,
 ὅπου γε καὶ ὁ κατακλισμὸς, ἐνθα τοσούτων ἀνδρῶν
 ἀπόλεια δύναται ἂν ἡμῖν ἐμφῆναι τὴν κηδεμονίαν τοῦ
 Θεοῦ; Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκίτως
 ἐπήγαγεν ἐκεῖνα τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ προεῖπε ^d, καὶ οὐ πρὸ
 χρόνου βραχέος, ἀλλὰ καὶ πρὸ εἰκοσι ἐτῶν καὶ ἑκατόν.
 Ἐπειτα, ἵνα μὴ διὰ τὸ μῆκος τῆς προφήσεως [165] εἰς
 λήθην ἐμπέσωσι καὶ ῥαθυμίαν, παρεσκεύασε τὴν κιδωτῶν
 τεκταίνεσθαι κατ' ὀφθαλμοὺς ἐκείνων αὐτῶν, πάστις
 φωνῆς λαμπρότερον βοῶσαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπειλήν. Ὁ
 μὲν γὰρ Κάιν ἐξέπεσον ἤδη τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας,
 ἐκείνη δὲ πρὸ τῶν ὄψεων αὐτῶν κειμένη, συνεχῶς τῶν
 ἀπειληθέντων τὴν μνήμην διηγείρεν. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως
 ἐσωφρονίσθησαν, ἀλλ' ἐπέμενον προκαλούμενοι καὶ ἔλ-
 κοντες καθ' ἑαυτῶν τὰ κακὰ. Ὁ γὰρ Θεός οὐτε ἀπει-
 λῆσαι κατακλισμὸν οὐτε ἐπαγαγεῖν ἠθέλησεν, ὥσπερ
 οὐδὲ τὴν γέννησαν αὐτὴν, ἀλλὰ πάντων ἡμεῖς αἴτιοι τού-
 των· ὅπερ καὶ σοφώτατός τις συνιδὼν ἔλεγεν ὅτι, Ὁ
 Θεός θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρεται ἐπ' ἀπω-
 λειᾷ ζώντων. Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ προφήτου οὕτω φησὶ·
*Μὴ γὰρ θελήσω ἑ τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς
 τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.* Ὅταν δὲ μὴ ἐπιστρέ-
 φῶμεν, τὴν ἀπόλειαν καὶ τὸν θάνατον ἡμεῖς καθ' ἑαυτῶν
 ἐπάγομεν, οὐχ ὁ μὴ βουλόμενος ἡμᾶς ἀπολέσθαι Θεός,
 καὶ τὴν τοῦ διαβόλου φυγεῖν ^e ὁδὸν ὑποδεικνύς. Ἄρ'

^a Savil. ἑαυτοῖς, Morel. ἑαυτοῦς.

^d Morel. et Savil. in marg. προεῖπε, Savil. in textu προει-
 πών. Infra Savil. in textu τὴν κιδωτῶν τεκταίνεσθαι, Morel. et
 Savil. in marg. ὑφαινεσθαι, Paulo post Κάιν ἐξέπεσε τῆς δια-
 νοίας.

^e Savil. μὴ θελήσει θεῶ, Colb. [et Bibl.] μὴ θελήσει θελήσει.
 Infra Savil. ἀπολέσθαι, recte Morel. ἀπόλεια.

^f Sic rescriptus e Savilio pro τοῦ διαφυγεῖν. Edm.

^a Morel. ἐπηρεάσται, Savil. in textu ἐπηρεάσθη, in marg.
 ἐπηρεάζεσθαι.

^b Sic Savil. Morel. vero omisit hæc, τοῦτο δὲ εἶπε.

et ærumnæ otium deliciasque præferentem, adversario de medio sublato, ambos re infecta dimittat. Sic enim strenuus ille propter alterius ignaviam gravi damno affectus esset; ignavus autem non fortissimi socii causa malus esset, verum ob socordiam suam. Sed enim hæc istorum quæstio, cum de diabolo agitari videatur, si suo ordine procedat, plurimis in rebus Dei providentiam insimulat, cunctamque simul creaturam traducit. Namque oris atque oculorum creationem incusabit: quippe cum per hæc quæque illicita concupiscant, atque in adulterium corruant plurimi; per hoc autem blasphemant alii, atque perniciosa dogmata proferant. Num ergo sine oculis et lingua ideo debuerunt homines fieri? Pedes quoque abscindere, et amputare manus necesse erit, cum istæ plenæ sint sanguine, illi vero ad malum currant. Nec ipsæ quidem aures immanitatem hanc effugere poterunt: nam inania percipiunt, et corruptionem dogmatum ad animam mittunt: itaque et istæ auferendæ erunt. Quod si dabimus, cibos quoque ac potus, cælum, terram, mare, solem, lucem, lunam, stellarumque chorum, atque omnium animantium genera tollamus necesse erit. Ad quid ista enim omnia erunt necessaria, cum is cuius causa facta sunt adeo miserabiliter truncus jaceat? Videsne qui risus, quæ deliramenta rationem istam necessario sequantur? Diabolus nempe sibi ipsi, non nobis est malus. Nos enim si velimus, plura etiam commoda per illum consequemur, illo etiam invito ac renuente: quod est profecto mirabile, et in hoc divinæ bonitatis magnitudo conspicitur. Nam si cum meliores efficitur, mordet id quidem ac per se solum excruciat diabolus: quando hoc ipsum per eum nobis suppeditatur, hoc detrimentum ferre non potest. Quomodo autem ex illo proficimus? Dum illius immanitatem perpetuasque insidias ac fraudes varias solliciti metuimus, somnum immodicum excludimus, vigilamus, semperque Domini reminiscimur. Quod autem hæc mea non sint, sed beati Pauli, ipsum audi, eisdem fere verbis fideles dormientes excitantem. Nam Ephesiis cum scriberet, sic ait: *Non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, adversus spiritualia nequitiae in cælestibus* (Ephes. 6. 12). Hæc autem cum diceret, non dejicere studebat auditorum animos, sed potius erigere. Petrus item: *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide* (1. Petr. 5. 8). Hoc autem dixit ut nos fortiores efficeret, et ad majorem cum Deo familiaritatem induceret. Qui enim imminere sibi cernit inimicum, majori ad illum currit desiderio, a quo defendi possit. Ita fere infantes pueri, cum quid horrendum viderint, ad matrum sinus protinus fugiunt, illarumque pendentes vestibus eis se tumentur ac protegunt, atque ita ut sæpius retrahentibus plurimis inde avelli non possint. At vero quando nihil ejusmodi perturbat, ne vocantes quidem illas exaudiunt, neque trahi patiuntur: imo appellantes re-

spuunt, et cum plurima illæ moliantur, ut ad se eos pertrahant, semper eas aversantur, appositamque mensam despiciunt. Quocirca matrum plurimæ, cum nihil obsecrando proficere se viderint, larvas quasdam horrorisque figmenta parant, atque illos demum ad reditum impellunt, persuadentque ad se iterum recurrere. Hoc autem non in solis pueris contingit, sed etiam in nobis. Quando enim malignus ille perterret nos atque perturbat, tunc frugi efficitur, tunc nos ipsos agnoscimus, tunc ad Deum omni studio recurrimus. Quod si deletus ab initio nequam ille fuisset atque sublatus e medio, fortasse nec præterita credidissent plurimi: puta quod hominem fefellisset, quod bonis illis innumeris eum eiecisset, Deumque hoc invidia et livore commotum fecisse arbitrarentur. Quando enim ne modo quidem desunt, qui post tanta illius seductionis indicia id audent dicere: si non illius nequitiae et astus experimenta cepissent, quid non dixissent, quid non obloquuti fuissent? Quod si diligenter his quæ sunt animum intendere velinus, inveniemus minime ad omnia nos diabolus impellere, sed cum plurimorum ille nobis lapsuum sit auctor, plurima item nosmetipsos per nostram solam socordiam ac negligentiam pati. Ubi enim, ut ad priora revertamur, ad Cain diabolus accessisse, fraternamque cædem suggessisse legimus? Nam matri quidem illius visus est loquens fraudemque concinnans, huic autem minime, nisi forte quispiam malas illum cogitationes dicat immisisse; id tamen totum illius culpa contigit, qui suggerentem admisit, illique paruit, atque principium sui invadendi præstitit. Attamen nec sic illum dimisit Deus, verum ex iis, per quæ punire videbatur, admonere potius atque corrivere non desiit.

Ex historia diluvii providentiam Dei ostendit. — Quid autem Cain viri unius supplicium dico, quandoquidem etiam diluvium, in quo tot periere viri, Dei nobis providentiam apertissime potest asserere? Primum enim non temere neque insperate hujusmodi mala induxit, sed fore prædixit: idque non ante breve tempus, sed ante centum et viginti annos. Tum vero, ne ex longitudine prædictionis in oblivionem ac negligentiam inciderent, ædificari arcam in oculis omnium præcepit, voce omni clarius clamantem, Deique nris omnibus annuntiantem. Cain quippe hominum mentibus exciderat; illa vero ante omnium oculos posita jugiter imminentium sibi malorum illos admonebat: nec sic tamen illi emendati sunt, sed in vitiis perseveraverunt, supplicia sibiipsis consciscentes atque atrahentes. Deus enim diluvium ipsum neque comminari, neque inferre voluisset, sicuti nec gehennam ipsam. Verum omnium nos ipsi nobis causa sumus: quod cum sapientissimus quidam videret, dicebat: *Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viventium* (Sap. 1. 13). Ac Deus ipse per prophetam ait: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* (Ezech. 18. 23). At vero nos nisi convertamur, damnationem nobis ipsis ultro mortemque congerimus, non Deus qui nos perire noluerat, quippe viam effugiendi nobis ostenderat. Ergone id solum habe-

mus, quod de diluvio dicere possimus, nullaque ex eo prodiisse emolumenta dicemus? Dici profecto non potest quantum utilitatis et iis qui illa inundatione periere, et cæteris qui postea fuere, inde proveniret. Illi enim ulterius in vitiis ac flagitiis progredi permisi non fuerunt; qui autem post illos sequuti sunt, majora quam illi lucra retulerunt, fermento, ut ita dixerim, materiaque malorum e medio sublatis extinctisque peccatoribus. Nam si etiam sine exemplis mala homines per se facile inveniunt, quid non facturi erant, si plurimorum exemplo ad perniciosos actus invitati fuissent? Quod utique ne fieret, ne tot scelerum magistros hi, qui postea futuri erant, haberent, eos omnes una perdidit.

5. Verum enimvero, quænam est illorum sapiens, imo plena stultitiæ ratio, qui cum nihil boni agere velint, omnia perquirunt et dicunt, ut suorum delictorum causam ad Deum referant? Nisi permisisset Deus, aiunt, nequaquam accessisset diabolus, numquam decepisset ab initio. Sed neque cognovisset Adam quantum boni ante habuisset, neque suam illam arrogantiam umquam deseruisset. Qui enim seipsum in tantum culmen honoris erexerat, ut fieri se deum expectaret, quo non prorupisset audaciæ, nisi fuisset ad sanam mentem reductus? Fingamus nihil diabolum consuluisset, nihilque penitus Evæ de ligno loquutum fuisse: num sine peccato perstitissent, si istud non ita contigisset? Minime vero: nam cui mulier tam facile quod volebat persuasit, ipse, etiam diabolo non existente, ex seipso quamprimum in peccatum corruisset, quo majori quoque pœna mulctari meruisset. Præterea ne nunc quidem diaboli solius fuit omnis illa seductio, sed sua etiam concupiscentia. mulier corrupta corruiit, atque hoc Scriptura sacra indicat, quæ dicit: *Viditque mulier quod bonum esset lignum ad edendum, gratumque oculis ad videndum, ac speciosum ad considerandum: et accipiens de fructu illius comedit (Gen. 3. 6)*. Neque vero ego nunc ista loquor quasi diabolum insidiarum criminibus purgare cupiens, sed indicare volens eos, nisi sponte cecidissent, a nemine umquam potuisse dejici. Nam qui tam facile propinatam sibi ab altero fallaciam suscepit, is ante fallaciam negligentem et remisit se habuisse ostenditur; neque enim tantum ille potuisset, si sobrius vigilantemque animum alloquutus esset. Sunt autem plurimi, qui in hac parte confutati, diabolo omisso, ad mandatum transeunt, et cum a peccante homine absterneant, Deo crimen impingunt dicentes: Quid enim eis præceptum dabat, quos peccaturos noverat? Ista revera sunt diaboli verba, et impiæ mentis inventa. Nam quod præceptum dare longe majoris providentiæ sit quam non dare, hinc palam est. Esto, Adam voluntate et animo tam negligenti, quam finis ostendit, nullum suscipiat mandatum, sed in deliciis persistat: num imbecillitas atque negligentia ex hujusmodi licentia ad meliora, an ad deteriora prorumpet? Liqueat profecto illum ad summum fastigium vitiorum evasurum, si absque cura sit. Nam si necdum de immortalitate securus, eamque spem dubiam

pendere non ignorans, in tantam arrogantiam atque amentiam elatus est, ut deus fieri speraret, istudque cum id promittentem nulla ex parte fidelem cerueret: si securam immortalitatem putasset, quo non progressus esset immortalitæ? quid non peccasset? quandonam Deo obtemperasset? Tu vero dum ista criminaris, idem profecto facis, ac si quis fornicationem prohibentem reprehenderet, ideo quod plurimi ista audientes fornicaturi essent. Nonne sunt hæc verba extremæ dementiæ? Si enim nullo mandato suscepto diabolus ad illum accedens recedere a Deo consuluisset, id illi facile persuasisset. Nam qui post acceptum mandatum præcipientem sic contempsit, si nihil ab illo penitus audisset, cito etiam se sub domino esse ignorasset. Idcirco mature Deus ex iis quæ præcipit, docet habere illum dominum, in cunctisque illi parere oportere. Et quid amplius hinc sequutum, inquirunt? Etiam si nihil aliud sequutum esset, non id docenti Deo esset imputandum, sed potius homini non suscipienti optimam hanc disciplinam. Verum ne sic quidem inutilis fuit, etiam post prævaricationem, præcepti exhibitio. Nonne illæ latebræ, illa confessio delicti, illa viri ad mulierem, mulierisque ad serpentem studiosa causæ traductio: illa, inquam, omnia metuentium sunt atque tremantium, Deique auctoritatem agnoscentium? Porro quantum lucri fuerit ex diabolica illa exspectatione in tantum timoris illos fuisse translatos, nullus ignorat. Qui enim æqualitatem cum Deo prius meditatus fuerat, ipse jam ita contrahabatur humiliter, ut pœnam cruciatumque metueret, ac peccatum confiteretur suum. At vero non absque sensu peccare, delictumque cito agnoscere, non parva res est, sed via quædam est atque principium ad emendationem atque mutationem in melius ducens. Omnem itaque in nos Dei benignitatem neque discere, neque narrare possibile est: eorum tamen quæ novimus, summam dicturus sum. Post talem enim inobedientiam, post tanta scelera, cum jam orbis totus tyrannide peccati premeretur, cum extrema jam luenda pœna esset, cum delendum omne mortalium genus, nomenque ipsum hominum merito exterminari posset, tunc vero maximum omnium beneficium nobis ostendit, Unigenitum suum pro inimicis, pro alienatis a se, pro se odio habentibus atque adversantibus morti tradens, sicque reconciliationem nostram operans, cælorumque regnum et æternam vitam, aliaque bona innumera nobis se daturum spondens, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt. Quid igitur huic providentiæ, huic clementiæ, huic bonitati comparari possit? Propterea et ipse dicebat: *Quantum distat cælum a terra, tantum distat via mea a viis vestris, et cogitatio mea a cogitationibus vestris (Isai. 55. 9)*. David quoque mitissimus, cum de clementia illius loqueretur, aiebat: *Secundum altitudinem cæli a terra corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum miseratus est Dominus timentibus se (Psal. 102. 11)*.

οὖν τοῦτο μόνον ἔχομεν εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ κατακλισμοῦ, κέρδος δὲ οὐδὲν εὐρήσομεν ἐξ αὐτοῦ γεγονός; Ἄλλ' οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αὐτοῖς καὶ τοῖς μετ' ἐκείνους γεγεννημένοις ὑπῆρξεν. Ἐκείνοι μὲν γὰρ περαιτέρω προελθεῖν τῆς κακίας ἐκωλύθησαν· εἰ δὲ μετ' ἐκείνους ἐκείνων μειζρώνας ἐκέρδανον, τῆς ζῆμης, ὡς ἂν τις εἴποι, καὶ τῆς ὑποθέσεως τῶν κακῶν ἀφανισθείσης ἐκ μέσου μετὰ τῶν τολμησάντων αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ χωρὶς παραδείγματος εὐκόλως δύναιντ' ἂν εὐρεῖν οἱ ἄνθρωποι τὰ κακὰ, τί οὐκ ἂν ἔπραξαν πολλῶν ὄντων τῶν παρακαλούντων αὐτοὺς ἐπὶ τὰς πράξεις τὰς πονηράς; Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, μὴδὲ τοσοῦτους διδασκάλους οἱ μετὰ ταῦτα φαυλοτήτος ἔχουσι, πάντας αὐτοὺς ἄρθρην ἀπέλασαν.

ε'. Ἄλλὰ τίς ὁ σοφὸς λόγος; μάλλον δὲ ὁ ἀνόητος, τῶν πρῶττειν μὲν οὐδὲν βουλομένων ἀγαθόν, πάντα δὲ ζητούντων καὶ λεγόντων, ἵνα τῶν οικείων ἀμαρτημάτων τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀγάγωσιν; Εἰ μὴ συνεχώρησε, φησὶν, ὁ Θεός, οὐδ' ἂν προσῆλθεν ὁ διάβολος, οὐδ' ἂν ἤπάτησε τὴν ἀρχήν. Ἄλλ' οὐδ' ἂν ἔμαθεν ὁ Ἀδάμ ὅσον εἶχεν ἀγαθόν, οὐδ' ἂν ἐκ τῆς ἀπονοίας ἐκείνης κατέβη ποτέ. Ὁ γὰρ τοσοῦτος ἑαυτὸν καταξίωσεν, ὡς καὶ θεὸς γενέσθαι προσδοκᾶν, τί οὐκ ἂν ἐτόλμησεν οὗτος, μὴ σωφρονισθεὶς; Θυμῶν δὲ μήτε συμβουλευκεῖναι τι τὸν διάβολον, μήτε ὅλως διειλέχθαι τῇ Εὐᾶ περι τοῦ ξύλου· ἄρα ἂν ἄπταιστοι διετέλεσαν μὴ γενομένου τούτου; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ὁ γὰρ ὑπὸ τῆς γυναικὸς οὕτως εὐκόλως ἀναπεισθεὶς, οὗτος καὶ διαδόλου οὐκ ὄντος ταχέως ἂν ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ἀμαρτίαν κατέπεσεν· ὁ καὶ μείζω ἂν αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐποίησε. Χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ νῦν τῆς τοῦ διαδόλου μόνον ἀπάτης τὸ πᾶν ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς οικείας ἐπιθυμίας ἀλούσα κατέπεσεν ἡ γυνή. Καὶ τοῦτο ἡ Γραφή παρεδήλωσεν εἰποῦσα· *Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρώσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὄραϊον τοῦ κατανοῆσαι καὶ λαθοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε.* Καὶ οὐ τὸν διάβολον ἀπαλλάττων τῶν τῆς ἐπιβουλῆς ἐγκλημάτων ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰ μὴ [166] ἐκόντες κατέπεσον, οὐδεὶς ἂν αὐτοὺς κατέβαλεν. Ὁ γὰρ τὴν παρ' ἑτέρου δεξάμενος ἀπάτην οὕτως εὐκόλως, οὗτος καὶ πρὸ τῆς ἀπάτης βράθυμος καὶ χαύνως διέκειτο· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔσχυσε τοσοῦτον ἐκεῖνος, εἰ νηφούση καὶ ἐγρηγορούσῃ διελέγετο ψυχή. Ἄλλ' εἰσὶ τινες οἱ, ἔπειδ' ἂν κατὰ τοῦτο διελεγχθῶσι τὸ μέρος, τὸν διάβολον ἀφέντες ἐπὶ τὴν ἐντολὴν μεταβαίνουσι, καὶ τοῦ μὲν ἡμαρτηκότος ἀπέχονται, ἐγκαλοῦσι δὲ τῷ Θεῷ λέγοντες, *Τί γὰρ ἐδίδου πρόσταγμα, ἀμαρτήσοντας αὐτοὺς εἰδώς;* Καὶ ταῦτα δὲ ἔστι διαδόλου τὰ ῥήματα καὶ ἀσεβοῦς ἐνοίας· εὐρήματα. Ὅτι γὰρ καὶ τὸ δοῦναι τὴν ἐντολὴν μειζρόνος κηδεμονίας ἔστιν, ἢ τὸ μὴ δοῦναι, ὅηλον ἐκεῖθεν. Ἔστω γὰρ ὁ Ἀδάμ τὴν μὲν προαίρεσιν ἔχων οὕτω βράθυμον, ὡς τὸ τέλος ἀπέδειξε, δεχέσθω δὲ μηδεμίαν ἐντολήν, ἀλλὰ μενέτω τρυφῶν· ἄρα ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ βράθυμία ἀπὸ τῆς ἀνέσεως ταύτης ἐπὶ τὸ χεῖρον ἢ ἐπὶ τὸ κρείττον ἐπέδωκεν ἂν; Ἄλλὰ παντὶ που ὅηλον, ὅτι πρὸς ἐσχάτην ἂν κατέπεσε κακίαν, ἀφροντις ὤν. Ὁ γὰρ μηδέπω θάρβειν ὑπὲρ τῆς ἀθανασίας ἔχων, ἀλλ' ἔτι μετέωρον τὴν ἐλπίδα ταύτην οὖσαν εἰδώς, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἀλαζονείας καὶ ἀνοίας ἄρβεις, ὡς καὶ ἐλπίσαι γενέσθαι θεός, καὶ ταῦτα οὐδαμῶθεν τὸν ταῦτα ἐπαγγειλάμενον πιστὸν ὄρων· εἰ βεβαίαν ἔσχε τὴν ἀθανασίαν, ποῦ οὐκ ἂν

* Morel. ἀσεβοῦς ἐνοίας. Savill. ἀσεβοῦς διανοίας.

ἐφθασεν ἀπονοίας; τί δὲ οὐκ ἂν ἐξήμαρτε; πότε δὲ ἂν ὑπῆρχουσε τοῦ Θεοῦ; Σὺ δὲ παρόμοιον ποιεῖς ἐγκαλῶν, ὡσπερ ἂν εἰ τις καὶ τὸν πορνεῦειν ἀπαγορεύοντα μέμφοιτο, ἔπειδ' οἱ ταῦτα ἀκουσόμενοι πορνεύειν ἐμελλον. Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα μανίας τὰ ῥήματα; Εἰ γὰρ μὴ δεξαμένῳ τὴν ἐντολήν προσελθὼν ὁ διάβολος ἀποστήναι τοῦ Θεοῦ συνεβούλευσε, καὶ τοῦτο εὐκόλως ἂν ἔπεισεν· ὁ γὰρ μετὰ τὴν τοῦ προστάγματος δόσιν καταφρονήσας τοῦ δεδωκότος αὐτῆ, εἰ μὴδὲν ὅλως ἠκηκόει παρ' αὐτοῦ, ταχέως ἂν ὅτι καὶ ὑπὸ δεσπότην ἔστιν ἠγνόησε. Διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ Θεός δι' ὧν προσέταξεν, ἐδίδαξεν ὅτι καὶ κύριον ἔχει, καὶ πάντα ἠπακοῦειν αὐτοῦ δεῖ. Καὶ τί πλέον ἀπὸ τούτου γέγονε; φησὶ. Μάλιστα μὲν, εἰ καὶ μὴδὲν ἐγεγονέι, οὐδὲν τοῦτο παρὰ τὸν δεδάξαντα Θεόν, ἀλλὰ παρὰ τὸν μὴ δεξάμενον τὴν καλλίστην ταύτην παιδείυσιν· νῦν δὲ οὐδὲ οὕτως ἀνόητος γέγονε καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἢ δόσιν τῆς ἐντολῆς. Καὶ γὰρ τὸ κρυβῆναι, καὶ τὸ τὴν ἀμαρτίαν ὁμολογήσαι, καὶ τὸ σπουδάζειν τὸν μὲν ἄνδρα ἐπὶ τὴν γυναῖκα, ἐκείνην δὲ ἐπὶ τὸν ὄφιν τὴν αἰτίαν τῶν γεγεννημένων μεταγαγεῖν, δεδοικότες ἔστι καὶ τρεμόντων καὶ τὸ κύριος ἐπεγνωκότων τοῦ Θεοῦ. Ὅσον δὲ κέρδος ἦν ἀπὸ τῆς σατανικῆς ἐκείνης προσδοκίας εἰς τοσοῦτον μετατεθῆναι φόβον, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Ὁ γὰρ ἰσοθεῖαν φαντασθεὶς, αὐτὸς οὕτως ἐταπεινοῦτο καὶ συνεστέλλετο, ὡς ὑπὲρ τιμωρίας καὶ κολάσεως τρέμειν, καὶ τὴν ἀμαρτίαν ἐξαγγέλλειν τὴν αὐτοῦ. Τὸ δὲ μὴ ἀμαρτάνειν ἀνεπαισθήτως, ἀλλ' ἐπιγινώσκειν ταχέως καὶ συνορᾶν τὸ πλημμεληθῆν, οὐκ ἔστι μικρὸν, ἀλλ' ὁδός τις καὶ ἀρχὴ πρὸς διόρθωσιν ἄγουςα καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρείττον μεταβολήν. Πᾶσαν μὲν οὖν τοῦ Κυρίου τὴν [167] εἰς ἡμᾶς ἀγαθότητα οὕτε μαθεῖν οὕτε διηγήσασθαι δυνατόν· ὧν δὲ ἴσμεν τὸ κεφάλαιον ἔρω. Μετὰ γὰρ τὴν τοσαύτην παρακοήν, μετὰ τοσαῦτα ἀμαρτήματα, ὅτε πᾶσαν κατέσχε τὴν οἰκουμένην ἢ τῆς ἀμαρτίας τυραννίς, ὅτε τὴν ἐσχάτην εἶδει δοῦναι δίκην λοιπὸν, καὶ ἀπολέσθαι παντελῶς, καὶ ἀνώνημον τὸ τῶν ἀνθρώπων γενέσθαι γένος, τότε τὴν μεγίστην περὶ ἡμᾶς εὐεργεσίαν ἐπέδειξετο, ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καὶ ἀπηλλοτριωμένων καὶ μισούντων αὐτὸν καὶ ἀποστρεφόμενων τὸν Μονογενῆ κατατράφας τὸν ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τούτου τὴν πρὸς αὐτὸν καταλλαγὴν ἐργασάμενος ἡμῖν, καὶ βασιλεῖαν οὐρανῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ τὰ μυρία ἐπαγγειλάμενος δώσειν ἀγαθὰ, ἃ μήτε ὀφθαλμοὶ εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Τί ταύτης ἂν γένοιτο τῆς κηδεμονίας ἴσον, τῆς φιλάνθρωπίας, τῆς ἀγαθότητος; Διὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς φησι· *Καθὼς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματά μου ἀπὸ τῆς διανοίας ὑμῶν.* Καὶ ὁ πρῶστος δὲ αὐτὸ περὶ τῆς φιλάνθρωπίας αὐτοῦ διαλεγόμενος φησι· *Κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταιώσῃς Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατλαλα ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν· καθὼς οἰκτερεῖ πατὴρ υἱούς, φηκτεῖρησ Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν· οὐχ ὅτι τοσοῦτον μόνον, ἀλλ' ὅτι*

παράδειγμα τῆς ἄκρας φιλοστοργίας; ἕτερον μείζον οὐκ ἴσμεν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τούτου πλεονὸν ὁ Ἡσαίας ἐδίδαξε· τὴν γὰρ μητέρα εἰς τὸ ὑπόδειγμα παραλαβὼν τὴν πολλὴν τοῦ πατρὸς συμπαιθεστέραν πρὸς τὰ ἔκγονα οὖσαν, οὕτως λέγει· *Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο ταῦτα γυνή, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι σου, λέγει Κύριος·* δεικνύς ὅτι καὶ τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας ἀνώτερός ἐστιν ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ προφῆται, τοῖς δὲ Ἰουδαίοις αὐτὸς διαλεγόμενος ἔλεγεν ὁ Χριστός· *Εἰ δὲ ὑμεῖς ποιηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσω μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;* οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνων διὰ τούτων, ἀλλ' ἢ ὅτι ὅσον τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν πονηρῶν τὸ μέσον ἐστὶ, τοσοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας πέρυς τὴν πατρικὴν τὸ διάφορον. Καὶ μὴδὲ μέχρι τούτου πάλιν στής, ἀλλὰ τῷ νῦν καὶ περαιτέρω πρόϋθι· καὶ γὰρ καὶ τούτο, ὅσον ἀκοῦσαι σε δυνατὸν, εἴρηται· οὐ γὰρ ἢ σύνεσις· ἀπειρος καὶ ἡ ἀγαθότης, δηλονότι καὶ ἡ φιλοανθρωπία. Εἰ δὲ μὴ καθ' ἕκαστον τῶν γινομένων αὐτὴν ὑποπτέουμεν, καὶ τοῦτο τῆς ἀπειρίας αὐτῆς σημεῖον. Πολλὰ γὰρ καὶ μέγала καθ' ἕκαστην ἡμέραν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας οἰκονομεῖται, ἀ αὐτῷ μόνη ἐστὶ φανερά. Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀγαθότητα τὸ ἡμέτερον γένος εὐεργετῆ, οὔτε δὲ τῆς παρ' ἡμῶν δόξης δεόμενος, οὔτε ἀμοιβῆς χρήζων τινὸς ἐτέρας, τὰ πλείονα ἀρτῆσι λανθάνειν ἡμᾶς· εἰ δὲ ποτε καὶ ἀποκαλύψει, καὶ τοῦτο ἡμῶν ἔνεκεν ποιεῖ, ἵνα εὐχαριστωσὶ διατεθέντες πλείονα ἐπισπασώμεθα τὴν βοήθειαν. Μὴ τοίνυν ὑπὲρ τούτων μόνον ὡν ἴσμεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἴσμεν εὐχαριστώμεν αὐτῷ· οὐ [168] γὰρ ἐκόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄκοντας οἶδεν εὖ ποιεῖν. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος εἰδὼς πάντοτε καὶ ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖν παρῆκει. Ὅτι δὲ οὐ κοινῆ πάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ ἐκάστου κηδεταί, καὶ τοῦτο αὐτοῦ πάλιν ἀκούειν λέγοντος ἐστίν· *Οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἰς τῶν μικρῶν τούτων* περὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν λέγων. Βούλεται μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ σωθῆναι μεταβαλλομένους καὶ πιστεῦσαι πάντας, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος φησιν· *Ὅς θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθειν·* καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν· *Οὐκ ἤλθον καλεῖσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν·* καὶ, πάλιν διὰ τοῦ προφῆτου, *Ἐλεον θέλω, καὶ οὐ θυσιαν.* Ὅταν δὲ μὴδὲ τοσαύτης ἐπιμελείας ἀπολαύσαντες ἐβελήσωσι γενέσθαι βελτίους, καὶ ἐπιγνώσιν τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς ἀφίστην· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς οὐρανόου ζωῆς ἑαυτοὺς ἐκόντες ἀπεστέρησαν, τὰ γοῦν εἰς τὸν παρόντα βίον αὐτοῖς ἅπαντα χορηγεῖ, τὸν ἥλιον ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα τὰ πρὸς τὴν σύστασιν τῆς παρουσίας παρέχων ζωῆς. Εἰ δὲ ἐχθρῶν τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν κατὰ δύναμιν τὴν αὐτῶν πῶς περιώφεται ποτε; Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐν πλείονι πάντων τούτους ἔχει σπουδῆ· *Ἰμῶν γὰρ, φησὶ, καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσι ἠριθμημέναι εἰσίν.*

• a Sie Savillus, atque ita legit interpres Latinus. Morel. vero Θεοῦ γὰρ ἢ σύνεσις. Mox Morel. et Savillus in margine αὐτὴν ὑποπτέουμεν, Savil. in textu αὐτὴν ἐνοοῦμεν.

ς'. Ὅστε ὅταν ἐνοήσῃς ὅτι πατέρα, καὶ οἰκίαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς, καὶ πλοῦτον ἄφατον, καὶ δόξαν πολλὴν ῥίψας ἀπὸ τῶν χειρῶν διὰ τὸν Χριστὸν, εἶτα τοσαύτην θλίψιν ὑπομένεις νῦν, μὴ καταβάλλῃς σαυτὸν· ἐξ ὧν γὰρ ἡ ἀπορία τίκτεται λογισμῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἡ τῆς ἀπορίας ἡμῖν ἔσται λύσις. Πῶς; Ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεόν· ἐπηγγεῖλατο δὲ τοῖς ταῦτα καταλιποῦσι ζωὴν αἰώνιον. Κατέλιπες δὲ σὺ πάντα καὶ διέπτυσας· τί οὖν ἐστὶ λοιπὸν τὸ κωλύον σε θαρβεῖν ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως; ὁ κατέχων σε πειρασμὸς νῦν; Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν; Οὐ γὰρ ἐνταῦθα τὴν αἰώνιον ἡμῖν ἐπηγγεῖλατο ζωὴν· εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα τὰ τῆς ἐπαγγελίας πληροῦσθαι ἐμελλεν, οὐδὲ οὕτως ἀσχάλλειν ἐχρῆν· τὸν γὰρ εὐλαβῆ καὶ πιστὸν ἄνδρα οὕτω βεβαίως διαχεισθαι χρὴ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ ἐναντία αὐταῖς φαίνηται τὰ γινόμενα, μὴδὲ οὕτω ταράττεσθαι, μὴδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἔκβασιν. Ὅρα γοῦν· ὁ πιστὸς Ἀβραάμ τίνα μὲν ὑπόσχεσιν ἐδέξατο, τίνα δὲ πράττειν ἠναγκάζεται; Ἡ μὲν ὑπόσχεσις ἦν ἀπὸ τοῦ Ἰσαὰκ πᾶσαν ἐμπλήσειν τὴν οἰκουμένην, τὸ δὲ πρόσταγμα, αὐτὸν τούτον καταβῆσαι τὸν Ἰσαὰκ, ἐξ οὗ ἐμελλε πᾶσα πληροῦσθαι ἡ γῆ. Τί οὖν; ἐθοροῦβει τοῦτο τὸν δίκαιον; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ τοσαύτης διαφωνίας οὐσης καὶ μάχης τῇ κελεύσει πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκ ἐταράχθη, οὐδὲ ἰλιγγίασεν, οὐδὲ εἰπέ τι τριούτου ἐκείνος· Ἔτερα ἐπηγγεῖλατο, καὶ ἑτέρα με πράττειν ἀναγκάζει νῦν ὁ Θεός· ἀπὸ τοῦ παιδὸς τούτου τὸ πολὺ μοι τῶν ἐκχόνων ὑπέσχετο πλῆθος, καὶ τούτον κατασφάζει κελεύει νῦν· πῶς οὖν τοῦτο ἔσται, τῆς βέζης ἐκκεκομμένης; Ἡπάτησέ με ὁρα. καὶ διέπειξεν. Οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνενόησε· [169] καὶ μάλα γε εἰκότως. Ὅταν γὰρ Θεὸς ὁ ὑπισχνούμενος ἦ, καὶ μυρία δοκῆ τὴν ἐπαγγελίαν ἀναιρεῖν, οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι περὶ τοῦ τέλους οὐδὲ ἀμφισβητεῖν. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔργον ἐστὶ, πόρον ἐκ τῶν ἀπόρων εὐρεῖν, καθάπερ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐλογίζετο. Διὸ περ αὐτοῦ κατεπλάγη τὴν πίστιν ὁ Παῦλος, οὕτως εἰπὼν· *Πιστεῖ προσεηγήροχεν Ἀβραάμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος,* καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος· αὐτὰ δὲ ταῦτα ἐμφαίνων καὶ αἰνιττόμενος, ἄπερ εἶπον ἐγὼ νῦν.

Οὐκ ἐκεῖνος δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου πάλιν ἀπόγονος Ἰωσήφ διὰ μακροῦ χρόνου καὶ πολλῶν πραγμάτων κινδυνεύουσαν ὁρῶν τὴν ἐπαγγελίαν, ἔμενον ἀκλήνης· πρὸς γὰρ τὸν ἐπαγγεῖλόμενον ἔπρα μόνον· εἰ δὲ εἰς ἀνθρωπίνους κατέπεσε λογισμοὺς, καὶ ἀπέγνω τοῦ τέλους. Ἡ μὲν γὰρ δειχθεῖσα ὕψις αὐτῷ καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν γεννησαμένων τὴν προσκύνησιν προῦλεγε· τὰ δὲ γινόμενα οὐ τοιαῦτα ἦν, ἀλλὰ πολλῶν τούτων ἀπέχοντα. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὶ οἱ προσκυνεῖν μέλλοντες εἰς λάκκον αὐτὸν ἐμβάλλουσι, καὶ ἀνδράσιν ἀποδόμνοι βαρβάρους εἰς ἄλλοτριαν καὶ πόρβω κειμένην πέμπουσι γῆν· καὶ οὕτως ἐναντία τοῖς δειχθεῖσιν ἐδόκει τὰ γινόμενα εἶναι, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀθλίους ἐκείνους διαχλευάζειν αὐτὸν καὶ λέγειν· *Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ ἐνυπνιαστής ἐκεῖνος ἐρχεται· νῦν οὖν δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν, καὶ ῥίψωμεν αὐτόν εἰς ἕνα τῶν λάκκων, καὶ ἐροῦμεν·* *Θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτόν·* καὶ

non parem solum amorem indicans, sed quia summa dilectionis exemplum aliud non novimus. Illo tamen exemplo majus aliud profert Isaias, nempe matris quæ misericordia erga prolem patrem superare solet, sic loquens: *Numquid obliviscetur mulier infantuli sui, ut non misereatur filio uteri sui? Sed et si illa oblita ejus fuerit, ego tamen tui non obliviscar, dicit Dominus (Isai. 49, 15)*: ostendens Dei misericordiam affectus omnes naturales longissime excedere. Et prophetæ quidem sic: ipse autem Christus, cum Judæis loqueretur, aiebat: *Si autem vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester celestis dabit bona petentibus se (Matth. 7. 11)*? nihil profecto aliud per ista significans, nisi tantam esse divinæ providentiæ et gubernationis paternæ differentiam, quantum interest inter bonos et malos. Verum neque hactenus stes velim, sed mente ad ulteriora progredere. Nam id quoque pro captu et modo tuo dictum est: quippe cujus intelligentia est infinita, et bonitas similiter atque clementia erga homines. Quod si hanc per singula quæ fiunt non perspicimus, et hoc signum illius infinitatis est. Plurima enim et magna quotidie pro nostra salute disponit, quæ ipsi soli sunt cognita. Quia enim bonitatis suæ gratia generi nostro bona largitur, nihil nostris indigens laudibus, nullaque alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed et si aliquando hæc revelat, et illud nostræ utilitatis causa facit, ut gratias illi semper habentes, amplius nobis attrahamus illius auxilium. Non igitur de his solum quæ novimus, sed de iis etiam quæ nescimus, gratias illi referamus: neque enim volentes solum, verum invitos quoque beneficiis consuevit afficere. Quod Paulus cum sciret, semper et in omnibus gratias agere monebat. Quod autem non communiter solum omnium curam gerit, sed seorsum singulorum, ipsum audias licet dicentem: *Non est voluntas coram Patre meo qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis (Matth. 18. 14)*, de iis dicens, qui in illum credunt. Cupit ipse quidem et eos qui non credunt salvos fieri, mutarique in melius, et credere, sicut Paulus ait: *Qui vult omnes salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (1. Tim. 2. 4)*. Et ipse ad Judæos: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam (Matth. 9. 13)*; et per prophetam, *Misericordiam volo, et non sacrificium (Osee 6. 6)*. At vero si post tantæ curæ ac providentiæ fruitionem noluerint meliores fieri, veritatemque agnoscere, ne sic quidem illos deserit, sed quoniam æternæ vitæ participatione ipsi se sua sponte privarunt, vel præsentis vitæ bonæ illis omnia largitur, solem suum oriri faciens super bonos et malos, et pluens super justos et injustos, aliaque præstans quæ ad præsentis vitæ statum pertinent. Quod si inimicis quoque tanta cura prospicit, fideles suos, et qui totis ei viribus serviunt, quomodo umquam contemnet? Non ita, non ita est; verum istos maxime ex omnibus fovet. *Vestros enim, inquit, et capilli capiti omnes numerati sunt (Luc. 12. 7)*.

6. *Promissis Dei credendum.* — Quoties ergo tibi in mentem venit parentes te, et patriam, domum, amicos, propinquos, opesque innumeratas, et gloriam illam ingentem abjecisse propter Christum, deindeque hujusmodi vexationem pati, noli dejicere teipsum. Nam ex quibus cogitationum hæsitatio gignitur, ex eisdem rursus solvetur. Quonam modo? Impossibile est mentiri Deum (*Hebr. 6. 18*): promisit autem ille vitam æternam istis relinquentibus. Reliquisti tu omnia ista, et abjecisti: quid igitur prohibet de hujusmodi confidere promissione? num ea qua nunc probaris tentatio? Et hæc ad promissionem quid? Non enim hic æternam repro-misit vitam: imo vero si in terris quoque ejusmodi promissio implenda esset, ne sic quidem ægre ferre debueras, siquidem fidelem ac religiosum virum adeo constanter et firmiter promissa Dei tenere convenit, ut quantumlibet effectus contrarios aspiciat, ne sic quidem perturbetur, neque desperet eventum. Intuere denique cujusmodi pollicitationem fidelis Abraham acceperit, et qualia facere sit jussus. Nam promissio quidem erat, ex Isaac implendum esse orbem universum, jussio autem hunc ipsum Isaac immolare urgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? istudne perturbavit justum virum? Minime vero, imo cum tanta dissonantia et repugnantia esset præcepti cum promisso, non turbatus est, neque hæsitavit, neque aliquid hujusmodi loquutus est: Alia promisit mihi Deus, alia facere jubet: ex puero isto nepotum ingentem multitudinem mihi promiserat, et hunc ipsum modo necare mihi præcipit? quomodo igitur hoc erit excisa radice? Fefellit me igitur atque delusit. Nihil prorsus hujusmodi loquutus est, sed ne cogitavit quidem: et merito sane. Cum enim Deus aliquid pollicitus fuerit, etiamsi millia sint quæ pollicitationem tollere videantur, turbari minime convenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime Dei potentiam commendat, dum in rebus ambiguis exitum reperit; sicuti tunc beatus ille secum reputabat. Quocirca fidem illius maxime admirans Paulus, aiebat: *Fide obtulit Abraham Isaac dum tantaretur (Hebr. 11-17)*, unigenitumque offererat is, qui promissiones acceperat: hæc ipsa scilicet iusinuans atque subindicans, quæ nunc a me sunt dicta.

Josephi exemplo rem illustrat. — Non modo autem ipse, verum ipsius quoque pronepos Joseph, cum per longum tempus et varios casus promissionem periclitari perspiceret, immobilis perstitit: sola enim promissa intuebatur. Quod si humanis cogitationibus locum dedisset, de fine desperasset. Nam ostensa sibi visio et fratrum et parentum adorationem pollicebatur: quæ vero illi contingebant, non erant hujusmodi, sed ab his longissime remota. Primum enim illi ipsi fratres, quos se præviderat adoraturos, in lacum illum injiciunt, ac barbaris hominibus venditum in alienam ac remotissimam regionem emittunt, atque adeo contraria promissis ea quæ contingebant videbantur, ut miseri illi subsannantes eum dicerent: *Ecce somniator ille venit: nunc ergo venite, occidamus eum, et projiciamus in lacum, dicemusque: Fers pessima devoravit eum; et vidabimus quid somnia sua*

ipsi proderunt (Gen. 37. 19. 20). Postea vero ii, qui illum emerant, non saltem libero homini, sed servo illum regio vendunt iterum. Neque hactenus adversa steterunt, sed in dominæ calumniam incidit, damnatusque carcerem annos plurimos habitat, et effugientibus cæteris, ampliore illic tempore ipse perdurat. Cumque tanta essent quæ illius animum perturbare possent, constans tamen perseverat. Ejusmodi vero etiam nostra sunt, imo vero longe perplexiora. Quæ enim promissa sunt nobis, regnum cælorum, et vita æterna, et incorruptio, et infinita sunt bona; quæ autem interim contingunt, valde ab his remota atque aliena sunt: mors scilicet et corruptio, pœna et supplicium, et tentationes variæ ac frequentes. Cujus ergo rei gratia hoc facit Deus, permittitque contraria promissis advenire? Nimirum ut ex hoc duo maxima bona eliciat: ex altero certissimum potentiæ ipsius argumentum præbens, quod scilicet possit desperatissima promissa sua spe atque opinione melius perficere, ex altero autem nostros animos erudiens, ut in cunctis ipsi credamus, etsi dictis facta contraria videantur emergere. Nam spei virtus ejusmodi est, ut cum qui sincere illi adhæreat, nunquam confundi permittat. Si enim ii, qui promissa in hoc sæculo acceperunt, ita insigniter affecti sunt, multo magis id nos facere necesse est, qui non in præsentī vita, sed in aliis sæculis honorum exitum exspectamus. In hoc enim sæculo pressuras nobis angustiasque promisit. Quid ergo est quod te perturbet? qua ratione suspecta habeas promissa Dei? Nam cum dicis te ab eo negligi, cujus causa mundum omnem despexisti, liquido ostendis te illi non credere, eumque suspectum habere, fallacemque promissionem ejus existimare. Id autem vere est a dæmone corripī, ac gehennæ ignem provocare. Sed sunt qui sæculi negotiis dediti quiete vivunt. Et istud quoque prædixit Christus: *Amen, amen dico, inquit, vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit* (Joan. 16. 20). Sed et in prioribus generationibus Babylonii cum Deum ignorarent, opibus, potentia et gloria pollebant; Judæi vero captivitate, servitute, extremisque calamitatibus premebantur. Et Lazarus ille (Luc. 16), qui regno cælesti dignus, ulceribus plenus canum linguis erat expositus, atque perpetuo cum fame pugnabat: dives vero in honore ac frequenti satellitio et requie et deliciis vitam ducebat. Verum ut huic nihil apud inferos illa omnia profuere: ita nec Lazaro fames aut ulcera, quo minus probe viveret, obsiterunt, sed veluti quidam athleta fortis in æstu gravissimo et algore luctans, et vicit et coronatus est. Quocirca vir quidem sapiens aiebat: *Fili, si accedas ad servitatem Domini, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum et sustine, et ne festines in tempore inductionis* (Eccli. 2. 1. 2). Et post pauca: *Quoniam, inquit, igne probatur aurum, homines vero acceptabiles in fornace humiliationis* (1b. v. 2). Rursumque alio loco scriptum est: *Fili, noli negligere disciplinam Dei, neque deficias cum ab eo corripieris* (Prov. 3. 11). Qui enim aurum in fornacem mittit, novit quatenus illud

incendi, et quando ex igne oporteat educi. Ideoque hic quidem ait: *Ne festines in tempore inductionis: Salomon autem hoc ipsum docens, Neque deficias, inquit, cum ab eo corripieris*. Magnum quid revera, magnum, inquam, pressura est ad virum spectabilem efficiendum, atque ad docendum patientiæ virtutem. Quid ergo, inquires, si illius nos magnitudo evertat atque dejiciat? *Fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari supra quam possumus, sed faciet cum tentatione exitum, ut possimus sustinere* (1. Cor. 10. 13). Nam si ex dilectione correptio, ex odio vero derelictio est, neque ejusdem est quempiam simul et amare et odisse, neque corrivere simul et derelinquere. Quomodo ergo, inquires, multi corruerunt? Seipsos illi Deo privaverunt, non autem a Deo derelicti sunt. *Ecce enim, inquit, qui elongant se a te peribunt* (Psal. 72. 27). Elongant se vero a Deo qui correctiones illius non sustinent, sed irascuntur atque indignantur; ac veluti perversi filii, cum a patribus traditi magistris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentum aspectus declinant, nihil inde lucrantur, sed gravioribus incommodis se implicant, atque in aliqua regione famis et erroris ac morborum ignominiaque et servitutis ærumnas subire coguntur: ita et qui Dei disciplinam non grato animo tolerant, indignanturque et graviter ferunt, præterquam quod nihil ex ea lucrantur, summis se calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, et dirigere cor nostrum. At multo graviora te perpeti dices. Ne pædotribæ quidem omnes æqualiter atque eodem modo exercent, sed imbecillioribus imbecilles, fortioribusque sui similes tradunt. Nam qui suis viribus minorem antagonistam fuerit nactus, etiamsi tota die illi congre diatur, inexercitatus tamen permanet. Cur ergo, inquires, non omnes qui eandem elegerunt vitam, eisdem etiam laboribus certare facit? Quia non una apud Deum est exercitationis species, neque omnes eisdem opus habent, etiamsi in eodem vitæ genere sint: quippe et plurimi cum eisdem morborum incommodis laborent, non eisdem tamen indigent medicamentis, sed alia quidem istis, alia illis apponuntur. Atque adeo et flagellorum modi varii sunt atque differentes, et alius quidem morbo diurno probatur, alius gravissima inopia, vi atque injuria alius: hunc juges atque perpetuæ liberorum propinquorumque cæterorum mortes excruciant, hicque ab omnibus abjicitur, nulliusque rei dignus æstimatur: ille quod de iis accusetur, quorum nihil sit sibi conscius, malæque famæ pondus ferat: atque alius aliter affigitur. Neque enim possibile est omnia nunc ad amussim numerare. Videntur autem tibi horum singula, si tuis ærumnis conferantur, levia ac nulla esse: verum tu si hæc expertus esses, addisceres profecto id, quod nunc te angit, his omnibus tolerabilius esse. Sed et si qui sunt, quorum sit levior quam nostra castigatio, non ideo perturbemur: nam adjectio laborum incrementum præmiorum est ac firmissimum munimen nostrum, quo freti nunquam sive sponte, sive etiam invitī corruamus: namque tumorem comprimit, ne-

ὀφθόμεθα τί ἐστὶν τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ πριάμενοι οὐδὲ ἐλευθέρῳ τινί, ἀλλὰ δούλῳ πάλιν αὐτὸν ἀποδίδονται βασιλικῶ. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τὰ δεινά· ἀλλὰ συκοφαντία δεσποίνης περιπεσὺν καὶ κατακριθεὶς ῥυκε τὸ δεσμωτήριον ἔτη πολλά, καὶ διαφυγόντων ἐτέρων, αὐτὸς πλεονα χρόνον μένει ἐκεῖ. Καὶ τοσοῦτων βυτων πῶν δυναμένων τὴν ἐκείνου θορυβῆσαι ψυχῆν, ἔμενε τοῦτοις ἅπασιν ἀπερίτρεπτος. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ τούτων ἀπορώτερα. Ἄ μὲν γὰρ ἐπηγγεῖλατο, βασιλεία οὐρανῶν, καὶ αἰώνιος ζωὴ, καὶ ἀφθαρσία, καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ· τὰ δὲ γινόμενα τέως καὶ συμβαίνοντα πολὺ τούτων ἀφέστηκε· θάνατος γὰρ ἐστὶ καὶ φθορὰ καὶ τιμωρία καὶ κόλασις καὶ θλίψεις διάφοροι καὶ συνεχεῖς. Τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Θεὸς τοῦτο ποιεῖ, καὶ τὰ ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις ἐκθῆναι συγχωρεῖ; Δύο τὰ μέγιστα κατορθῶν, ἔν μὲν, τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τεκμήριον ἀναμφισβήτητον παρέχων ἡμῖν, ὅτι καὶ ἐξ ἀπεγνωσμένων δύναται· ἂν εἰς πέρας τὰς ὑποσχέσεις ἀγαγεῖν. Ἔτερον δὲ, τὴν ἡμετέραν παιδεύων ψυχὴν πάντα πιστεύειν αὐτῷ, κἂν ἐναντία τοῖς εἰρημένους τὰ γινόμενα φαίνηται. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἐλπίδος ἰσχύς· οὐ καταπίσχυει τὸν ἀντεχόμενον αὐτῆς εἰλικρινῶς. Εἰ γὰρ οἱ τὰς ὑποσχέσεις ἐνταῦθα λαθόντες οὐκ ὀκνηθῆσαν, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν χρή, τοὺς οὐ κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀλλ' εἰς ἐτέρους αἰῶνας προσδοκῶντας τὴν ἔκβασιν τῶν χρηστών. Ἄ γὰρ ἐνταῦθα προσέειπε, θλίψις ἐστὶ καὶ στενοχωρία. Τί οὖν ἐστὶ σε τὸ θορυβοῦν; πῶθεν τὴν ὑπόσχασιν [170] ὑποπτέυεις τοῦ Θεοῦ; Τὸ γὰρ καταφρονῆσαι μὲν δι' αὐτὸν τοῦ κόσμου παντός, λέγειν δὲ πάλιν ἡμεληθῆσαι παρ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἔτερον ἐστὶν ἢ ἀπιστοῦντος καὶ ὑποπτέουτος, καὶ ἀπάτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκείνην εἶναι νομίζοντος· ὅπερ ἀληθῶς ἐστὶ δαιμονῶν, καὶ τὸ τῆς γενένης προκαλεῖσθαι πῦρ. Ἄλλ' εἰσὶ τινες οἱ βιωτικῶς ἐνστρεφόμενοι πράγμασι, ἐν ἀνέσει διάγουσι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προσέειπεν ὁ Χριστὸς· Ἀμῆν γὰρ, ἀμῆν λέγω ὑμῖν, φησὶν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνηστέε ὑμεῖς· ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται. Καὶ ἐπὶ τὴν πρότερον δὲ γενεὴν Βαβυλωνίως μὲν οἱ μὴδὲ τὸν Θεὸν εἰδότες, ἐν πλοῦτι καὶ δυναστείᾳ ἦσαν καὶ τιμῇ, Ἰουδαῖοι δὲ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ δουλείᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς. Καὶ Λάζαρος μὲν ὁ τῶν οὐρανῶν ἄγιος καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐκεῖ, εἰλωμένος ταῖς τῶν κυνῶν προέκειτο γλώτταις, λιμῶ μαχόμενος διηγεκεῖ· ὁ δὲ πλούσιος ἐν τιμῇ καὶ δορυφορίᾳ καὶ ἀνέσει καὶ τρυφῇ· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν οὔτε οὗτος ἐν τῇ γενένη τούτων ἀπάνωτο, οὔτε Λάζαρος ἀπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν τραυμάτων εἰς τὴν ἀκριβειαν δὲ παρόντος παρεδράθη βίου· ἀλλ' ὡσπερ τις γενναῖος ἀθλητῆς, ἐν αὐχμῶ καὶ πνίγει βαρυτάτῃ παλαιῶν, καὶ ἐνίκησε καὶ ἐσταφανώθη. Διὰ τοῦτο καὶ τις σοφός^a φησὶ· *Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ, ἐταίμασον τὴν ψυχὴν σου εἰς πειρασμόν· ἐβθουρν τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν δι, Ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσός, καὶ ἀνθρωποὶ δεκτοὶ ἐν καιρῷ ταπεινώσεως. Καὶ πάλιν ἀλλαχού λέγει· *Τέκνον, μὴ ὀλιγώρῃς παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ὅ γὰρ τὸ χρυσὸν εἰς τὴν κάμινον ἐμβάλλων οἶδε καὶ μέχρι τίνος αὐτὸ πυρωθῆναι^b δεῖ, καὶ πότε ἀνασπασθῆ-**

ναι. Διὰ τοῦτο οὗτος μὲν φησὶ· *Μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Ὅ δὲ Σολομὼν αὐτὸ τοῦτο διδάσκων ἔλεγε· *Μὴ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.* Μέγα γὰρ ἡ θλίψις, μέγα πρὸς τὸ δοκιμῶν ἐργάσασθαι ἄνδρα, καὶ παιδεύσαι τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀρετὴν. Τί οὖν, φησὶν, ἂν περιτρέψῃ^c καὶ καταβάλλῃ διὰ τῆς ὑπερβολῆς; *Πιστὸς ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἔδωκε ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύναμέθα, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπερηκεῖν.* Εἰ γὰρ ἐξ ἀγάπης μὲν ἡ παιδεία, ἡ δὲ ἐγκατάλειψις ἀπὸ μίσους, οὐκ ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ φιλεῖν ὁμοῦ καὶ μισεῖν τὸν αὐτὸν, οὐδὲ παιδεύειν ὁμοῦ καὶ ἐγκαταλιμπάνειν. Πῶς οὖν πολλοὶ κατέπεσον; φησὶν. Ἐαυτοὺς ἀποστρεψάντες τοῦ Θεοῦ, οὐ καταλειφθέντες ὑπ' αὐτοῦ. *Ἴδου γὰρ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολούνται.* Μακρύνουσι δὲ μὴ φέροντες τὰς τοῦ Θεοῦ παιδείας, ἀλλ' ὀργιζόμενοι καὶ δυσανασχετοῦντες· καὶ καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν παιδίων, τῶν πατέρων αὐτοὺς πρὸς διδασκάλους πεμπόντων, ἂν τοὺς ἐκεῖ πόνους καὶ τὰς δόλινγας^d φυγόντες πληγὰς τῆς τῶν γονέων ἀποπηδῶσιν ὄψεως, ἐκέρδανόν τε οὐδὲν, καὶ χεῖροσιν ἑαυτοὺς περιπέπειραν κακοῖς, ἐν ἀλλοτρίᾳ λιμῶνται καὶ ἀλάσθαι καὶ νοσεῖν καὶ ἀτιμῶζεσθαι καὶ δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι· οὕτως καὶ οἱ τὴν τοῦ Θεοῦ παιδείαν εὐχαρίστως μὴ φέροντες, ἀλλὰ δυσανασχετοῦντες, πρὸς τῷ μηδὲν ἐξ [171] αὐτῆς καρπώσασθαι καὶ ταῖς ἐσχάταις ἑαυτοῦ περιβάλλουσι συμφοραῖς. Διὰ τοῦτο καρτερεῖν παρηγγέμεθα, καὶ τὴν καρδίαν εὐθύνειν τὴν ἑαυτῶν. Ἀλλὰ πολλῶ χαλεπώτερα πέπονθας. Οὐδὲ γὰρ οἱ παιδοτρίβια πάντας ὁμοίως καὶ ἐνὶ τρόπῳ γυμνάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις ἀσθενεῖς, τοῖς δὲ γενναῖοις τοιούτους^e παρέχουσιν ἀνταγωνιστάς· ὁ γὰρ ἐλάττω τῆς οικείας δυνάμεως λαβῶν τὸν ἀνταγωνιστὴν, κἂν δι' ὅλης αὐτῷ συμπλέκηται τῆς ἡμέρας, ἐκείνος ἀγύμναστος ἔμεινε. Πῶς οὖν, φησὶ, τοὺς τὸν αὐτὸν ἐπανηρημένους βίον, οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀθλεῖν ἐποίησε πόνους; Ὅτι οὐ μία παρὰ Θεῷ γυμνασία ἰδέα, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἅπαντες δέονται, κἂν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὡσι· καὶ γὰρ νοσοῦντες πολλοὶ ταῖς αὐταῖς νόσοις οὐ τῶν αὐτῶν ἐδεήθησαν φαρμάκων, ἀλλ' ἐτέρων μὲν οὗτοι, ἐτέρων δὲ ἐκείνοι. Διὰ τοῦτο ποικίλοι καὶ διάφοροι τῶν μαστίγων οἱ τρόποι, καὶ ὁ μὲν νόσῳ δοκιμάζεται μακρῶ, ὁ δὲ βαρυτάτῃ πενίᾳ, τῷ βιάζεσθαι καὶ ἀδικεῖσθαι ἕτερος^f, ἄλλος τῷ συνεχεῖς καὶ ἐπαλλήλους θανάτους καὶ παιδῶν καὶ τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἰδεῖν· καὶ οὗτος μὲν τῷ παρὰ πάντων ἀπορῶνιπτεσθαι καὶ μηδ' ἐνὸς ἀξιοῦσθαι λόγου, ἐκείνος δὲ τῷ διαβάλλεσθαι ἐφ' οἷς οὐδὲν ἑαυτῷ σύνοιθε, καὶ πονηρὰς δόξης ἀνέχεσθαι βάρος, καὶ ἄλλος ἄλλως· οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας ἐξαριθμῆσασθαι νῦν. Τούτων δὲ ἕκαστον δοκεῖ μὲν, ὅσον πρὸς τὴν τῶν σῶν παρθεσιν συμφορῶν, κοῦφόν εἶναι καὶ οὐδὲν· εἰ δὲ ἐν πείρᾳ κατέστης αὐτῶν ἔμαθες ἂν ὅτι τοῦτο ἐφ' ᾧ σὺ νῦν ἀλύεις, ἐκείνων πολλῶ φορητότερον. Εἰ δὲ καὶ εἰσὶ τινες ἔλαττων ἡμῶν παιδευόμενοι, μὴ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ· ἡ γὰρ τῶν πόνων ἐπίτασις μισθῶν ἐπίτασις ἐστὶ καὶ ἔρεισμα ἀσφαλῆς πρὸς τὸ μηκέτι ἐκόντας ἢ ἀκόντας ἐκπεσεῖν· καὶ γὰρ τῦπον καταστέλλει, καὶ βραθυμίαν ἀποστρέφει, καὶ φρα-*

^c Sic Colb. et Savil. At Morel. ἐπιστρέψῃ.

^d Sic Colb. et Savil. Morel. καὶ τὰς ἐκεῖθεν.

^e Morel. οὐ τοιούτους. Infra in eodem solo post ἐπανηρημένους legitur ἕμφοι.

^f Morel. πενίᾳ· ὁ δὲ τῷ βιάζεσθαι καὶ ἀδικεῖσθαι ἕτερος, καλῶς.

^a Colb. codex 3056, et Savil. τις σοφώτατος.

^b Sic Colb. et Savil. Morel. vero προθεῖναι.

νιμωτέρους ποιεῖ, καὶ εὐλαβεστέρους ἐργάζεται. Καὶ ὅπως εἰ βούλοιτό τις ἐξαριθμεῖν ἅπαντα, πολλὰ ἂν εὐροῖα τὰ κέρδη τῶν πειρασμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὧν πολλὸς παρὰ τῷ Θεῷ λόγος θλίψεως ἔκτος, κἄν ἡμῖν μὴ οὕτω φαίνονται.

ζ'. Εἰ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος πολὺ τὸ πρᾶγμα ὑπέμεινε, οὐδεὶς δὲ ἐκείνου μείζων, ἀλλ' οὐδὲ Ἰσος ἐστὶ, πῶς ἔνι μὴ δεηθῆναι τῆς βοήθειας ταύτης αὐτοῦ; Εἰ δὲ τινες οὐδὲ ταῖς θλίψεσι ταύταις ἐσωφρονίσθησαν, οὐκέτι τοῦτο παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ τὴν παιδείαν ἐπαγαγόντος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ὀλιγωρίαν ἐκείνων. Εἰ δὲ μὴ ἐπέτεθῃ τὸ φάρμακον, παρὰ τὸ ἡμεληθῆαι ἐδοξάν ἂν ἀπολωλέναι· νῦν δὲ οὐ μικρὸν ἦνυσται τὸ μηδὲν αἰτιᾶσθαι τὴν ἰατρὴν, ἀλλὰ τοὺς κάμνοντας καὶ τὴν ἀπροσεξίαν αὐτῶν. Εἰ δὲ τινες πρὸ τῶν πειρασμῶν ὀρθὰ βαδίζοντες μετὰ τὴν τούτων ἐπαγωγὴν κατέπεσον, καὶ πάλιν ἕτεροι πᾶσαν ἐπερχόμενοι κακίαν, οὐδεμίαν θλίψεως ἐπειράθησαν, ἄλλοι δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς μυρίαὶ τρυχόμενοι συμφοραῖς διετέλεσαν, μηδὲν τούτων θορυβώμεθα [172] μηδὲ καταπίπτωμεν. Εἰ μὲν γὰρ ἅπασαν δυνάμενοι καὶ ὀφειλοντες τῆς προνοίας αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν εἰδέναι, ταῦτα ἠγνοοῦμεν, ἐχρῆν ἄθιμειν καὶ ταράττεσθαι· εἰ δὲ καὶ ὁ τοσοῦτον ἀπορρήτως κοινώησας, καὶ εἰς τρίτον ἀνελθῶν οὐρανὸν, ἰλιγγίασε πρὸς ταύτην τὴν ἄβυσσον, καὶ διακύψας πρὸς τὸ βάθος τοῦ πλοῦτου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ κατεπλάγη μόνον, καὶ εὐθύς ἀνεχώρησε, τί μάτην κόπτομεν ἑαυτοὺς πολυπραγμονοῦντες τὰ ἀνεξερευνήτα καὶ ζητοῦντες τὰ ἀνεξιχνίαστα; Καὶ ἰατρῷ μὲν τοῖς καινομένοις ἡμῖν συμφέρουσι πολλάκις ἐναντία προστάττοντι, καὶ τὸ καταψυχθὲν μέλος ὑποθεῖναι κελεύοντι κρουνῷ, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐργαζομένων παράδοξα οὐκ ἀντιλέγομεν, ἀλλ' ἐπειδὴ φθιάσαντες ἐπίσταμεν ἑαυτοὺς ὅτι τῷ τῆς τέχνης λόγῳ τοῦτο ποιεῖ, μετὰ προθυμίας ἐξέρχον, καίτοι γε διαμαρτόντι πολλᾶκι;· τὸν δὲ Θεὸν τὸν τοσοῦτον ἡμῶν ἀφεστηκότα ἐν ἅπασιν, τὸν αὐτοσφιλαν ὄντα, τὸν οὐδέποτε διαμαρτάνοντα, πολυπραγμονήσομεν; Καὶ ὃν μὲν ἔδει λογισμῶς ἀπαιτεῖν, τοῦτῃ πιστεύσομεν ἀπλῶς, ὧ δὲ ἔδει μόνῃ πιστεῦειν, τοῦτον εὐθύνας καὶ λόγους τῶν πραγματοποιέμενων ἀπαιτήσομεν, καὶ δυσχερανοῦμεν τὴν ἄγνοιαν; Καὶ ποῦ ταῦτα ψυχῆς εὐσεβοῦς; Μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μὴ πρὸς τοσοῦτον μανίας ἔλθωμεν, ἀλλ' ἐν ἅπασιν οἷς ἂν ἀπορῶμεν, ἐκείνο ἐπιλέγωμεν· *τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή*. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶ τὸ μὴ πάντα ἡμᾶς εἰδέναι σαφῶς.

Εἰ μὲν γὰρ ἐπιστάμενοι τὰς αἰτίας τῶν γινομένων οὕτως ἐπιεθώμεθα τῷ Θεῷ, οὐκ ἦν ἡμῖν πολλὸς ὁ μισθός, οὐδὲ πίστεως τὸ πρᾶγμα ὑπῆρξεν ἐπίδειξις· ὅταν δὲ μηδὲν τούτων εἰδότες καὶ οὕτω στερῶμεν ἑκείνους ἅπασιν αὐτοῖς προστάγμασι, καὶ εἰς ὑπακοὴν γνησίαν καὶ εἰς πίστιν εὐακρινῆ, μέγιστα τὰς ἡμετέρας ὠφελοῦμεν ψυχάς. Καὶ γὰρ ἐν μόνον πεπεισθαι χρῆ, ὅτι συμφερόντως ἡμῖν ἅπαντα ἐπάγεται παρὰ τοῦ Θεοῦ· τὸν δὲ τρόπον μηκέτι ζητεῖν, μηδὲ ἀγνοοῦντας ἀσχάλλειν ἢ ἀθιμεῖν. Οὕτε γὰρ δυνατὸν

ταῦτα εἰδέναι, οὔτε συμφέρον, τὸ μὲν διὰ τὸ θνητοῦς εἶναι, τὸ δὲ διὰ τὸ ταχέως εἰς ἀπόνοιαν αἰρεσθαι. Πολλὰ ἡμεῖς πράττομεν τῶν τοῖς παισὶ τοῖς ἡμετέροις δοκούτων μὲν εἶναι βλαβερῶν, συμφερόντων δὲ ὅμως· καὶ οὔτε ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν ἀξιοῦσι μαθεῖν, οὔτε ἡμεῖς πρότερον ἑαυτοὺς πείσαντες ὅτι συμφέρει τὸ γινόμενον, οὕτως ἐπὶ τὸ πράττειν ἐρχόμεθα, ἀλλ' εἰς τοῦτο μόνον αὐτοὺς παιδαγωγοῦμεν ἕκκειν οἷς ἂν ἐπιτάξωσιν οἱ πατέρες, καὶ μηδὲν περαιτέρω ζητεῖν. Εἶτα πρὸς μὲν τοὺς γονεῖς καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν ὄντας οὕτω διαχεισώμεθα καὶ οὐκ ἀγανακτῆσομεν, πρὸς δὲ τὸν Θεόν, οὗ τὸ μέσον τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπων, δυσχερανοῦμεν, ὅτι μὴ πάντα ἴσμεν; Καὶ τί ταύτης τῆς ἀσεβείας ἴσον;

Πρὸς γὰρ τοὺς τοιοῦτους ὁ μακάριος Παῦλος ἀγανακτῶν ἔλεγε· *Μενοῦν γε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἰ ὁ ἀντιποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα ἐφ' ἑαυτοῦ, Τί με [173] ἐποίησας οὕτως;* Καὶ ἐμὴ μὲν τὸ τῶν παιδῶν ὑπόδειγμα, ἐκείνος δὲ τούτου πολλῷ μείζον ἐθῆκε τὸ τοῦ θεράμεως, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ πλαττομένου πηλοῦ. Καθάπερ γὰρ ὁ πηλός, ἥπερ ἂν ἀγωνισαί χεῖρες τοῦ διατυπούντος αὐτὸν, ἔπεται, οὕτω καὶ τὸν ἀνθρωπῶν, ἥπερ ἂν ὁ Θεὸς κελεύῃ, ταύτῃ ἔπεται, καὶ ἄπερ ἂν ἐπάγῃ, ταῦτα μετ' εὐχαριστίας δέχεσθαι χρῆ, οὐδὲν ἀντιλέγοντα, οὐδὲ περιεργαζόμενον ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ταῦτα μόνους ἐστὶν ἄπορα, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἀνδράσιν ἐκείνοις καὶ θαυμαστοῖς. Ὁ μὲν γὰρ Ἰώβ ἔλεγεν· *Διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ πλοῦτω;* καὶ τὰ ἐξῆς. Ὁ δὲ μακάριος Δαβὶδ· *Παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαθήματά μου, ὅτι ἐξήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εὐρήνην ἀμαρτωλῶν θεωρῶν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερῶμα ἐν τῇ μίστιγι αὐτῶν· ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσι, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται.* Καὶ μετὰ τούτων δὲ ὁ Ἰερεμίας ἔλεγε· *Δίκαιος εἶ, Κύριε, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐθηρεῖται;* Ἡπόρουν μὲν οὖν καὶ οὗτοι καὶ ἐξήτουν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἴσης τοῖς ἀσεβέσι, οὐδὲ ἐγκαλοῦντες τῷ Θεῷ, οὐδὲ καταγινώσκοντες ἀδικίαν ἐκ τῶν γινομένων αὐτοῦ. Ὁ μὲν γὰρ ἔλεγεν· *Ἡ δικαιοσύνη σου εἰς ἔρη Θεοῦ· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή.* Ὁ δὲ τοσαῦτα παθῶν, φησὶν, οὐδὲ ἔδωκεν ἀφροσύνην τῷ Θεῷ· καὶ μεταξὺ τοῦ βιβλίου ἔλεγε, τὸ ἀκατάληπτον αὐτοῦ τῆς σοφίας καὶ οἰκονομίας ἐξηγούμενος, ἐπειδὴ περὶ τῆς δημιουργίας διελέχθη· *Ἰδοὺ ταῦτα μέγα ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἰκμάδι λόγου ἀκουσώμεθα ἐν αὐτῷ.* Ὁ δὲ Ἰερεμίας αὐτὸ τοῦτο προορώμενος, μὴ τις ὑποπέυση ποτὲ, προτίθησι τῆς ἐρωτήσεως τὴν ἑαυτοῦ κρῖσιν εἰπών· *Δίκαιος εἶ, Κύριε· τοῦτ' ἐστίν, οἶδα μὲν ὅτι δικαίως ἅπαντα γίνεται παρὰ σοῦ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐπίσταμαι καθ' ὃν γίνεται. Τί οὖν, ἔμαθόν τι πλέον ἐκείνοι;* Ἄλλ' οὐδὲ ἀποκρίσεως μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἔτυχον· ὃ καὶ δηλῶν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἔλεγε· *Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γινῶναι, ὅτι τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναντίον μου.* Οὐκ ἔτυχον δὲ ἀποκρίσεως, ἵνα τοὺς μετὰ ταῦτα παιδεύσωσι μηδὲ ἐρωτῶν. Καὶ ἐκείνοι μὲν ἐν μόνον ἐξήτουν, εἰς τί οἱ ἀσεβεῖς ἐν

^a Colb. et Savil. εὐρη. Paulo post Morel. οὔτε ἡμεῖς πρότερον ἑαυτοὺς πείσαντες, Colb. οὔτε ἡμεῖς λέγομεν πρότερον αὐτοὺς πείσαντες, Savil. οὔτε ἡμεῖς (in marg. additur κἄν ζητῶ) πρότερον αὐτοὺς πείσαντες. Mux Sav. et Colb. καὶ εἰς τοῦτο. Bur. ἀλλ' εἰς τοῦτο.

gligentiam avertit, prudentioresque ac religiosiores efficit. Sane si quis omnia enumerare velit, plurima tentationum emolumenta reperiet, nullusque umquam ex iis, qui Deo acceptabiles fuerunt, sine pressuris vixit, etiamsi non ita nobis videatur.

7. *Exemplum Pauli apostoli.* — Nam si beatus Paulus tantum negotii sustinuit, nullus vero Paulo major est, aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur hujusmodi auxilio non indiguisse? Sin autem quidam ex istis tribulationibus emendati non sunt, non hoc illi imputandum est, qui emendationem intulit, sed illorum potius negligentia. Nam si illis non fuisset adhibitum medicamentum, per negligentiam perissem viderentur: nunc vero non parum actum est, cum nemo medicum accusare possit, sed ægros potius ipsorumque incuriam. Si qui vero antequam tentarentur, gradientes recte, post tentationem corruerunt, aliique cum omnibus essent peccatis obnoxii, nulla tribulatione vexati sunt, alii vero a prima statim ætate usque ad ultimum vitæ spiritum innumeris calamitatibus contriti sunt, a nulla hujusmodi re dejiciamur aut perturbemur. Etenim si omnem providentiæ illius dispensationem scire valeremus aut deberemus, ista ignorantes, mœroris ac perturbationis non immerito causam habere videremur: sin vero is, qui tantorum arcanorum particeps, ad tertium cælum raptus fuerat, ad hanc tamen abyssum hærens substitit, inspiciensque in profundum divitiarum sapientiæ ac scientiæ Dei, obstupuit solum, atque inde resiliit: quid nos ipsos frustra concidimus, perscrutantes inscrutabilia, atque investigabilia curiose inquirentes? Certe cum medicus contraria iis quæ nobis salubria videntur præcipit, sive algens membrum fonti subjicere jubeat, sive alia hujusmodi inexpectata faciat, numquam reluctamur; sed cum nobis antea persuaserimus artis illum ratione id facere, prompte ac libenter cedimus, cum tamen ille scæpius fallatur: Deum vero, qui tantum in omnibus a nobis distat, qui est ipsa sapientia, qui numquam falli potest, magna curiositate perscrutabimur? Cumque illi simpliciter credamus, a quo facti rationem exigere jure possemus, ab illo, cui solum credendum est, eorum quæ gesserit causas ac rationes requiremus, atque hujusmodi ignorantiam indigne feremus? Hæccine sunt religiosæ mentis ac piæ? Ne, quæso ac supplico, ne ad tantam vesaniam progrediamur, sed in omnibus, in quibus ambigimus, illud dicamus *Judicia tua abyssus multa* (Psal. 35. 7). Nam et hoc ipsum, quod non omnia aperte scimus, diviniæ sapientiæ profecto est.

Ubi fides habeat meritum. — Si enim omnium quæ sunt causa et ratione cognita, ita demum Deo pareremus, non magna merces esset, neque fidei exhibitio ea res videretur: cum vero nihil horum penitus noscentes, ita quoque summa affectione mandatis ejus omnibus cedimus, ex legitima obedientia fideque integerrima maxima animabus nostris emolumenta conciliamus. Hoc enim solum nobis persuadere debemus, omnia nobis utiliter a Deo inferri, modum non amplius inquirentes, neque bujus ignorantiam graviter vel cum

mœrore ferentes. Neque enim possibile est ista scire, neque utile: illud quia mortales sumus; hoc, quia cito in arrogantiam extollimur. Plurima nos facimus, quæ cum liberis nostris noxia esse videantur, utilia sunt tamen: quorum neque illi causas quærunt addiscere, neque nos illis antea persuadere studemus, id expedire quod facimus; sed hoc solum illos admonemus, ut in omnibus cedant quæcumque præceperint patres nihilque ulterius inquirent. Quod si parentibus nostris, qui ejusdem atque nos naturæ sunt, ita morigeri sumus, neque ulla ratione indignamur, Deone indignabimur quod non illius omnia nobis explorata sint, qui tanta excellentia nobis præcellit, quantum inter Deum et homines discrimen intercedit? Et quid huic impietati par fuerit?

Figuli exemplo utitur. — Adversus hujusmodi homines sane beatus Paulus indignans dicebat: *Alioquin, o homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicet figmentum factori suo, Cur me ita fecisti* (Rom. 9. 20)? Equidem filiorum exemplar proposueram; ipse vero multo majus posuit, figuli scilicet, atque ab eo in formam redacti luti. Sicut enim lutum quocumque manus se formantis duxerit sequitur, ita hominem quæcumque Deus jusserit ea sequi, et quæ ille intulerit grato animo perferre convenit, nihil omnino reluctando, vel curiose addiscere quærendo. Neque enim nobis solis ista ambigua sunt, verum et iis qui ante nos fuerunt, sanctis illis ac mirabilibus viris. Ait enim Job: *Ut quid impii vivunt, divitiisque veterascunt* (Job 21. 7)? Beatus autem David, *Pæne, inquit, effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns: quia non est respectus morti eorum, et firmamentum in plaga eorum: in laboribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur* (Psal. 72. 2.-5). Post hunc Jeremias quoque dicebat: *Justus es, Domine, verumtamen judicia loquar ad te. Quid est quod via peccatorum prosperatur* (Jer. 12. 1)? Ambigebant isti quidem atque inquirebant, sed non ita ut faciunt impii: neque enim accusabant Deum, ex iis quæ fiunt, illum injustiæ arguebant; sed alius quidem aiebat: *Justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa* (Ps. 35. 7). De alio, cum tanta passus esset, scriptum est: *Non dedit insipientiam Deo* (Job 1. 22). Et in eodem libro incomprehensibilem sapientiam illius et dispensationem enarrans, cum de creatione disseruisset: *Ecce istæ sunt partes viæ ejus, et ad humorem verbi audiemus in eo* (Job 26. 14). Id ipsum quoque Jeremias providens ne quis umquam suspicaretur, interrogationi judicium suum præposuit dicens: *Justus es, Domine: hoc est, Scio quidem a te omnia fieri juste, modum autem ignoro quo fiunt. Quid igitur? ampliusne illi didicerunt? Nempè de iis nullum responsum retulerunt: quod beatus David indicat, cum dicit: *Et existimabam ut cognoscerem, quia hoc labor est ante me* (Psal. 72. 16). Idcirco autem responsa super his non acceperunt, ut posterioribus sæculis futuros homines docerent etiam ipsi interrogatione abstinere. Atque illi quidem unum tantum inquirebant, cur scilicet impii in copia rerum omnium*

et prosperitate viverent, et ne sic quidem didicerunt : at vero isti longe plura quam illi curiose scrutantur. Ea enim quæ nunc proponuntur, multo graviora sunt. Itaque manifesta horum ratio illi permittatur, qui novit omnia antequam fiant.

8. *Cur boni affligantur quærendum non est.* — Si tamen opus sit nos ex iis, quæ jam nota nobis sunt, solutionem quæsitorem et consolationem excogitare propter eos qui tam curiose illa sciscitantur, illud dixerim, indignum esse quærere cur boni in pressuris, mali contra in requie persistant, cælesti jam revelato regno, futuri sæculi præmio nobis ostenso. Nam cum in illa vita singuli digna suis meritis recipiant, quid jam eis rebus perturbamur, quæ hic bonis aut malis contingunt? Deus enim eos qui sibi adhærent, veluti fortissimos athletas, hujusmodi laboribus exercet, imbecilliores vero ac tardiores¹, et qui nihil durorum laborum perferre possunt, prius ad bona opera hortatur. Quod si contra nonnumquam evenit, plurimique justi hic in requie vitam cum honore agunt, mali vero in ignominia summisque adversitatibus perdurant, interim quidem prior illa objectio, quæ affligi bonos, malos vero jugiter esse in deliciis conquerebatur, hac ratione eversa profligatur. Sin autem et hujus rei causam inquirere velimus, id profecto dixerim, Deum nostra omnia non uno modo solitum esse disponere, sed rerum copia instructum, plures nobis ad salutem vias sternere. Cum itaque plures sint, qui futuri sæculi ac resurrectionis doctrinam admittere pertinaciter renuant, veluti in brevi tabula hic iudicii futuri imaginem ostendit, cum punit malos, bonos remunerat. Quod cum in iudicio illo supremo generaliter futurum sit, etiam nunc ex parte aliqua ideo fit, ut qui circa longinquum illud iudicium spe lapsi sunt, vel iis quæ in hoc sæculo contingunt admoniti, mansuetiores atque meliores fiant. Si enim nullus hic omnino puniretur malus, nullusque honoraretur bonus, plurimi ex iis qui resurrectionem non credunt, virtutem veluti malorum causam fugerent, vitiositatem vero veluti bonorum causam persequerentur : si rursus hic singuli juxta merita reciperent, superfluum jam falsamque existimarent iudicii doctrinam. Itaque ne huic non crederetur, ne ingens vulgarisque turba ex contemptu deterior fieret, multos hic peccatores ulciscitur, quosdamque pro recte factis remunerat, ut ex eo quod non in omnibus id facit iudicii asserat fidem, ex eo vero quod ante iudicium quoque malos aliquos supplicii afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam ex malorum quidem punitione plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem; ex eo autem quod non omnibus pro merito hic retribuatur, cogitare compelluntur hujusmodi præmia in aliud tempus esse reservata.

Cur non omnes hic Deus puniat. — Numquam enim profecto, cum justus sit Deus, tot sperneret sive malos impunitos ex vita migrare, sive bonos hic innumeris incommodis affici, si non

¹ In sevill. et Colb. desunt verba, ac tardiores.

utrisque alium in futuro sæculo statum parasset. Quocirca non omnes vel supplicio vel honore afficit, sed quosdam, sicut et in Persarum rege, et in Ezechia contigit, quamquam fuerint plurimi et Assyrio impietate, et Ezechia pietate ac virtute pares. Sed non erga omnes hoc agit Deus : cuius rei causa est, ut dixi, quod nondum adsit iudicii tempus. Quod autem ista doctrina mea non sit, ab eo qui nos tunc iudicaturus est modo audies. Nam cum profecti ad eum quidam mortem illorum qui sub turre obruti fuerant, Pilatium vesaniam annuntiascent, quam in eos qui mortui fuerant ostendit, sacrificiis illorum sanguinem miscendo, tum ait : *Putatis quod hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint, qui talia passi sunt? Non, dico vobis, sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo super quos cecidit turris Silos, et occidit illos, putatis quod ipsi præ omnibus, qui habitant Jerusalem, debitores fuerint? Non, dico vobis, sed nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis* (Luc. 13. 2-5). Hæc dilationis causa est. Idcirco non omnes qui eisdem suppliciis sunt digni una punire consuevit, ut reliqui eorum casibus admoniti meliores fiant. Atque ista quidem interim solvisse sufficiat. Sed enim tu fortassis ea etiam, quæ paulo ante proposuimus, multo etiam perplexiora, ut similiter enodemus, inquiris. Sed cum priora pro viribus patefecerimus, ad illa etiam solvenda fundamenta quædam jacta fuisse arbitramur.

Cur multi tota vita affligantur. — Quid ergo illud est, in quo hæres et fluctuas? Quod plurimi ex primordiis ætatis ad finem usque variis calamitatibus sint affecti. Ego et de his et de prioribus dixerim, præcipue quidem illos ob propria vitia puniri, deinceps vero, ut alii quoque illorum exemplo emendetur. Quod si non in omnibus id fit, nihil est quod mireris : nondum enim iudicii tempus advenit. Quid ergo de illis dices, inquis, qui antequam per ætatem bona vel mala discernere possint, quasi maxime peccaverint, supplicii afficiuntur? Hujus quidem rei non una est causa, sed plurimæ ac variæ. Nam et ex parentum intemperantia, et ex nutritionum negligentia, et ex intemperie atque inæqualitate aeris, et ex aliis plurimis hujusmodi casibus id contingere potest. Præterea cum plurimos illorum futuros nequam præciverit Deus, eos veluti compedibus quibusdam hujusmodi supplicio coeret. An non vides et mendicorum plurimos inter pressuras ipsas et angustias innumera perpetrantes scelera, quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Audivi ego quosdam aliquando cum dicerent hujusmodi homines mulierem quamdam honestam et forma liberali in solitudine nactos, ei violenter ac petulantè illuisse. Atqui qua necessitate, qua calamitate ad hoc inducti sunt? quæ isti scelera non admisissent, si non hujusmodi quasi vinculis continerentur? Eorum vero qui carceribus inclusi sunt quis facile vesaniam et rabiem perferre possit? At ii qui a dæmone corripiuntur nihilo minorâ his faciunt : non autem ea mo-

εὐθιγῆς καὶ πλούτῳ, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐμάνθανον· οἱ δὲ νῦν πολλῶν πλείονα ἐκείνων πολυπραγμονοῦσι· ταῦτα γὰρ τὰ νῦν προτιθέμενα πολλῶν πλείονα ἐκείνων ἐστίν. Ὁ μὲν οὖν σαφῆς λόγος τούτων ἐπιτετραφῶν τῷ πάντα εἰδότει πρὶν γενέσεως αὐτῶν.

η'. Εἰ δὲ χρῆ καὶ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων γυρωρίμων ἡμῖν ἐπινοήσαι λύσιν καὶ παραμυθίαν τοῖς ζητούμενοις τινὰ, διὰ τοὺς σφόδρα ταῦτα περιεργαζόμενους, ἐκεῖνὸ φημι, ὅτι τὸ μὲν τοὺς δικαίους ἐν θλίψεσιν εἶναι, ἐν ἀνέσει δὲ τοὺς πονηροὺς, οὐδὲ ζητήσεως ἀξίον λοιπόν, τῆς βασιλείας ἀποκαλυφθείσης, καὶ τῆς κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀντιδόσεως δειχθείσης ἡμῖν. Τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἐκεῖ μένοντος ἕκαστον, τί χρῆ τραπεττεσθῆαι τοῖς γινομένοις ἐνθάδε καλοῖς ἢ κακοῖς; Τοὺς μὲν γὰρ αὐτῷ προσέχοντας ὁ θεὸς, ἅτε γενηαίους ἀλλοτρίων, τοῦτοις γυμνάζει τοὺς πόνοις, τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους καὶ βραδυτέρους· καὶ μηδὲν τῶν βαρυτέρων δυναμένους ἐνεγκεῖν πρότερον [174] εἰς τὴν τῶν αγαθῶν ἔργων ἐνάγει προτροπῆν. Εἰ δὲ καὶ τούναντίον συμβαίνει πολλάκις, καὶ πολλοὶ μὲν τῶν δικαίων ἐν ἀνέσει διάγουσι καὶ τιμῇ, τῶν δὲ πονηρῶν ἐν ἀτιμίᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, τῶς μὲν ἡμῖν ἢ προτέρα ἀντίθεσις, ἢ λέγουσα καχοῦσθαι μὲν τοὺς δικαίους, τοὺς δὲ ἀδίκους τρυφῆν, ἀνατρέπεται τῷ λόγῳ. Εἰ δὲ καὶ ταύτην ἐπιλύσασθαι δεῖ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ ἐνὶ τρόπῳ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖν ὁ θεὸς εἴωθεν, ἀλλ' εὐπορὸς ὢν πολλὰς ἡμῖν τέμνει τὰς πρὸς σωτηρίαν ὁδοὺς. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τὸν περὶ τῶν μελλόντων καὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀνέχονται δέξασθαι λόγον, διὰ τοῦτο ἐν βραχεῖ τῆς κρίσεως τὴν εἰκόνα ἐνθάδε δείκνυσιν, ὅταν κολάζῃ μὲν τοὺς πονηροὺς, εὐεργετῇ δὲ τοὺς χρηστούς. Τοῦτο γὰρ ὀλοσχερῶς μὲν ἐν τῇ κρίσει γίνεται, ἐκ μέρους δὲ καὶ ἐνταῦθα νῦν, ἵνα οἱ πρὸς τὸν μακρὸν ἐκείνων ἀναπεπτακότες χρόνον τοῖς γούν ἐν τῷ παρόντι δρωμένοις ἐπιεικτέστεροι γένωνται. Εἴτε γὰρ μηδεὶς ὄλος ἐκολάζετο τῶν πονηρῶν, μηδὲ ἐπιμᾶτο τῶν χρηστῶν, πολλοὶ τῶν διαπιστούντων τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ τὴν μὲν ἀρετὴν ὡς κακῶν αἰτίαν ἐφευγον, τὴν δὲ πονηρίαν ὡς αγαθῶν πρόξενον ἐδίωκον· εἴτε πάλιν ἐνταῦθα τὸ κατ' ἀξίαν ἅπαντες ἀπελάμβανον, περιττὸν ἂν ἠγήσαντο εἶναι καὶ ψευδῆ τὸν τῆς κρίσεως λόγον. Ἴν' οὖν μήτε οὕτος διαπιστῆται, μήτε ὁ πολὺς καὶ χυδαῖος λαὸς ψαυλότερος γίνηται καταφρονῶν, ἐπεξέρχεται καὶ ἐνταῦθα τῶν ἀμαρτανόντων πολλοὺς, καὶ ἀμείβεται τῶν κατορθούντων ἐνίους, τῷ μὲν μὴ εἰς πάντα· τοῦτο ποιεῖν, τὸν τῆς κρίσεως πιστούμενος λόγον, τῷ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως κολάζειν τινὰς, τοὺς πολὺν ὕπνον καθεύδοντας διεγείρων. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς πονηροὺς διανίστανται πολλοὶ τῷ φόβῳ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ πάντας ἐνταῦθα τὰ κατ' ἀξίαν ἀπολαβεῖν ἀναγκάζονται λογίζεσθαι· ὅτι εἰς ἕτερόν τινα τοῦτο τεταμίευται καιρῶν.

Οὗ γὰρ ἂν δήπου δίκαιος ὢν ὁ θεὸς περιεῖδε τοσοῦτους καὶ τῶν κακῶν ἀτιμωρήτους ἀπελθόντας, καὶ τῶν αγαθῶν μυρίας κολασθέντας δαινοῖς, εἰ μὴ ἄλλην τινὰ αἰῶνος ἑκατέροις παρεσκευάκει κατάστασιν. Διὰ

^a Καὶ βραδυτέρους deest in Savil. et Colb.

οὐ πάντα, ἀλλ' ἐνίους κολάζει καὶ τιμᾶ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πέρσου, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἑζεκίου· καίτοι πολλοὶ καὶ τῷ Ἀσσυρίῳ γεγόνασιν ἐξ ἱσθῆς ἀσεβεῖς, καὶ κατὰ τὸν Ἑζεκίαν ἐνάρετοι, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων τοῦτο παποίηκε· τὸ δὲ αἴτιον, ὅπερ ἔφη, ἐστὶ τὸ μηδέπω παρῆναι τῆς κρίσεως τὸν καιρὸν. Καὶ ὅτι οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, αὐτοῦ τοῦ κρίνειν ἡμᾶς τότε μέλλοντος ἄκουσον. Ἐπειδὴ γὰρ προσῆλθον αὐτῷ οἱ τὴν τελευτὴν τῶν ὑπὸ τοῦ πύργου καταχωσθέντων καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου μανίαν ἀπαγγέλλοντες, ἦν εἰς τοὺς τελευτηκότας ἐπεδείξατο, ταῖς θυσίαις αὐτῶν ἀναμίξας τὸ αἶμα, τί φησι; *Δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἀμαρτωλοὶ παρὰ πάντα τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθουσιν; Οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὁμοίως ἀπολεισθε. Ἡ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ἑκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε ὅτι αὐτοὶ ὄφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας [175] Ἱερουσαλήμ; Οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεισθε.* Αὕτη τῆς ἀναβολῆς ἡ αἰτία. Διὰ τοῦτο τοὺς τῶν αὐτῶν ἀξίους οὐχ ἑμοῦ πάντα; κολάζειν εἴωθεν, ἵνα οἱ λιπερόμενοι βελτίους ταῖς ἐκείνων γένωνται συμφοραῖς. Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν οὕτως ἐπιελύσθη. Σὺ δὲ ἴσως καὶ τὰ νῦν προτιθέμενα ζητεῖς, ἃ πολλῶν τούτων ἐστὶν ἀπορώτερα. Πλὴν ἀλλὰ τούτων ἡμῖν κατὰ δύναμιν γενομένων φανερῶν, καὶ τῆς ἐκείνων λύσεως οἶμαι τινα προκαταβεβλησθαι διὰ τούτων ἀρχῆν.

Τί οὖν ἐστὶν ὅπερ ἀπορεῖς; Ὅτι πολλοὶ μέχρι τελευτῆς ἐκ πρώτης ἡλικίας πολλαῖς προσεπάλασαν συμφοραῖς. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴποιμι ἂν καὶ περὶ τῶν προτέρων, ὅτι προηγουμένως μὲν διὰ τὴν οἰκίαν αὐτοὺς κολάζει πονηρίαν· ἔπειτα δὲ ἵνα καὶ ἕτεροι κερδάνωσιν ἐκ τῶν τούτοις συμβαινόντων κακῶν. Εἰ δὲ μὴ ἐπὶ πάντων τοῦτο γίνεται, οὕτω τῆς κρίσεως ὁ καιρὸς. Τί οὖν, φησὶν, ὅταν πρὶν ἔλθειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν διαγνωστικὴν τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιοῦτων, ὡς μεγάλα ἠδικηκότας τινὲς κολάζονται; Τούτου μὲν οὐ μία τίς ἐστὶν αἰτία, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι. Καὶ γὰρ παρὰ τὴν τῶν γεννησαμένων ἀκρασίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν θρεψάντων βραθυμίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν, καὶ παρὰ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα συμπτώματα τοῦτο γένοιν' ἂν. Πρὸς δὲ τούτοις πολλοὺς αὐτῶν οἶδεν ὁ θεὸς ἐσόμενος πονηροῦς· εἶτα ὥσπερ τισὶ πέδαις προκατέχει ταῖς τιμωρίαις ταύταις αὐτοὺς. Ἡ οὐχ ὀρθῶς καὶ τῶν ἐπαϊτῶν πολλοὺς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει μυρία ἐργαζομένους δεῖν, οὐ διὰ τὴν θλίψιν, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκίαν πονηρίαν μόνον; Ἐγὼ γὰρ ἤκουσα τινων λεγόντων ποτὲ, ὅτι γυναῖκα ἔλευθραν καὶ κοσμίαν ἀπολαθόντες ἐπ' ἐρμηίας ἐνύθρισαν. Καίτοι πῶς τοῦτο ἀνάγκης, πῶς θλίψεως ἔργον; Τί δὲ οὐκ ἂν ἔπραξαν οὗτοι δεῖν, εἰ μὴ τοσοῦτω κατεῖχοντο δεσμῷ; Τῶν δὲ τὸ δεσμοκτῆριον οἰκούντων τὴν μανίαν καὶ τὴν λύτταν τίς ἂν ἐνέγκοι ῥαδίως; Καὶ ε' δαιμο-

ἄνθρωποι δὲ οὐκ ἐλάττωνα τούτων ἐργάζονται. Οὐ λέγω ταῦτα, ἅπερ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ δαίμονος πράττουσι κατοχῆς, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα τῆς βαχχειας παυσάμενης ἐκείνης. Καὶ γὰρ ἀδελφοὶ, καὶ κλέπτουσι, καὶ μεθύουσι, καὶ πολλῶν τούτων αἰσχροτέρα πράττουσι. Καθὰπερ οὖν ἐπὶ τῶν κακούργων τοὺς μὲν πολλοὺς ἀφήσιν ἐπιπολῦ β τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν ὁ κριτής, ὡς καὶ ἐκεῖ καταλύσαι τὸν βίον πολλάκις, ὅταν δέ τις τῶν πολλῶν νοθετῆσαι βούληται, ἔνα που καὶ δευτέρου ἐξ ἐκείνων λαβὼν, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας τοῦ βήματος, περιεστῶτων ἀπάντων, οὕτως αὐτὸν κελεύει τὴν ἐπὶ θάνατον ἀγεσθαι, καὶ οὐ πάντων αὐτῷ πρὸς τὸν τῶν λοιπῶν φόβον χρεῖα τῶν πονηρῶν· οὕτω καὶ τῷ Θεῷ οὐ πάντων τῶν μοχθηρῶν, ὅταν ἡμᾶς σωφρονίσαι βούληται, δεῖ, ἀλλ' ἐνίοις ἐξ αὐτῶν ἀπολαθῶν, οὓς οἶδεν ἀδιορθώτως ἔχοντας, ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀργήν, [176] πολλὰ ἐκ τούτου κατορθῶν. Τοὺς τε γὰρ πονηροὺς οὕτως ἐπὶ τὴν μεταβολὴν τῆς πονηρίας, εἰ βούλοιντο, παρακαλεῖ, τοὺς τε ἀγαθοὺς προσεκτικωτέρους ἐργάζεται, τὴν δὲ μακροθυμίαν ἐπιδεικνύται τὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, ἅπανσι καθίστησι φανερόν. Τί οὖν ταῦτα, φησὶ, πρὸς τοὺς ἐν συμφοραῖς ἅπασαν τὴν πρώτην τραφέντας ἡλικίαν, καὶ πρὶν ἔλθειν ἐπὶ τὸ διαγιγνώσκειν ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀποπνεύσαντας; Καὶ τί πάσχουσιν οὗτοι δεινόν, εἰπέ μοι, οὕτω τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσιν ἔχοντας, οὐδὲ τὸ λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν μεμαθηκότες; Ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτω μόνον τὸν λόγον ἐπιλύομαι τούτου, ἀλλ' ὅτι καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὶ καὶ συγγενεῖς ἐκ τῶν τοιούτων ἐσωφρονίσθησαν συμφορῶν· τούτου δὲ κέρδος οὐ μικρὸν, ἐξ ὧν ἔτερος ἠδίκηται οὐδὲν, ὠφελεῖσθαι τὰ μέγιστα ἕτερον. Εἰκόσ δὲ καὶ ἄλλων αἰτίαν τινὰ ἄβρῆτον εἶναι, μόνῃ τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς φανεράν.

Θ. Εἷς ἐτι λείπεται λόγος, τί δὴποτε οἱ τὰ ὀρθὰ βαδίζοντες πρὸ τῶν πειρασμῶν μετὰ τοὺς πειρασμοὺς κατέπεσον. Τίς οὖν ὁ καλῶς τοὺς τὰ ὀρθὰ βαδίζοντας ἐπιστάμενος, πλὴν τοῦ πλάσαντος καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιέντος εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν; Πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν δοκούντων εἶναι χρησίων, πάντων εἰσὶ πονηρότεροι. Καὶ τοῦτο ἀπεδειχθὲν μὲν ἤδη καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἐπ' ἐνίον, περιστασέως τις γινόμενης καὶ ἀνάγκης. Ὅταν δὲ ὁ δοκιμάζων τὰς καρδίας καὶ τοὺς νεφρούς, ὁ ζῶν καὶ ἐνεργῆς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν διστομον, ὁ δικινούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἀρμῶν τε καὶ μυελῶν, ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐνοπιῶν καθέζεται δικάζων ἡμῖν, τότε δὴ, τότε οὐκ ὀλίγους τινὰς ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ πάντα ἐκκαλυπτομένους ὄψει τοὺς τοιούτους· καὶ οὕτω θορὰ προβάτου τὸν λύκον δύναιτ' ἂν, οὕτε κόνιασις τάφου τὴν ἐνδον ἀποκρύψαι μόλις μόνον. Οὐκ ἐστὶ γὰρ χτίσις ἀφανῆς ἐνώπιον τοῦ πότε κρινόντος, ἀλλὰ πάντα γυμνά καὶ τετραχλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν Κορινθίοις ἔλεγεν· Ὅστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτά τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. Ἴνα δὲ καὶ τοὺς ὑποκριτὰς ἀφέντες ἐπὶ τοὺς ἄβρῶς βιοῦντας ἔλθωμεν τῷ λόγῳ, πόθεν δὴλον, εἰ τὰ μὲν ἄλλα αὐτοὺς κατώρθωται, τὸ δὲ κεφάλαιον ἡμέληται τῶν ἀγαθῶν ἢ ταπεινοφροσύνης; Καὶ διὰ τούτου αὐτοὺς ἀφήκεν ὁ Θεός, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει

κατώρθουν ἐκεῖνα, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ λέγοι τις βέλτιον εἶναι κατορθοῦντας ἐπαίρεσθαι ἢ ταπεινωθῆναι πεσόντας, πολὺ καὶ τῆς ἀλαζονείας ἀγνοεῖ τὴν ζημίαν καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ κέρδος. Εὐ γὰρ ἴσθι σαφῶς ὅτι ἀνθρώπος μετὰ ἀπονοίας κατορθῶν, εἴ γε ὄλιος τοῦτο ἐστὶ κατορθοῦν, ταχέως ἐμπεσεῖται εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν. Καὶ ὁ μὲν ὀλισθήσας συγχερθεῖς, καὶ μετριάξων μαθῶν ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ ἀναστήσεται, καὶ ἀνακτήσεται ἑαυτὸν θάττον, εἴ γε βούλοιο· ὁ δὲ δοκῶν μὲν εὐ πράττειν μετὰ ἀλαζονείας, μηδὲν δὲ πάσχων δεινόν, οὕτε αἰσθησὶν τῆς οἰκείας λήψεται παρανομίας ποτὲ, ἀλλὰ καὶ αὐξήσει τὸ δεινόν, καὶ λήσεται κενὸς ἐνθένδε ἀπελθῶν· καθὰπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς ἀνήλθε [177] μὲν δοκῶν τοῖς ἀγαθοῖς ἅπασι πλουτεῖν, κατῆλθε δὲ μαθῶν ὅτι καὶ τοῦ τελῶνου πνεύστερος ἦν. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος πολλῶν ἔσθιν ἰσχύων πρὸς τὸ κενῶσαι τὰ μετὰ πολλῶν ἰδρώτων καὶ πόνων συναχθέντα καλὰ, ὁ τῆς κενοδοξίας ἀνεμος. Καθὰπερ γὰρ ἀνεμος ἀληθῶς εἰσελθὼν ἐκφυσᾷ ἅπαντας τοὺς τῆς ἀρετῆς θησαυρούς. Ἰδοὺ οὖν καὶ δευτέρου πρόφασιν ἡμῖν ἀνεφάνη τῶν τὰ ὀρθὰ βαδίζόντων, ὡς ἐφησ. Πολλοὶ γὰρ παρ' ἡμῖν δοκοῦντες ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ὑπομεινόμενους πόνους, καὶ ὑπομένοντες δὲ, ἐπειδὴ πρὸς τὴν παρὰ ἀνθρώπων ὀρῶντες τιμὴν, καὶ οὐ πρὸς τὸν Θεὸν ἅπαντα ἔπραττον, ἀφείθησαν πειρασμῶν περιπεσεῖν, ἵνα τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἀποστερηθέντες ὄψεως δι' ἣν ἅπαντα ἐξημῶθησαν, καὶ μαθόντες τὴν φύσιν αὐτῆς ὡς οὐδὲν ἀμεινον ἀνθους χόρτου διάκειται, τῷ Θεῷ μόνῃ προσέχωσι τοῦ λοιποῦ, καὶ δι' αὐτὸν ἅπαντα πράττωσι. Καὶ ἕτεροι δὲ πρὸς τοὺς εἰσὶ λόγοι τούτων πολλῶν πλείους α, ἡμῖν μὲν ἀφανεῖς, ὡς ἐφη, γινώριμοι δὲ τῷ πεποικημένοι αὐτοὺς Θεῷ. Μὴ τοῖνυν ἀσφάλωμεν ἐπὶ τοῖς γινόμενοις, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν τούτου γὰρ οἰκετῶν εὐγνωμόνων ἐστί. Σὺ δὲ θαυμάζων ὅτι μὴ πρότερον, ἠνίκα ἐτρέφας καὶ τὴν κοσμηκὴν περιέκεισο φαντασίαν, ἀλλὰ νῦν, ὅτε πάντα ἐκεῖνα ἐβρίψας, καὶ σαυτὸν ὄλον ἀνέθηκας τῷ Θεῷ, τότε ἐπεπῆδησεν οὗτος ὁ μαρὸς, παραπλήσιον ποιεῖς ὡςπερ ἂν εἰ ἐθαύμαζες, τί δὴποτε τοῖς μὲν θεαταῖς οὐδεὶς ἐνοχλεῖ, τῷ δὲ ἀπογραψαμένῳ πρὸς τὸ πικτεῦναι, καὶ γυμνασθέντι, καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα κατέντι, τοῦτω μόνῃ πάντων ἔπισον ὁ ἀναγωνιστής, πατάσων τὴν κεφαλὴν, καὶ κόπτων τὸ πρόσωπον. Οὐ δὴ τοῦτο ἐστὶ θαυμαστὸν οὐδὲ ἀθυμιαξίον, εἰ πικτεῦναι ἡμῖν ἐλομένοις, ἐκεῖνος θλίβει καὶ ἀνιᾶ καὶ βαρύνει· οὗτος γὰρ τῶν πικτεούντων ὁ νόμος· ἀλλ' εἰ περιτρέπει καὶ καταβάλλει καὶ τὸ βραβεῖον ἀφαιρεῖται, τοῦτο ἐστὶ τὸ δεινόν. Ἔως δ' ἂν τοῦτο μὴ δύννηται, οὐ μόνον οὐδὲν ἐβλαψεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὤνησε τῇ σφοδρᾷ συμπλοκῇ σεμνοτέρους ἡμᾶς ποιήσας. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πάντων ἀμείνων, ὁ πλείονα τραύματα ἐπιδειξάμενος ἔχων, καὶ τὰ μονομάχια πρὸς τοὺς εὐτονωτέρους τῶν πολεμίων ἀναδεξάμενος· καὶ τῶν ἀλλήλων δὲ τοὺς τοῖς ἀκαθαρτέτοις b συμπλεκομένους (οὕτω γὰρ τοὺς φιλονεικωτέρους καλοῦσι τῶν ἀναγωνιστῶν) θαυμάζομεν· καὶ κυνηγετῶν οὗτος μάλιστα ἐστὶν ὁ κρατούμενος, ὁ τὰ δυσάλωτα τῶν θηρίων καταδεχόμενος. Ἀναιδής ἐστὶ καὶ ἀκατάπληκτος

a Morel. τούτων πλείους, Savil. τούτων πολλῶν πλείους, Colb. τούτων πολὺ πλείους.

b Morel. ἀκαθαρτέτοις, Savil. in marg. et Colb. ἀκαθάρτοις, marg. Savil. in textu ἀκαθέτοις. Infra Morel. et Savil. in marg. δυσάλωτα τῶν θηρίων, Savil. in textu et Colb. δυσήματα τῶν θηρίων.

b In Co'b. et Savil. ἐπιπολύ deest.

do memoro quæ tunc agunt, cum a dæmone apprehenduntur, sed quæ posteaquam illa vexatio cessaverit. Nam et edacitatem sequuntur, et furantur, et inebriantur, et plurima his etiam turpiora admittunt. Denique sicut malefactorum plurimos carcerem ditissime¹ incolere permittit iudex, adeo ut plerumque vitam illic finiant, ut cum ex multis aliquos puniri vult, unum ex illis, aut etiam duos eminentiori loco statuens, circumstantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, neque ad terrorem cæterorum sic malos omnes punire necesse habet: ita Deus quoque cum nos emendare vult, non omnes una malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis quos numquam corrigendos novit, potentiam atque iram ostendit suam, plurima ex hoc utilia perficiens. Quippe et malos ad deserenda, si velint, vitia hortatur, et bonos cautiore efficit, et longanimitatem ostendit suam, resurrectionisque doctrinam, ut ante diximus, omnibus insinuat. Quid ergo hæc, inquires, ad eos, qui a prima infantia nutriti in calamitatibus, priusquam bona vel mala per ætatem discernere possint, e vita migrant? Et quid mali, quæso, isti patiuntur, qui necdum quid patiantur sentiunt, neque dolere aut gaudere didicerunt? Ego vero non hoc solum pro huiusmodi solvenda quæstione dixerim, verum parentes ipsos etiam et fratres et propinquos huiusmodi liberorum cladibus emendatos novi. Id vero non minimi lucri est, ex iis, quibus nemo læditur, alios maximam utilitatem consequi. Verisimile autem est et aliam esse causam secretiorem, quam solus novit rerum opifex Deus.

9. *Cur post afflictionem quidam peccent.* — Unum reliquum est explicandum, quam scilicet ob causam ii, qui recte priusquam tentarentur incedebant, post tentationem lapsi sint. Quis, oro, plane novit qui recte incedant, nisi qui corda nostra singula fluxit, intelligitque omnia opera nostra (*Ps. 32. 15*)? Fit enim sæpius, ut plurimi ex iis qui honi esse videntur, peiores omnibus sint; atque id quidem et in hoc sæculo deprehenditur, sed in nonnullis casu aliquo ac necessitate ingruente. Cum vero is qui corda et renes probat, vivus et efficax, et acutior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animæ et corporis, artuum et medullarum, discretor cogitationum et intentionum (*Hebr. 4. 12*), iudicans sederit, tunc vero non paucos ex pluribus, sed omnes aperte videbis: neque tunc ovina pellis lupum, neque sepulcri dealbatio internam inquisitionem occultare poterit. Nulla enim creatura est invisibilis coram eo, qui tunc iudicaturus est, sed nuda et aperta sunt omnia oculis ejus: quod Paulus indicat cum Corinthiis scribit: *Itaque nolite ante tempus quicquam iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium* (*1. Cor. 4. 5*). Ut autem, hypocritis omissis, ad eos tandem qui recte revera incedunt veniamus, unde nobis constat quod, etiamsi bona reliqua egerint, summum tamen omnium virtutum culmen, humilitatem, non negie-

xerint? Idcirco autem dimisit illos Deus, ut discant illa se non propria virtute, sed Dei gratia præstitisse. Quod si dicat quis melius fuisse illos cum recte agerent extolli, quam post lapsum humiliari, is mihi maxime videtur jactantiæ detrimenta atque humilitatis lucra ignorare. Nosti enim plane hominem arroganter bona operantem, si tamen bona facere arrogans possit, quamprimum in sinum pernecium lapsurum. Is vero qui labi permissus fuerit, atque ex ruina humiliari didicerit, resurget, ac si quidem voluerit, lapsus sui damna cito reparabit. Porro is qui cum jactantia recte putatur operari, nihil patiens adversi, ne sensum quidem ullum propriæ iniquitatis recipiet umquam, sed augebit malum, atque dum nesciet, hinc vacuus proficiscetur: sicuti Pharisæus ille (*Luc. 18. 40*) qui ascendit in templum, putans se bonis omnibus esse locupletem, descendit vero publicano pauperiorem meritis se esse percipiens. Est et alia species pestis, quæ plurimum roboris habet ad evacuanda bona nostra, quæ muto sudore colligimus, ventus scilicet inanis gloriæ. Nam revera venti instar ingressa thesauros omnes virtutis exsufflat. En et secunda nobis occasio lapsus recte gradientium, ut tu dicebas. Plurimi enim ex iis qui apud nos ingentes videntur virtutis causa tolerasse labores, ac revera tolerant, cum omnia ad honorem hominum, non pro Dei gloria, facerent, permissi sunt in tentationem labi, ut multitudinis gloria nudati, propter quam detrimenta omnia perpassi sunt, ejusque gloriæ naturam in nullo flore fœni esse meliorem addiscentes, jam Deo soli vacent, atque ipsius causa faciant omnia. Sunt præterea et aliæ causæ atque rationes, et quidem longe his plures, cæterum, ut dixi, nobis incognitæ, sed omnium opifeci Deo bene notæ. Ne igitur in iis quæ contingunt indignemur, sed gratias agamus: hoc enim gratorum fideliumque servorum est. At vero tu, dum admiraris cur non antea potius, cum delicate viveres atque illa sæculi pompa stipatus incederes, sed nunc quando abjecisti illa omnia, ac te ipsum totum Deo devovisti, pessimus te ille dæmon invasit, idem prorsus facis ac si admireris cur spectatoribus nullus molestus esset, sed qui in pugilum numero adscriptus exercitatusque in certamen descendisset, hunc solum ex omnibus collectator expeteret, percutiens caput faciemque concidens. Non hoc ergo aut miraculo aut mœrore dignum est, si nos ille pugil adortus premit et urget, quippe ista est pugnantium lex: verum si ille dejiciat atque prosternat, ac præmia laborum tollat, hoc grave est. Quamdiu vero non prævalet, non solum nobis nihil nocuit, sed profuit plurimum, conflictu illo suo summa nobis ornamenta concilians. Namque et in castris ille præstare cæteris putatur, qui plura vulnere præ se ferre potest, ac singularia certamina adversus quoslibet hostium fortissimos suscipere. Eos itidem athletas maxime miramur, qui cum inexpugnabilibus (sic enim appellant contentiosiores quosque antagonistas) viriliter congregiuntur. Sed et venator ille maxime præcellit, qui ferocissimas belluas excipit. Impudens est atque imperterritus hic dæmon:

¹ vox, ditissime, in Colb. et Savil. deest.

at ego propterea te mirari ac stupere non desino, quod hujusmodi adversarium nactus tam violentum lapsus non es, neque in deditionem venire tolerasti, sed firmus perstitisti, nulla ex parte illius improbitati cedens.

10. Porro quod non assentandi studio nunc ista loquar, sed quod verè maxima ex hujusmodi afflictione creperis emolumenta, patere, quæso, nos fiducia tantisper in loquendo uti: neque enim aliter hujus rei documenta afferre possem. Nosti sane ac memoria tenes priorem tuam conversationem, qua autè hujusmodi tentationem debebas. Hanc itaque velim diligenter examines, ac præsentì qua nunc vivis componas: videbis profecto quantum lucri ex isto conflictu consequutus sis. Nunc enim jejuniis, vigiliis, lectioni, orationibusque perpetuis intentissime incumbis, gravitatemque et humilitatem excellenter consequutus es: antea nulla tibi librorum ratio, sed studium omne et laborem pomarii arboribus devoveras. Audivi ego tunc plurimos, qui te objurgantes, arrogantem ac superbum dicerent, atque in hac parte nobilitatem generis, patrisque claritudinem, et quod in opibus plurimis fuisses educatus, causarentur: in vigiliis vero quam tunc negligens fueris, ipse melius nosti. Sæpe enim aliis profunda nocte statim exsurgentibus ipse gravi somno mersus dormiebas, et cum te alii excitarent indignaberis. At nunc ex quo bellum hoc et pugnam subiisti, illa omnia soluta sunt, atque in melius mutata. Quod si quæras ex me quamobrem, cum in deliciis ageres, ac mundi rebus omnino intentus esses, non tunc tibi dæmonem istum immiserit Deus, illud ego respondebo, hoc quoque illius actum esse providentia. Sciebat enim tunc te imbecillum, superandum facile, ac mature periturum. Atque ideo non statim ad hanc luctam vocavit, cum ad monachorum vitam accessisses, sed exerceri prius te permisit, ac longum agere tempus; posteaquam vero robustissimus factus es, tunc ad laboriosum hoc stadium pertraxit. Adhuc igitur eorum qui sunt in sæculo mentionem facis, famulumque tuum in medium adducis: illum enim te significare voluisse reor, cum diceres plurimos sæculares viros, cum in hunc morbum incidissent, celeriter atque integerrime fuisse liberatos. Verum famulus tuus, o amantissime, et quotquot eosdem subiere casus, non

eadem ex causa cum hujusmodi malo conflictati sunt, qua tu modo. Illi enim ac cæteris similibus solum ferrendi causa, ut ex hujusmodi timore meliores fierent, hanc belluam immisit Deus; tibi vero ut pugnares fortiter et strenue ac vinceres, coronamque patientiæ referres. Porro victoria tunc est, non cum quis adhuc theatro constante, luctando seipsum adversario subducit, sed cum se ad congregiendum paratum luctatori semper offert, qui adversarius absurdas cogitationes¹ præ mœrore suggerens nihil perficere possit. Quod vero res ita se habeat, sic probe colligo. Constat profecto omnibus, quantumlibet tu te per humilitatem dejicias, a servi tui vita tuam longissime differre, ac esse meliorem: Deo itaque major tui quam illius cura sit necesse est. Hoc cum palam sit, id quoque similiter constabit: nempe si esset odii permissio illa, numquam profecto ei quem magis diligeret illam auxisset, postquam eum qui longe fuerat deterior tam cito dæmoni eriperat. Neque enim ex hoc solum id asseveraverim, sed ex quibus a Deo te desertum putas, ex eis maxime illi curam tui summam esse conabor ostendere. Nam si non studiosissime cuncta hactenus egisses, si non peregrinationes longinquas, ut sanctis illis viris ad ejusmodi solvenda vincula potentissimis congregederis, suscepisses, merito fortasse quidam dubitassent, cum non satis aperta videretur esse causa, cur tantum temporis te reliquerit: postea vero quam martyrum loca frequens adiisti, ubi plurimi ex iis quoque, qui homines devorabant, sæpe sanati sunt, plurimumque temporis apud viros illos mirabiles ac strenuissimos, qui curationem numquam frustra tentaverant, degisti, nihilque omnino omisisti, quod ad hanc liberationem conferre posse ulla ratione videretur, reversusque es ferens tecum inimicum, apertum ac certissimum diviniæ circa te providentiæ documentum eis quoque qui valde insipientes sunt conspiciuum retulisti. Numquam enim profecto tantam impedivisset Deus gratiam, numquam servos suos ita pudore suffundi passus esset, nisi id tuæ et probationi et utilitati vehementer expedire cognovisset. Itaque quod diviniæ derelictionis signum videtur, id ejus summi in te affectus et amoris est argumentum.

¹ savil. et Colb. habent, *innumerabiles cogitationes.*

EJUSDEM AD STAGIRIUM,

QUOD TRISTITIA DÆMONE IPSO SIT GRAVIOR.

LIBER SECUNDUS.

1. Et ista quidem de Dei providentia, utque ille non aversans et exsecrans, sed et admodum diligens hoc te exercent modo, dixisse sufficiat. Quoniam vero alia etiam ex parte vehementer te angit questus es, quod sæpenumero dæmon vel pelago, vel præcipitio, vel alio quovis leti genere vitam tibi eripere suadeat, age de hujusmodi quoque cogitationibus paucis disseramus. Neque enim solius dæmonis est illud consilium, sed etiam mœroris:

imo vero plus mœroris quam dæmonis, fortasse vero mœroris solius. Id ex eo profecto constat, quod plurimi etiam ab hujusmodi insectatione liberi ex dolore solo hæc deliberant. Hunc igitur ex animo tuæ fuga ac penitus elimina, ac nullam vim deinceps illi habeat, non solum ad persuadendum ista, verum ne ad suggerendum quidem. Nunc quippe quemadmodum ii qui parietes suffodiunt, noctis tempore, extincto lumine, et furari opes, et earum dominos

οὗτος ὁ δαίμων· διὰ τοῦτό σε εκπληγτόμενος καὶ θαυμάζων οὐ παύομαι, ὅτι πρὸς τοιοῦτον κληρωθεὶς ἀνταγωνιστήν, οὐ κατέπεσες, οὐδὲ ἐξέδικας σεαυτὸν, ἀλλ' ἔμεινας ἀκλήνης μηδαμῶθεν περιτρεπόμενος.

Γ'. Καὶ ὅτι σε οὐ κολακεύων ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλὰ ἀληθῶς τὰ μέγιστα ἀπὸ τῆς θλίψεως ταύτης ἐκαρπώσω, ἀνάσχου μετὰ παρρησίας λεγόντων ἡμῶν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην τοῦτου παρασχεῖν τὴν ἀπόδειξιν. Οἰσθᾶ που καὶ μέμνησαι τὴν προτέραν σου διαγωγὴν, τὴν πρὸ τοῦτου λέγω τοῦ πειρασμοῦ· [178] οὐκοῦν ἐξέτασον ἐκείνην καλῶς, καὶ ἀντίθεος τῇ παρουσίᾳ τῇ μετὰ τὸν πειρασμόν, καὶ τότε ἔβηε τὸ κέρδος ὅσον ἀπὸ ταύτης σοι γέγονε τῆς συμπλοκῆς. Νῦν μὲν γὰρ καὶ ἐν νηστείαις καὶ παννυχισί, καὶ τῇ περὶ τὴν ἀνάγκωσιν σπουδῇ, καὶ τῇ περὶ τὰς εὐχὰς καρτερίᾳ, πολλὴ γέγονεν ἡ ἐπίστασις, καὶ τὸ ἀδιάχτων δὲ καὶ ταπεινὸν μεθ' ὑπερβολῆς σοι κατώρθωται· πρότερον δὲ σοι βιβλίων λόγος ἦν οὐδεὶς, πᾶσα δὲ σοι φροντίς καὶ πόνος εἰς τὴν ἐπιμέλειαν ἀνηλίσκατο τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν. Πολλῶν δὲ σε καὶ εἰς ἀπόνοιαν σκωπτόντων ἤκουον τότε, καὶ ταύτη τὴν τοῦ γένους αἰτιωμένων λαμπρότητα, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν, καὶ τὸ ἐν πλοῦτῳ τετράφθαι πολλῶν· τῆν δὲ ἐν ταῖς παννυχισί ῥαθυμίαν καὶ αὐτὸς οἶδας σαφῶς. Πολλάκις γὰρ ἄλλων μετὰ τὴν βαθεῖαν ἐσπέραν ἀνισταμένων εὐθέως, αὐτὸς ἔμμενος ὑπὸν κατεχόμενος βαθεῖ, καὶ πρὸς τοὺς διεγείροντας ἐδυσχέραινες. Ἀλλὰ νῦν πάντα λέλυται ἐκεῖνα, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεταθέσθεται, ἐξ οὗ τὴν μάχην καὶ τὸν πόλεμον ἀνεδέξω τοῦτον. Εἰ δὲ ἔροῖό με, τί δήποτε σοι τρυφῶντι καὶ πρὸς τὰ τοῦ κόσμου πρόγματα ἐπισημένῳ οὐ συνεχώρησεν ἀντιστῆναι τὸν δαίμονα τοῦτον ὁ θεός, ἐκεῖνο ἂν ἀποκρινοίμην ἐγὼ, ὅτι καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας ἦν· ἥδει γὰρ ὅτι σε τότε εὐκαταγώνιστον εὐρῶν ταχέως ἀπολεῖ. Διὰ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως ἐπὶ τὸν τῶν μοναχῶν ἐλθόντα βίον πρὸς τὴν πάλιν ταύτην ἐκάλεσεν, ἀλλ' ἀφήκεν ἐγγυμασθῆναι καὶ χρόνον ἀναμείναι μακρὸν, εἰθ' ὅτε καρτερικώτατος γέγονας, τῆνικαῦτα πρὸς τὸ ἐπίπνον τοῦτο στάδιον ἐλκυσεν. Ἔτι οὖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ στρεφομένων μεμνήσθῃ, καὶ τὸν οἰκέτην ἄξεις εἰς μέσον τὸν σόν· ἐκεῖνον μὲν γὰρ σε οἶμαι αἰνίττεσθαι, ὅταν λέγῃς ὅτι πολλοὶ τῶν βιωτικῶν ἀνδρῶν ταύτῃ περιπεσόντες τῇ νόσῳ ταχίστης καὶ τελείας ἐτυ-

χον ἀπαλλαγῆς. Ἄλλ' ὁ οἰκέτης, ὡ φιλτατε, ὁ εὖς καὶ ὅσοι τῶν αὐτῶν ἐτυχον ἐκείνῳ, οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αὐτῷ προσεπλάκησαν, ὡς περ καὶ σὺ νῦν· ἐκείνῳ μὲν γὰρ καὶ τοῖς τοιοῦτοις ὑπὲρ τοῦ φοβῆσαι μόνον, καὶ τῷ φόβῳ ποιῆσαι βελτίους, τοῦτο ἐπαρήκε τὸ θηρίον ὁ θεός· σοὶ δὲ, ὥστε ἀγωνίσασθαι γενναίως, καὶ νικῆσαι λαμπρῶς, καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναδῆσασθαι στέφανον. Νίκη δὲ ἐστίν, οὐχ ὅταν τις, τοῦ θεάτρου ἔτι συνεστῶτος, παλαίοντα αὐτὸν ἐλκύσας ἀπαγάγῃ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, ἀλλ' ὅταν ἀφῆ συμπλακῆναι διαπαντός, εἶτα παλαίων καὶ διὰ τῆς ἀθυμίας εἰς ἐνθυμήσεις ἁ ἀτόπους ἀγωνισχύσῃ μηδέν. Καὶ ὅτι οὕτω ταῦτ' ἔχει, ἐκεῖθεν συλλογιόμην καλῶς. Παντὶ που δῆλόν ἐστι, κἂν αὐτὸς μετριάξῃ ἐθέλης, ὅσον τῆς τοῦ οἰκέτου ζωῆς βελτίων ἢ σὴ διενήνοχεν. Οὐκοῦν καὶ λόγος σοῦ τῷ Θεῷ πλείων καὶ φροντίς, ἢ ἐκείνου. Τοῦτου δὲ ἦντος ὀφλοῦ, κάκεινο ὁμοίως ἔσται φανερόν, ὅτι εἰ μίσους αὐτῆ συγχώρησις ἦν, οὐκ ἂν εἰς ὃν μᾶλλον ἠγάπα ταύτην ἐξέτεινε, τὸν ἤττονα πολὺ ὄντα τοῦτον ταχέως τοῦ δαίμονος ἐξαρπάσας. Καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦτου μόνον τοῦτο ἰσχυρισαίμην ἂν ἔγωγε, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν, ὧν ἐγκαταλείφθαι δοκεῖς, ἐκ τούτων μάλιστα, ὅτι σφόδρα μέλει τῷ Θεῷ τῶν σῶν, ἀποδείξεια πειράσσομαι. Εἰ μὲν γὰρ μὴ πολλὴν ἐποίησω σπουδὴν, μηδὲ ἀποδημίας ἐστεῖλω [179] μακρὰς, ὥστε συγγενέσθαι ἀνδράσιν ἀγίοις καὶ ἱκανοῖς τὰ τοιαῦτα λύειν δεσμά, ἴσως ἂν τις ἠτόρησε τῶν πολλῶν, οὐ σφόδρα τῆς αἰτίας οὔσης ἐναργεῦς, δι' ἣν τοσοῦτον εἶασε χρόνον· ἐπειδὴ δὲ καὶ τόπους μαρτύρων καταλαβῶν, ἔνθα πολλοὶ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐσθιόντων λάθησαν, καὶ τοῖς θαυμαστοῖς καὶ γενναίοις ἐκείνοις καὶ μηδέποτε διημαρτηκόσι πολὺν ὑπὲρ τοῦτου συνώκησας χρόνον, καὶ οὐδὲν ὄλας παραλιπῶν τῶν φερόντων εἰς τὴν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν, ἐπανῆλθες πάλιν τὸν πόλεμον ἔχων μετὰ σεαυτοῦ, φανερὰν καὶ ἐναργῆ καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις τῆς περὶ σὲ Θεοῦ προνοίας ἐκόμισας τὴν ἀπόδειξιν. Οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαύτην χάριν ἐνεπόδισεν, οὐδ' ἂν τοὺς αὐτοῦ δούλους αἰσχυνθῆναι ἠθέσχετο, εἰ μὴ σφόδρα πρὸς τὴν εὐδοκίμησιν καὶ τὴν ὠφέλειαν μᾶλλον ἔωρα τὴν σὴν. Ὡσθ' ὅπερ δοκεῖ σημεῖον εἶναι τῆς ἐγκαταλείψεως τοῦ Θεοῦ, τοῦτο τῆς πολλῆς αὐτοῦ περὶ σὲ φιλοστοργίας καὶ σπουδῆς σημεῖόν ἐστι.

^a Savil. et Colb. εἰς μυρίας ἐνθυμήσεις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΑΓΕΙΡΙΟΝ

ΚΑΙ ΟΤΙ Η ΑΘΥΜΙΑ ΧΑΛΕΠΩΤΕΡΑ ΚΑΙ ΔΑΙΜΟΝΟΣ.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

α'. Ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας εἰρήσθω, καὶ ὅτι οὐκ ἀποστρεφόμενος οὐδὲ μισῶν, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀγαπῶν, τούτῳ γυμνάζει τῷ τρόπῳ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐτέρως σφόδρα ἔφησ' ἀλγεῖν, ὡς καὶ πολλάκις σε ἀναπελθεῖν τὸν δαίμονα εἰς πέλαιρος ἢ κατὰ κρημνῶν ἀφανίσαι σεαυτὸν, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιοῦτῳ τρόπῳ τὴν παροῦσαν καταλύσαι ζωὴν, καὶ ὑπὲρ τούτων μικρὰ διαλεχθῆναι βούλομαι τῶν λογισμῶν. Οὐ γὰρ ἐκείνου μόνον ἐστὶν αὕτη ἢ συμβουλή, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθυμίας τῆς σῆς, καὶ

ταύτης μᾶλλον ἢ ἐκείνου, τάχα δὲ καὶ μόνος ταύτης. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν πολλοὶ καὶ τῶν μὴ δαιμονώντων ἀπὸ τοῦ λυπεῖσθαι μόνον τοιαῦτα βουλεύονται. Ταῦτην οὖν ἐκβαλε καὶ ἀπέλασον τῆς ψυχῆς, καὶ οὐδέμιαν ἔξει λοιπὸν ἐκεῖνος ἰσχύν, οὐ μόνον πρὸς τὸ πείθειν τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τὸ παραινεῖν τὴν ἀρχὴν. Νῦν μὲν γὰρ καθάπερ οἱ τοιχωρύχοι καταλαμβανοῦσης νυκτός, τὸ φῶς ἀποσθέντες, καὶ ὑφελῆσθαι τὰ ὄντα, καὶ τοὺς τούτων κυρίου μετὰ πολλῆς ἀποσφάξας τῆς εὐκολίας δύναιεντ' ἂν

οὕτω καὶ οὕτως ἀντὶ νυκτὸς καὶ σκότους τὴν ἀθυμίαν κατασκεδάσας, πάντα ὑφελῆσθαι πειράται τοὺς πρὸς ἀσφάλειαν λογισμούς, ἵνα ἐρήμην καὶ ἀδοξητον λαβὼν τὴν ψυχὴν μυρίαὶς κατατρώσῃ πληγαῖς. Ὅταν δὲ τις τῆ πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπίδι τοῦτο διασκεδάσας τὸ σκότος, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης καταφυγῶν, σπεύσῃ τὰς ἀκτίνας ἐκεῖνας εἰς τὴν ἑαυτοῦ καταθεῖναι ψυχῆν, ἀπὸ τῶν οικειῶν λογισμῶν ἐπὶ τὸν ληστήν μεταθήσει τὸν θόρυβον· καὶ γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα κακουργοῦντες, [180] ὅταν αὐτοὺς ἐλέγξῃ τις, καὶ δείξῃ τὸ φῶς, τρέμουσιν, ἰλιγυῶσιν, ταραττόνται. Καὶ πῶς ἂν τις, φησὶ, ταύτης ἀπαλλαγῇ τῆς ὀδύνης, μὴ πρότερον τοῦ κινουμένου αὐτὴν δαίμονος ἀπαλλαγῆς; Οὐχ ὁ δαίμων ἐστὶν ὁ τὴν ἀθυμίαν κινῶν, ἀλλ' ἐκεῖνη ἡ ποιοῦσα τὸν δαίμονα ἰσχυρὸν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποβάλλουσα τοὺς πονηροὺς. Καὶ μαρτυρήσειεν ἂν ἡμῖν ἐνταῦθα ὁ μακάριος Παῦλος· οὐ γὰρ δαίμονά τινα, ἀλλὰ τὴν ταύτης ἀμετρίαν δεδοικώς ἐπέστελλε Κορινθίοις φείσασθαι λοιπὸν τοῦ πεπληθμελήτους ἐφ' οἷς ἐξήμαρτε, *Μήπως τῆ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῆ;* φησιν, *ὁ τοιοῦτος*. Εἰ δὲ βούλει, τῷ λόγῳ τέως ὑποθώμεθα τὸν μὲν δαίμονα ἐπιχειῖσθαι, τὴν δὲ ἀθυμίαν ἐξηλάσθαι τῆς σῆς ψυχῆς· τίς ἔσται βλάβη λοιπὸν; τί καθ' ἑαυτὸν οὗτος ἢ μικρὸν ἢ μέγα ἂ δύναιτ' ἂν ἀδικῆσαι ἡμᾶς; Ἐκεῖνη δὲ καὶ τοῦτου μὴ παρόντος πολλὰ ἂν ἐργάσασαίτο δεινὰ· καὶ τοὺς πλείονας τῶν βρόχους ἀψάντων, ἢ ξίφει διαφθαρέντων, ἢ ποταμοῖς ἀποπιπνύοντων, ἢ καὶ ἐτέρως πως ἀπολεσάντων ἑαυτοῦς, ἀπὸ τῆς ἀθυμίας ἐπὶ τοὺς βιαίους τούτους θανάτους ὡσθέντας εὐρήσομεν· εἰ δὲ τινες καὶ τῶν δαιμονίωντων εἶεν ἐν τούτοις, καὶ τούτων τὴν ἀπώλειαν οὐ τῷ δαίμονι λογιστέον, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀθυμίας τυραννίδι καὶ βίᾳ. Καὶ πῶς ἔνεστι, φησὶ, μὴ ἀθυμεῖν; Ἄν τῆς τῶν πολλῶν περὶ τοῦ πράγματος ὁδῆς ἀποστάς τὰ ἄνω φρονῆς. Νῦν μὲν γὰρ ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς τὸ πρᾶγμα δεῖνόν ἐστὶν εἶναι νομίζεται, καὶ σοὶ δοκεῖ β' εἰ δὲ θελήσῃς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, τῆς καταλας καὶ πεπληθμενῆς προλήψεως ἀπαλλαγῆς, μετὰ ἀκριβείας κατιδεῖν, εὐρήσεις οὐδεμίαν ἔχον ἀθυμίας ἀφορμὴν, ὡς καὶ ἦδη πολλάκις ἡμῖν ἀποδέδεικται. Τῶν δὲ ὀμηλικῶν ἔνεκεν (καὶ γὰρ τὴν ἐκεῖνων εὐφροσύνην καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφούς παρρησίαν ὀρῶντά σε ἠγοῦμαι συγχέσθαι καὶ καταπίπτειν) ἐκεῖνο ἂν εἰποίμι, ὅτι, εἰ μὲν τούτων ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ κοσμιότητι καὶ τῇ λοιπῇ τοῦ βίου φιλοσοφίᾳ διαγόντων, αὐτῶς ἐν χαμαιτυπείᾳ καὶ κύβοις καὶ κύμοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλισκες, λόγον ἂν εἶχεν ἡ τῆς ἀθυμίας πρόφασις· εἰ δὲ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἔτι βαδίζεις ὁδόν, τί ποτέ ἐστί σε τὸ λυποῦν; Ἐγὼ γὰρ, εἰ μὲν πρὸς ἕτερόν μοι τινα τῶν εὐκόλως ἐπαιρομένων ὁ λόγος ἦν, κἂν ἀπεσιώπησα ταῦτα, ἃ μέλλω πρὸς σὲ νῦν εἶρεῖν· ἐπειδὴ δὲ σφόδρα θαρρῶν, ὅτι, κἂν μυρία σέ τις ἐπαινῇ καὶ θαυμάζῃ, τοῦ μετριάσειν οὐκ ἀποστήσῃ ποτέ, ἀλλὰ μενεῖς καὶ οὕτως ἐν τοῖς ἐσχάτοις τάττων σαυτὸν, οὐδὲν ὑποστειλόμενος ἅπαντα ἐρῶ.

Τοσαύτην γὰρ ἀκούω τὴν ἐπίδοσιν τῆς εὐλαθείας γεγενῆσθαι τῆς σῆς, ὡς μηκέτι σοὶ πρὸς ἐκεῖνα τὰ μειράκια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μεγάλους καὶ θαυμαστοὺς ἄνδρας εἶναι τὴν ἄμιλλαν. Οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνων σε ἀποδέειν λέγουσιν, οὐ κατὰ τὸν τῆς νηστείας λόγον· (πῶς γὰρ, ὕδατι

καὶ ἄρτι μόνον, καὶ ταῦτα ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφόμενον;) οὐ κατὰ τὸν τῶν παννυχίδων καιρὸν, ἀλλ' ὁμοίως αὐτοῖς ἐφεξῆς πολλὰς νύκτας ἄπνους παρέλκειν ε'. Τῆ δὲ μεθ' ἡμέραν διαφυγῇ πολλοὺς αὐτῶν ἦδη καὶ ἀποκρύψαι φασί· καὶ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἐρχομένων ἐκούω διηγουμένων, ὅτι σοὶ πᾶς ὁ καιρὸς εἰς εὐχὰς καὶ δάκρυα ἀναλίσκεται· καὶ καθάπερ οἱ σιγὴν ἀσκούντες, [181] ἢ καὶ μόνους ἐν οικίᾳ κατακλείσαντες ἑαυτοὺς, πρὸς οὐδένα οὐδὲν φθέγγονται, οὕτω καὶ σὲ λέγουσιν ἐν πληθει τοσούτῳ στρεφόμενον διατελεῖν. Τὸν δὲ τῆς καρδίας σου συντριμμένον, καὶ τὸν αὐχμὸν, καὶ τὴν ἀλλήθονα καὶ πεφρίκασι διηγοῦμενοι, καὶ πολλοὺς ἐνταῦθα τὰ σὰ κατένυξαν ἀπαγγέλλοντες· οὐκ ἀντιβλέπει, φησὶν, οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ἐκεῖ, οὐδ' ἀνίησι τῶν συνελθόντων πόνων ἑαυτὸν· πολλάκις ἐδείσαμεν μὴ πηρώσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς ὄδουμοις, μὴ πλήξῃ τὰς μήνιγγας τῇ σφοδρότητι τῆς ἀγρυπνίας καὶ τῇ ἀνενδότητι καὶ διηνεκεῖ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν σπουδῆ.

β'. Ταῦτα οὖν σε λυπεῖ καὶ θορυθεῖ, ὅτι τοσοῦτον παράλασας τοὺς ὀμηλικας, ὅτι καὶ σφοδρὸν καὶ ἀναίσχυντον ἔχων τὸν ἀνταγωνιστὴν πολλῷ τῷ μέτρῳ τοὺς μετὰ σοῦ τρέχοντας ὑπερηκόντισας. Ἄρ' οὐκ εἰκότως ἔλεγον ὅτι ἡ ἀθυμία αὕτη προλήψεως μόνον ἐστὶν, ἐρευνημένη δὲ καὶ εὐθυμίας ἡμῖν ὑποθέσεις παρέχει πολλάς; Τί γὰρ ἕλεος, εἰπέ μοι, τοῦ μὴ δαιμονῶν, ὅταν ὁ βίος ἡμελημένος ἢ; ποῖον δὲ βλάβος ἀπὸ τοῦ δαιμονῶν, ὅταν τὰ τῆς πολιτείας ἠκριβωμένα τύχη καὶ συγκεροτημένα καλῶς; Ἄλλ' ἴσως αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷ, ὅταν σε καταβάλλῃ παρόντων τῶν; Ἄλλὰ τοῦτο σοὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως συμβαίνει· τῆς αὐτῆς, ὅτι τῇ τῶν πολλῶν ὁδῆ, λογισμῶ δὲ οὐδέποτε τὸ πρᾶγμα ἐπέτρεψας. Τὸ γὰρ καταπεσεῖν οὐ τοῦτο ἐστὶν ὃ σὺ πάσχεις φῆς, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτίᾳ περιπεσεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ πτώσει καλὸν αἰσχύνεσθαι καὶ ἀλγεῖν. Νῦν δὲ ἐπὶ μὲν τοῖς οὐδεμίαν ἔχουσιν αἰσχύνῃ καταδύομεθα, τὰ δὲ θνωτὰ αἰσχρὰ καὶ πολλοῦ γέμοντα γέλωτος καὶ κολάσεως ἐσχάτως, ταῦτα θρωπῶντες οὐδὲν ἠγοῦμεθα πάσχειν δεῖνόν· ἀλλὰ τῆς μὲν ψυχῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὸ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἐνεργείας πιπτούσης οὐδεὶς ὁ πενθῶν· εἰ δὲ ποτέ τι τὸ σῶμα τοῦτο πάθει, δεῖνόν καὶ ἀφόρητον εἶναι δοκεῖ. Ἄρα οὐ τοῦτο ἐστὶ τὸ δαιμονῶν, τὸ οὕτω διακεισθαι τὴν ψυχὴν καὶ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων σφάλεσθαι κρίσειν; Εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ μέθῃς τοῦτο ἐπασχεῖ, ἔχρην καταδύεσθαι καὶ ἀθυμεῖν, προαιρέσεως γὰρ τὸ ἐγκλημα ἦν· εἰ δὲ τῆς ἐτέρου βίας τὸ πρᾶγμα ἐστὶν, οὐ τὸν ἐπηρεαζόμενον, οὐδὲ τὸν ὑπομένοντα τὴν βίαν, ἀλλὰ τὸν δρῶντα αἰσχύνεσθαι δεῖ. Καὶ γὰρ ἐν ἀγορᾷ εἰ ποτε γενομένης μάχης ἕτερος τὸν ἕτερον ὤσας κατέβαλε, τὸν καταβάλλοντα, οὐ τὸν πεσόντα ἅπαντες αἰτιώμεθα. Καλὸν τὸ ἐρυθριᾶν, ἀλλ' ὅταν τι πράττωμεν τῶν κολάσων φερόντων ἡμῖν παρὰ τῷ τότε μέλτωνε κρίνειν ἡμᾶς· ἕως δ' ἂν μηδὲν τοιοῦτον ὤμεν συνειδότες ἑαυτοῖς, τίνας ἔνεκεν ἐγκαλυπτόμεθα; Οὐδὲ γὰρ, εἰ τίς σε μόνον ἀπολαβὼν ἔτυπεν ἀπλῶς καὶ μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, ἢ πάλιν κατέβριπεν εἰς τὴν γῆν, σὺ δὲ πάντα πρᾶως ἐνεγκῶν ἀπηλλάγῃς, οὐκ αἰσχύνῃς^d τὸ πρᾶγμα ἦν, ἀλλὰ φιλοσοφίας καὶ τῶν μεγίστων ἐπαί-

^c Verbum παρέλκειν a textu Morel. et Savil. mutuati sumus. Colb. et ipse Savil. in marg. παρέλθειν. For.

^a Scripsit Montf. ἡ μ. ἢ μεζών, μέγα rescriptimus e Sav. et Colb. Edit.

^b Sic Savil. et Colb. At Morel. εἶναι δοκεῖ. καὶ σοὶ δοκεῖ.

^d Savil. et Colb. αἰσχύνῃς, omissa negatione, Morel. vero οὐκ αἰσχύνῃς. Infra Morel. καὶ φέρειν, alii τὸ φέρειν. Ibid. Savil. et Colb. τοῦ δὲ τούτων πονηροτέρου.

eum sua facilitate jugulare possunt : ita et hic vice noctis ac tenebrarum mœrorem effundens, cogitationes omnes, quæ ad munimen nostrum esse possunt, subducere prius ac furari nititur, ut desertam et sine adjutorio animam invadens plagis eam innumeris confodiat. At vero cum quis spe in Deum fultus has tenebras disjecerit atque ad Solem justitiæ confugiens, illius radios in anima sua recipere studuerit, protinus cogitationum suarum tumultum in latronem illum transfundet. Nam et qui facinora talia aggrediuntur, cum quis illos deprehenderit, ac lumen ostenderit, tremunt, fluctuant atque perturbantur. Et quomodo, inquires, possit quis hoc dolore liberari, nisi prius eripiatur a dæmone agitatore? Non dæmon est qui mœrorem movet, sed mœror potius vires dæmoni administrat, cogitationesque malas suggerit. Attestatur huic rationi nostræ beatissimus Paulus : non enim dæmonem, sed immoderatum dolorem metuens. Corinthiis scribit, ut parcant demum peccanti, *Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui talis est* (2. Cor. 2. 7), inquit. Cæterum ut concedamus dæmonem acrius instare, ex animo autem tuo pulsum esse mœrorem, quid jam erit ex hoc detrimenti? quid hic per se solus aut parvum aut magnum possit contra nos? At vero mœror, absente dæmone, multa per se horrenda efficit, plurimosque eorum qui sibi nexuerunt laqueos, consciverunt gladios, vel fluvii se undis dederunt, vel alio quovis genere perdidere seipsos, solo dolore in violentam mortem impulsos reperiemus. Quod si inter eos quispiam fortassis fuerit arreptus a dæmone, hujus quoque perditio non dæmoni, sed mœroris tyrannidi ac violentiæ merito imputanda erit. Et quomodo, inquires, possum non mœrore affici? Si a multitudinis opinione de hujusmodi re longissime recedens, sola superna sentias. Nunc enim ideo ea res gravis atque horrenda tibi videtur, quia vulgus ita existimat. Atqui si omissa inani fallacique existimatione ipsam rem diligentius considerare volueris, invenies nullam inesse ei mœstitiæ occasionem : quod jam sæpe superius ostendimus. Æqualium vero tuorum gratia (reor enim te intuentem illorum lætitiæ ac fiduciam cum fratribus, confundi atque ex tristitia concidere) ego id veraciter dixerim : si quidem, illis in continentia et sobrietate atque in reliqua vitæ philosophiæ degentibus, ipse in lupanaribus, in ludis et in aleis et comessationibus tempus omne consumeres, rationalis profecto esset hic mœror tuus : sin autem eandem incedis viam, quid causæ est quod angaris? Equidem si mihi ad aliquem ex his sermo esset, qui facile extolluntur laudibus, ea quæ modo dicturus sum profecto tacuissem. Quoniam vero ea mihi de te spes est, quod quantumlibet quis te laudet atque admiretur, nunquam modestiam deseres, atque nihilominus inter extremos te ipsum statures, cuncta nihil metuens aut dissimulans loquar.

Stagirius ex dæmonis insultibus multum profecerat. — Tanta enim audio tibi accessisse pietatis incrementa, ut non jam cum adolescentulis illis, sed cum magnis admirandisque viris virtute contendas. In

nullo te illis inferiorem aiunt, non ratione jejuniis : quo enim pacto, cum panem et aquam tantum in cibum sumas, idque alternis diebus? non vigiliarum prolixitate, cum ut ipse plures una noctes insomnes transigas ; non diurno instituto, quo te quoque plurimos illorum transcendere fama est. Audio ex iis qui isthinc adveniunt, tibi omne tempus in lacrymis perpetuisque orationibus consumi ; et quemadmodum ii, qui silentio se devoverunt, seque ipsos tugurio brevi incluserunt, nihil loquuntur, ita et te aiunt in tanta versantem multitudine persistere. Porro contritionem cordis tui, squalorem ac dolorem et hi qui enarrant exhorrescunt, plurimosque hic dum tua narrarent instituta compunxerunt. Nullum unquam ingredientium, aiunt, respicit, nihil ex consuetis laboribus relaxat : sæpius veriti sumus ne oculos perpetuis lacrymis excæcaret, ne vigiliis nimis, irremissoque et jugi lectionis studio cerebrum offenderet.

2. Hoc ergo te mœrore conficit atque perturbat, quod æquales tuos tanta excellentia superas, quod acerrimum et impudentem nactus adversarium, tanto spatio tecum pariter currentes excessisti. Annon merito dicebam mœrorem hunc præsumptæ solum esse opinionis ; si examinetur vero, summas nobis lætitiæ ac tranquillitatis occasiones præbere? Quæ enim utilitas, quæ te, a dæmone non corripit, si vitæ institutum negligatur? quod damnum corripit, si vita recte instituta et accurata sit? At fortasse confunderis ac erubescis, cum te sub oculis quorundam dejicit? Sed hoc tibi ex eadem ratione contingit, quod multitudinis opinione negotium hoc, non ratiocinio metiris. Namque cadere non id est, quod tu te pati dicis, sed in peccatum corruere : in hoc sane casu dolere, in hoc erubescere convenit. Nos contra in iis quæ nullam habent verecundiæ rationem confundimur ; quæ autem revera sunt turpia, execrationeque ac supremo digna cruciatu, ea dum perpetramus, nihil nos mali pati arbitramur. Atque anima quidem singulis diebus peccatorum vi corraente, nullus est qui lugeat ; si quando vero corpus hoc aliquid patitur, id vero durum atque intolerabile esse videtur. Nonne id potius est a dæmone corripit, si adeo miserabiliter animus afficiatur, atque ita circa rerum judicia fallatur? Nam si id quidem ex ebrietate patereris, confundi merito ac mœrere debuisses, quippe id voluntatis crimen esset ; sin autem alterius violentia id fit, non is qui vexatur atque eam violentiam tolerat, sed is qui illam infert, erubescere debet. Nam et in platea si quando commissa pugna alter alterum impellens dejicit, non cadentem, sed impellentem accusamus omnes. Utile quidem est erubescere, sed tum profecto cum aliquid gesserimus quod ille dignum cruciatu iudicet, qui nos iudicaturus in fine est. Quamdiu autem nihil hujusmodi nobis conscii fuerimus, cujus rei gratia confundimur? Neque enim si quis sine ratione nihilque læsus te cæderet, aut in terram dejiceret, tuque omni mansuetudine tolerans abires, confusionis ea res esset, sed philosophiæ maximarumque laudum. Quod si hominibus injurias inferentibus, id perferre glorio-

sum est, eone, qui omnes nequitia transcendit, hoc ipsum faciente, qui illius vesaniam fortiter tulerit, quasi rem vituperatione dignam fecerit, rubore perfundetur? Et quid hac contrarietate dici irrationabilius possit? Si enim ex casu illo exurgens turpe aliquid aut facere inducereris, aut loqui, ne ipse quidem super his te lugere ac dolere prohiberem: sin autem omnia cum gratiarum actione toleras, atque ad orandum te statim convertis, quid est quod tibi verecundiam aut confusionem pariat? Sed fortassis dura et dolenda iudicantur probra ab aliis in nos coniecta.

Quinam vere dæmoniaci. — Et quid ejusmodi hominibus dici vituperabilis possit, qui neque digna exprobratione rite possunt discernere? Isti enim revera insani sunt, ac dæmonio pleni, qui rerum naturam ut sese habeat intueri numquam didicerunt, sed ea quæ sunt laudibus dignissima vituperant, et quæ sunt exprobranda in laudabilium transferunt ordinem. Plurimis et phrenetici præsentibus maledictis insectantur; sed qui illa audiunt nullas se pati contumelias existimant. Et tu igitur cum amentes illos ita loqui audis, noli contumeliam aut confusionem eam rem existimare, ne vere probris te dignum constituas, dum contra te Deum provocas. Cum enim ea quæ pro nostra emendatione et utilitate a Deo inferuntur, probro tibi esse arbitraris, vide quo hoc malum emerget.

3. Quod si vis qui sint revera confusione et exprobratione digni perspicere; paucos e multis tibi conator ostendere. Eos inspicere, qui mulierum formæ omni studio addicti sunt, qui pecuniis usque ad insaniam inhiant, qui potentiæ ac gloriæ sunt cupidissimi, utque ista consequantur, agere omnia et pati sustinent, qui livore et invidia tabescunt, qui nihil se lædentibus insidiantur, qui atram bilem patiuntur, qui vitæ præsentis vanitatem summa rabie sectantur. Ista revera atque his similia vesaniæ sunt opera, supplicioque digna; ista probris atque irrisione insectanda. Porro si quis dum perturbatur a dæmone, sic quoque summam in vita philosophiam exhibeat, non solum non exprobrandus, verum admirandus coronandusque ab omnibus est, qui tot tantisque præpeditis vinculis, cursum adeo laboriosum currit, arduamque et asperam conscendit virtutis viam. Cæterum nescio quo pacto me pene et aliud effugerit, quod ipse plus habes quam fratres reliqui. Id autem est hujusmodi: Si quid a te peccatum est, facile per hanc pressuram id omne deletur ac remittitur. Atque a me hoc antea ostensum est, cum de Lazaro, et de illo qui apud Corinthios fornicatus est, sermonem haberem. Sed patri, inquires, timeo: etsi omnia mea modestè ac leniter perferre possim, quomodo illius casum ac vesaniam feram, si quando quid horum senserit? Hactenus quidem nihil persensit. Est autem maximè pusillanimitatis eorum gratia, quæ postea aliquando, vel etiam omnino non eventura sunt, mœrore jam nos ac dolore conficere. Unde enim vobis constet hæc ad illius perventura notitiam? Imo vero sit hoc plane perspicuum, concedamusque, si vis, cuncta illum nosciturum, plurimamque atrociter facturum:

laudo te equidem, si illius doleas vicem, cæterum nolo id cum tuo detrimento facias. Quippe eos qui ea quæ sursum sunt sapiunt, et non quæ super terram, non solum ab ira et concupiscentia cæterisque perturbationibus, sed a mœrore etiam abstinere convenit. Illic enim longe pluribus, quam sunt perturbationibus illæ, nos incommodis afficit; prorsusque necesse est adversus illum nos fortissime insurgere, nisi omnino perire velimus. Nam si quidem ipse hujusmodi calamitatum patri auctor futurus esses, recte sane trepidares ac tremeres, qui tantæ illi perditionis causa esses; sin autem ipsemet summis malis atque incommodis affici vult, nihil te horum penitus tangit, nisi in quantum patri pie condolendum est. Præterea nescimus quomodo hujusmodi nuntium ille laturus sit; plurima enim sæpe contra quam sperabatur, emergerunt. Nam et illud unum est ex iis, quæ raro accidunt; at hoc probabile est, ac plerumque solet evenire. Unde id colligi potest? Habet adulterinos filios, quos et plurimi facit; porro hæc illius amoris vis ejusmodi mœrorem facillime lenire poterit. Ne igitur frustra te ipsum curis excrucies. Nam si patris causa dolendum est, ejus profecto rei gratia dolendum est, quod irrationabilibus sumptibus, quod comessationibus, quod fastu et tyrannide, quod præsentis adulterio deditus sit. An tu modicum scelus existimas uxore, matre vestra, incolumi, alterius puellæ maculari concubitu, filiosque ex illicito procreare matrimonio? Ista luctu, ista lacrymis digna, quæ aperta sunt mala, atque in finem producta: quæ vero tui causa futura sunt, fieri potest ut gravia sint, fieri item, ut opinione leviora; summæ vero esset amentia in rebus adeo incertis certo se jam cruciatu conficere. Ut autem concedamus interim illum vehementissima indignatione concitandum, ac citissime sedabitur, et antequam plane incendatur, exstinguetur. Homo enim tot deliciis deditus, maximarumque rerum curis implicitus, parasitos et assentatores nutriens, puellæque illius amore incensus, ex qua vobis ex medietate fratres habet, etiam si tuos casus perceperit, dolore non ex iis solum quæ dixi, sed ex præteritis conjicio. Nosti enim, plane nosti, cum te ille nimium antea diligeret, teque omnium loco haberet, ex quo te ad monachorum vitam transtulisti, affectus omnis ille quam existinctus sit. Rem enim ille te facere turpem, ac majorum suorum splendore indignam, gloriamque suam te deturpare dicebat: et nisi naturæ illum necessitas cohibuisset, te forsitan abdicasset. Itaque, nisi tamen nimis hæptum quod dicam videatur, arbitror illum rem gestam cum voluptate auditurum, quasi pœnas dederis, quod orante illo sæpius, atque a vitæ istius tolerantia te removere cupiente, consilium ipsius numquam admiseris.

4. Et de patre quidem ac timore tuo, quo de illo maxime sollicitus es, ista habui quæ dicerem, sufficientia, ut reor, ad omnem hujusmodi metum excludendum. Quoniam vero malorum tuorum summam esse asserebas, quod neque de futuris posses confidere, neque scires hujusmodi unquam vinculis sol-

ων. Ἔτα ἀνθρώπων μὲν ἐπηρεαζόντων, τὸ φέρειν τὴν ἐπήρειαν ἔπαινος· τοῦ δὲ πάντων πονηροτέρου τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦντος, ὃ τὴν ἐκείνου μανίαν γενναίως ἐνεγκῶν καταδύσεται ὡς ἐπίψογον πρᾶγμα ποιῶν; Καὶ τί ταύτης τῆς ἐναντιώσεως ἀλογώτερον γένοιτ' ἂν; Εἰ μὲν γὰρ ἄπ, τῆς πτώσεως [182] ἀναστάς ἐκείνης, ἀτοπὸν τι πρᾶξαι προηχθῆς ἢ ἐπιεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ἂν ἐκώλυσα ὑπὲρ τούτων καρτακόπτεσθαι καὶ ἀλγεῖν· εἰ δὲ μετὰ εὐχαριστίας ἅπαντα φέρεις, καὶ εἰς προσευχὰς εὐθέως τρέπεις σαυτὸν, τί ποτ' οὖν ἔστι τὸ ποιοῦν τὴν αἰσχύνην; Ἄλλ' ἴσως ἀλγεῖνὰ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων ὄνειδη.

Καὶ τί τούτων ἐπονειδιστότερον γένοιτ' ἂν, οἳ μὴδὲ ἄπερ ὄνειδιζειν χρὴ δύναιν· ἂν εἶδέναι καλῶς; Οὗτοι γὰρ ἀληθῶς εἰσιν οἱ μαινόμενοι καὶ δαιμονῶντες, οἳ τὰ πρᾶγματα ὡς ἔχει φύσεως μὴ μεμαθηκότες ὄρῃν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔπαινον ἄξια ψέγοντες, τὰ δὲ ἐπονειδίστα εἰς τὴν τῶν ἐπαινουμένων τάξιν μετατιθέντες. Πολλὰ καὶ οἱ τὴν φρενίτην νοσοῦντες λέγουσι τοὺς παρόντας κακὰ, ἀλλ' οἱ ἀκούοντες οὐχ ἠγούνηται ὀβρίζεσθαι. Μὴ τοῖνον μὴδὲ σὺ τῶν ἐξεστηκότων ἐκείνων ἀκούων, αἰσχύνην καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα εἶναι νόμιζε, ἵνα μὴ ποτε ἀληθῶς ἐπονειδίστον καταστήτης σαυτὸν παροξύνων τὸν θεόν. Ὅταν γὰρ τὰ πρὸς παιδείαν καὶ ὠφέλειαν ἐπαγόμενα παρὰ τοῦ θεοῦ, ταῦτα θνεῖδος εἶναι νομίσης, ὅρα ποῦ τελευτᾷ τὸ κακόν.

Υ. Εἰ γὰρ βούλει τοὺς ἀληθῶς αἰσχύνης καὶ ὄνειδους ἀξίους ἰδεῖν, ἐγὼ σοὶ πειράσομαι ἐκ πολλῶν ὀλίγους ὑποδείξαι τῷ λόγῳ. Θέσασι τοὺς περὶ τὰς εὐμορφίας ἐπισημένους τῶν γυναικῶν, τοὺς περὶ χρήματα μαζινομένους, τοὺς δυναστείας καὶ δόξης ἐρῶντας, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτων καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν αἰρουμένους, τοὺς ὑπὸ βασιανίας τηκομένους, τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ἡδικηκόσιν οὐδὲν, τοὺς μελαγχολῶντας ἄπλως, τοὺς περὶ τὰ μάταια τοῦ βίου λυτῶντας ἀεὶ· ταῦτά ἐστι καὶ τὰ ταιαῦτα μανίας ἔργα καὶ κολάσεως ἢ ἄξια, ταῦτα ὄνειδους καὶ αἰσχύνης γέλωτος. Εἰ δὲ τις ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλούμενος φιλοσοφίαν καλοῦσιν· ἐν τῷ βίῳ πολλὴν ἐπιδεικνύοιτο, οὐ μόνον οὐκ ὄνειδιζεσθαι, ἀλλὰ καὶ θαυμάζεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι παρὰ πάντων ἂν εἴη δίκαιος, μετὰ τοσοῦτων δεσμῶν δρόμον οὕτως ἐπίπονον τρέχων, καὶ τὴν ἀνάτη καὶ τραχίαν τῆς ἀρετῆς ἀναβαίνειν ὁδόν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς καὶ ἑτερόν με μικροῦ δεῖν παρελήλυθεν, ἢ πλεονεκτεῖς τῶν ἀδελφῶν· τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ βᾶδιως, εἰ καὶ τί σοὶ πεπλημμέλγεται, διὰ τῆς θλίψεως ταύτης καὶ ταῦτα ἀποδύσασθαι τὰ ἁμαρτήματα. Καὶ τοῦτο γέγονε δῆλον ἡμῖν ἐξ ὧν ἐφθην ἡδὴ διαλεχθεῖς, ὅτε περὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ παρὰ τοῖς Κορινθίοις πεπορευκόςτος ἔλεγον. Ἄλλ' ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δέδοικα, φησί· κἂν γὰρ τὰ ἐμαυτοῦ πρᾶως ἐνεγκεῖν δυνηθῶ, τὰς ἐκείνου συμφορὰς καὶ τὴν μανίαν πῶς οἴσμεν βᾶδιως, εἰ ποτε αἰσθητό τι τούτων; Τέως μὲν οὐκ ἦσθετο. Πολλῆς δὲ μικροψυχίας ἐστὶν ὑπὲρ τῶν ὑστερόν ποτε συμβησομένων ἢ μὴδὲ ἄλλως συμβησομένων τὴν ἀθυμίαν ἡδὴ καρποῦσθαι καὶ κόπτεσθαι. Πόθεν γὰρ, ὅτι καὶ αἰσθησεται, δῆλον ἡμῖν; Μᾶλλον δὲ ἔστω δῆλον, καὶ συγκεχωρήσθω, εἰ βούλει, [183] καὶ αἰσθήσεσθαι αὐτὸν, καὶ μεγάλη ἐργάσεσθαι δεινὰ· ἐπαινῶ μὲν σε ἀλγούντα

ὑπὲρ τῶν ἐκείνου κακῶν, οὐκ ἀξίῳ δὲ μετὰ τῆς σαυτοῦ ζημίας τοῦτο ποιεῖν· τοὺς γὰρ τὰ ἄνω φρονούντας καὶ μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐ θυμοῦ μόνον καὶ ἐπιθυμίας καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀθυμίας κρατεῖν δεῖ. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πλεονα ἡμᾶς ἐκείνων ἐργάσεται δεινὰ, καὶ χρὴ πρὸς αὐτὸ γενναίως ἐνίστασθαι μὴ μέλλοντας ἀπόλλυσθαι παντελῶς. Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς αἴτιος ἐμελλεῖς ἔσεσθαι τῶν τῷ πατρὶ συμβαινόντων ἀνιαρῶν, καλῶς ἂν ἐδεδοίκεις καὶ ἔτρεμες, τοσαύτης ἀπωλείας γενόμενος ἀτίος· εἰ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν περιπεῖρειν βούλεται τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, οὐδεὶς πρὸς σὲ τούτων λόγος, πλην ὅσον πατρὶ συναλγεῖν χρὴ. Χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ ἴσμεν, ὅπως οἴσει ταύτην τὴν ἀκοήν· πολλὰ γὰρ ἐναντία τοῖς προσδοκῆθῆσιν ἐξέβη πολλάκις· κάκεινον μὲν τῶν παραδόξως καὶ σπανίως συμβαινόντων ἐστὶ, τοῦτο δὲ καὶ τῶν εἰκότων καὶ τῶν σφόδρα ἐνδεχομένων. Πόθεν δὴ τοῦτο δῆλον; Πολὺν τῶν νόθων ποιεῖται λόγον, καὶ τὸ πρὸς ἐκείνους φιλοφρονεῖν ἱκανὸν ταύτην αὐτοῦ συσκιάσαι τὴν ἀθυμίαν. Μὴ δὲ μάτην οὐδὲνα σαυτὸν ταῖς φροντίσιν. Εἰ δὲ καὶ ἀλγεῖν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς χρὴ, ἐπὶ ταῖς ἀλόγοις δαπάναις, ἐπὶ τοῖς κώμοις, καὶ ἐπὶ τῷ τύφῳ, καὶ ἐπὶ τῇ τυραννίδι, ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ τῇ νῦν. Ἡ μικρὸν οἶσι κακὸν τὸ γυναικὸς ἐνδονοῦσης τῆς ὑμετέρας μητρὸς, ἑτέρα προσφείρεσθαι κόρη, καὶ παιδοποιεῖν ἐκ παρανόμων γάμων; Ταῦτα πένθους ἄξια, ταῦτα δακρῶν, τὰ φανερά καὶ εἰς τέλος ἐκθάντα κακὰ· τὰ δὲ ἐπὶ σοὶ συμβησόμενα ἴσως μὲν ἔσται δεινὰ, ἴσως δὲ οὐ δεινὰ, πολλῆς δὲ ἀλογίας ὑπὲρ τῶν οὕτως ἀδήλων ὠμολογημένην ὑπομένειν ἡδὴ βάσανον. Θῶμεν δὲ αὐτὰ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἀπαντήσεσθαι, ἀλλὰ τάχιστον ἔξει τέλος, καὶ πρὶν ἢ καλῶς ἐξαφθῆναι σθεσθήσεται. Ἄνθρωπος γὰρ τοσαύτη προσέχων τρυφῇ, καὶ πραγμάτων ἐπιμελούμενος πολλῶν, καὶ παρασίτους τρέφων καὶ κόλακας, καὶ οὕτω τῆς κόρης ἐκείνης περικαυόμενος, ἐξ ἧς ἔχει τοὺς ἐξ ἡμῶν ὕμιν ἀδελφούς, κἂν λάβῃ τῶν σῶν αἰσθησιν, βραχεῖαν λήψεται καὶ οὐδενὸς ἀξίαν. Καὶ τοῦτο οὐχ οἶ· εἶπον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡδὴ γεγενημένοις στοχάζομαι· οἶσα γὰρ, οἶσα σαφῶς, ὅτι σφόδρα σε πρὸ τούτων ἢ φιλῶν, καὶ πάντα τὴν σὴν ἠγούμενος κεφαλῆν, ἐπειδὴ πρὸς τὸν τῶν μοναχῶν μετέστης βίον, πάντα τὸν πόθον ἐκείνον ἔθεσε, καὶ τὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν ἠγῆσατο, καὶ τῆς τῶν προγόνων λαμπρότητος ἀνάξιον, καὶ τὴν αὐτοῦ δόξαν κατασχύνειν σε ἔλεγε· καὶ εἰ μὴ ἢ τῆς φύσεως αὐτὸν κατεῖχεν ἀνάγκη, τάχα ἂν σε καὶ ἀπεκῆρυξεν. Ὡστε, εἰ μὴ σφόδρα ἀναίσθητον τὸ λεγόμενον, οἶμαι αὐτὸν καὶ ἠσθῆναι τῷ γεγονότι, ὡς δίκην σου δεδωκότος ὑπὲρ ὧν πολλάκις παρακαλοῦντος καὶ ἀπαγαγεῖν βουλομένου ταύτης τοῦ βίου τῆς καρτερίας, οὐδὲ μέχρι ῥημάτων ἢ ἡνέσχου τὴν συμβουλήν.

δ. Καὶ περὶ μὲν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ φόβου οὐ ὑπὲρ ἐκείνου δέδοικας, ταῦτα ἂν ἔχοιμι λέγειν, ἱκανὰ γε [184] ὄντα, ὡς οἶμαι, πάντα τὸν ὑπὲρ τούτων σοὶ γενόμενον λύσαι φόβον. Ἐπειδὴ δὲ ἔλεγε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν εἶναι τὸ μὴδὲ ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἔχειν θαρρῆναι, μὴδὲ εἰδέναι πῆτερον ἔσται τις λύσις ποτὲ τούτων, ἢ καὶ μέχρι τελευ-

^a Savil. et Colb. κολάσεων. Morel. κολάσεως. Paulo post Morel. solus καὶ οὗτος, male ibid. Savil. et Colb. ἐπιδείκνυται, Morel. ἐπιδεικνύοιτο. Paulo post Savil. et Colb. μετὰ τοσοῦτων δεσμ.

^b Colb. et Savil. πρὸ τούτου.

^c Colb. et Savil. μέχρι ῥήματος.

τῆς βουλήσεται σοι πικτεῦειν ὁ τὸν ἀγῶνά σοι τοῦτον θεός, ἀκριβὲς μὲν οὐδὲν οὐδὲ αὐτὸς ὑπὲρ τούτων ἔχω λέγειν, οὐδὲ ἀποφαίνεσθαι: ὑπὲρ τῶν μελλόντων, ἐκεῖνο μέντοι οἶδα σαφῶς, καὶ αὐτὸν δέ σε οὕτω πεπεῖσθαι ἀξίω, ὅτι ὀπότερον ἂν γένηται τούτων, συμφερόντως ἔσται καὶ πρὸς ἡμῶν: καὶ οὕτω δὲ διακείμενος ἦς, ταχέως καὶ τὸν κολοφῶνα τούτων, ὡς λέγεις, ἀποκρούση τῶν κακῶν.

Πρὸς δὲ τοῦτῃ ^a κάκεινο λογίζεσθαι χρῆ, ὅτι ὁ μὲν τῶν ἐπάθλων καὶ τῶν στεφάνων καιρὸς ὁ μέλλων ἐστὶν αἰὼν, τῶν δὲ παλαισμάτων καὶ τῶν ἰδρώτων ὁ παρών. Καὶ τοῦτο ποιήσαι δῆλον ἡμῖν βουλόμενος ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν: *Οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλιος, οὕτω πικτεῦω καὶ οὐκ ἀέρα δέρω, ἀλλ' ὑπωπιῶ μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὴν τελευταίην ἐφθασε, τηλικαῦτα τὴν μακαρίαν ἐκείτην ἀφήκε φωνήν: *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγάμισμαι, τὸν ἐρόμεν τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειται μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος* ^b· δεικνύς ὅτι πάντα τὸν βίον ἐναγῶνιον ἡμῖν εἶναι δεῖ καὶ ἐπίπουν, εἴ γε μέλλοιμεν τῆς ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου καὶ τῶν μυρίων ἀπολαύεσθαι ἀγαθῶν. Εἰ δὲ βούλοιτο τις ῥιθυμῶν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀπολαύειν ἡδέων, καὶ τῶν ἐκεῖ τοῖς πονοῦσιν ἀποκειμένων μισθῶν, ἑαυτὸν παρακρούεται καὶ ἀπατᾷ. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ ^b τῶν ἀθλητῶν ὁ μὲν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν ἀγῶνων ἀνεσιν ἐπιζητῶν αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν διὰ πάντος τοῦ χρόνου ἑαυτῷ προξενεῖ, ὁ δὲ ἐν τῷ σταδίῳ πάντα πόνον γενναίως ἐνεγκὼν στεφάνους καὶ δόξαν καὶ ἔπαινον, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι, καὶ λυθέντων αὐτῶν καρπούται παρὰ τῶν θεατῶν· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ὁ μὲν τὸν καιρὸν τῶν πόνων ἀνέσσει ποιούμενος καιρὸν, ὅταν ἀναπαύεσθαι δέη τὴν ἀγῆρω ἐκείτην ἀνεσιν, τηλικαῦτα οἰμώξεται καὶ βρῦξει τοὺς ὀδόντας, καὶ τὰ ἔσχατα πείσεται δαινᾶ· ὁ δὲ ἐνταῦθα τὰς θλίψεις προθύμως ἐνεγκὼν, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ λαμπρὸς ἔσται καὶ ἐπίδοξος δόξαν τὴν ἀθάνατον καὶ ἀληθῆ. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν ὁ τὴν εὐκαιρίαν τῶν πραγμάτων συγγέων πάντων ἐκπεσεῖται τῶν προκειμένων αὐτῷ, καὶ μυρίας ἑαυτὸν περιβαλεῖ συμφορὰς, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν τοῦτο πείσεται ὁ τὴν τάξιν τῶν καιρῶν οὐκ εἰδώς. Εἶπεν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Θλίψιν ἔξετε ἐν τῷ κόσμῳ.* Εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος· *Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται*· οὐ τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων διώξεις λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς παρὰ τῶν δαιμόνων ἐπιβουλὰς. Εἶπεν Ἰωβ, ὅτι *Πειρατῆριόν ἐστιν ^c ἀνθρώπου ὁ βίος ἐπὶ τῆς γῆς.* Τί τοίνυν ἀσφάλεις ἐν τῷ τῆς ταιλαιπωρίας θλιβόμενος καιρῷ; Τότε γὰρ ἀλγεῖν ἔχρη, εἰ ὃν προεῖπεν ὁ Χριστὸς θλίψεως εἶναι χρόνον, τοῦτον ἐποιοῦμεθα τρυφῆς καὶ ἀναπαύσεως [185] καιρῶν· εἰ καὶ ὃν ἀγωνίζεσθαι καὶ πονεῖν προσετάχθημεν, κατὰ τούτων ἀνεπεπτώκειμεν· εἰ τὴν εὐρύχωρον ἐβαλίζομεν ὄδον, αὐτοῦ τὴν τεθλιμμένην κελεύσαντος. Οὕτω γὰρ ἂν ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν εἶπετο λοιπὸν τὸ ἐν τοῖς αἰῶσιν ἐκεῖνοις κολάζεσθαι. Τί οὖν ἂν εἴποις, φησί, πρὸς τοὺς καὶ ἐνταῦθα μετ' εὐρυχωρίας βαδίζοντας, καὶ ἐκεῖ μέλλοντας ἀναπαύεσθαι; Καὶ τίς οὕτως ἐστίν; ἐγὼ γὰρ τῷ τοῦ Χριστοῦ πείθομαι λόγῳ μόνον, τῷ λέγοντι ὅτι, *Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς*

ἢ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν· ὅτι δὲ οὐκ ἐνὶ διὰ τῆς στενῆς ἐν εὐρυχωρίᾳ βαδίσαι ποτε, παντὶ που δῆλόν ἐστιν. Ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἐξωθεν ἀγῶνων οὐδεὶς ἰδρώτων χωρὶς στέφανον ἀνεδήσατο, καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς φύσεως ἔχων κοινωνοῦντας τοὺς ἀνταγωνιστάς, ἐνθα πονηρὰ δύναμεις ἡμῖν ἀνταίρουσι, πῶς ἐνὶ θλίψεως καὶ στενωχωρίας ἐκτός περιγενέσθαι τῆς μανίας ἐκείνων;

ε'. Ἀλλὰ μέχρι τίνος ἀπὸ λογισμῶν ταῦτα ἐξετάζομεν, ἐξὴν ἐπὶ τοὺς μακαρίους καὶ γενναίους ἀθλητὰς καταφυγεῖν τοὺς ἐπὶ τῶν προτέρων γεγενημένους χρόνους; Ἐξέτατον γὰρ ἅπαντας τοὺς τότε ὀνομαστούς, καὶ πάντας, ἀπὸ τῶν θλίψεων ὅσας παθῆρσιαν ἐσχηκότας· πρὸς τὸν Θεόν. Εἰ ὁ βούλει γε, ἐπὶ τὸν τοῦ πρωτοπλάστου πρώτον ἐλωμεν παῖδα, τὸ ἀρνίον τοῦ Χριστοῦ, τὸν Ἄβελ, τὸν ἡδικηκότα μὲν οὐδὲν, τὰ δὲ τῶν δεινότητά εἰργασμένων ὑπομείναντα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἁμαρτιῶν τίνομεν δίκας τοὺς πειρασμούς· ὁ δὲ δίκαιος ἐκεῖνος δι' οὐδὲν ἔτερον ἐκολάζετο, ἀλλ' ἦ ὅτι δίκαιος ἦν. Καὶ ἔως μὲν οὐδὲν μέγα ἐπεδείκνυτο, ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὁ ἀδελφός· ἐπειδὴ δὲ ἀπὸ τῆς οὐσίας διέλαμψε, καὶ τὴν φύσιν αὐτῆν ἠγνόησεν ὀπὸ τοῦ φόβου πηρωθείς. Πόθεν οὖν οἶδας εἰ καὶ νῦν ἡ αὐτῆ αἰτία τὸν διάβολον ἤγειρε, καὶ τοῦ βίου σου τὸ λαμπρὸν πρὸς τὴν μάχην αὐτὸν ταύτην ἐξεκαλέσατο; Εἰ δὲ γελᾷς ταῦτά μου τὰ ῥήματα, ἐπαίνῳ μὲν σε τῆς ταπεινοφροσύνης, οὐ μὴν τοῦ οὕτω διακίεσθαι παύσομαι. Εἰ γὰρ στέαρ προσενεγκῶν οὕτως εὐδοκίμησεν ἐκεῖνος, ὁ μηδὲν τῶν ἐξωθεν, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν ἀναβίς τῷ Θεῷ, πολλῶ μᾶλλον ἂν παρούσινε καθ' ἑαυτοῦ τὸν ἐχθρὸν. Ὁ δὲ Θεὸς συνεχώρησεν αὐτὸν ἐπελθεῖν· οὐδὲ γὰρ τότε ^d τὸν φόνον γενέσθαι ἐκύλυσεν, ἀλλ' ἀφήκεν εἰς τὰς τοῦ μαιφόνου χεῖρας τὸν δίκαιον ἐμπροσθεῖν, καὶ οὐκ ἐξήρασε τὸν δι' αὐτὸν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀναιρούμενον τιμῆν· οὐδὲ γὰρ ἐβούλετο ἐλαττωθῆναι τοὺς στεφάνους αὐτῷ διὰ τοῦτο μέχρι τέλους ἀφήκε δραμεῖν αὐτὸν. Καὶ ποῖα κόλασις ὁ θάνατος; φησί. Εἶθε μὲν οὖν καλῶ ταύτην τὴν τιμωρίαν ὑπέμεινα νῦν. Ταῦτα λέγεις, ἀγαπᾷτε, νῦν, πρότερον δὲ πάντων τὸ πρᾶγμα ἐδόκει εἶναι χαλεπώτατον, καὶ πάσης τιμωρίας ἔλαεινότερον. Διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως οἱ τὰ μέγιστα ἡδικηκότες καὶ συγγνώμης μείζονα, ταύτην ὑπέιχον τὴν κόλασιν. Καὶ παρὰ τοῖς ἐξωθεν νομοθέταις ἔτι καὶ νῦν οὐδαμῶς ἐτέρως κολάζονται πάντες, ὅσοι περ ἂν ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ^e ἄλωσι κακοῖς· ἀλλ' ὅμως τὰ αὐτὰ τῶς παρανόμοις ὁ δίκαιος ἔπασχε, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ χαλεπώτερα, ὅση καὶ παρὰ ἀδελφικῆς δεξιᾶς [186] ἐδέχετο τὴν πληγὴν. Τί δὲ ὁ Νῶε; Καὶ γὰρ καὶ οὗτος δίκαιος καὶ τέλειος ἦν, καὶ πάντων διεσθαρμένων μόνος εὐηρέστησε τῷ Θεῷ, πάντων τῶν ἄλλων προσκεκρουκότων αὐτῷ. Μυρίας μὲν οὖν θλίψεις ὑπέμεινε πολλὰς καὶ κακὰς. Οὐ γὰρ ἀπέθανεν οὗτος εὐθέως καθάπερ ἐκεῖνος, οὐδὲ ἔπαθε τοῦτο, ὃ κοῦφον εἶναι σοὶ φαίνεται, ἀλλὰ μακρὰς ἠελίχτο ζωῆς, ἐν τοῖς τοσοῦτοις ἔτεσι τῶν ἀποθοροῦντων καὶ βαρυνάτων φορητῶν πιεζομένων διαπαντός οὐδὲν ἄμενον διακείμενος. Καὶ τοῦτο αὐτίκα μάλα ποιήσω σοὶ φανερὸν, πρότερον ἐκεῖνο εἰπὼν. Ἐνιαυτὸν ὅλον οὗτος δεσμητήριον ἔκρησε, δεσμητήριον ξένον καὶ φοβερόν. Ἴνα γὰρ τὸ πλῆθος ἀπῶ τῶν θηρίων καὶ τῶν ἔρπετων, οἷς τοσοῦτον συνέζησε χρόνον εἰς τοιαύ-

^a Colb. et Savil. πρὸς δὲ τοῦτῃ. Morel. πρὸς δὲ τοῦτο.

^b Colb. et Savil. καὶ καθάπερ ἐπὶ.

^c Ἔστι deest in Colb.

^d Colb. οὐδὲ γὰρ τότε, Mor. οὐ γὰρ τότε, Sav. ὅτι οὐδὲ τότε. Mox Colb. et Sav. in marg. τὸν ἔγον ἐμπροσθεῖν, Sav. in textu et Mor. τὸν δίκαιον ἐμπροσθεῖν.

^e Sic Savil. in textu et Colb. Morel. autem et Savil. in marg. τοῖς ἐσχάτοις.

vendus esses, an in finem usque pugnare te ille decrevisset, qui tibi certamen hoc proposuit, ne ipse quidem exploratum ac certum aliquid dicere, aut futurorum eventus aperire possum; illud tamen scio manifeste, tibi que persuasum cupio, utrumvis horum contingat, pro nostra utilitate futurum. Quod si hoc animo fueris, cito supremum hunc malorum, ut ais, verticem abs te arcebis.

Premiorum est tempus futurum, laborum præsens.

— Ad hæc illud quoque tibi cogitandum est, præmiorum et coronarum tempus esse futurum sæculum, collocationum vero ac laborum præsens. Quod nobis apertius insinuare volens beatus Paulus dicebat: *Sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar* (1. Cor. 9. 26. 27). At vero cum ad finem certaminis venisset, demum beatam illam emisit vocem: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, jam reposita est mihi corona justitiæ* (2. Tim. 4. 7): ostendens vitam omnem in certaminibus et laboribus nobis esse agendam, si cupimus æterna requie bonisque illis innumeris perfrui. Sin autem aliquis ita negligens sit, ut potest se et hujus vitæ voluptatibus, et præmiis ac gaudiis quæ in cælis parata sunt iis, qui labores sustinuerint, frui posse, hic seipsum prorsus fallit ac decipit. Nam sicut in athletis qui tempore certaminum requiem quaerit, confusionem sibi perpetuam atque ignominiam parat; qui vero in stadio labores omnes fortiter tolerat, coronam et gloriam et laudes et in ipso certamine, et post solutum theatrum a spectatoribus consequitur: ita in nobis quoque fit. Nam is qui laborum tempus quieti dedicat, tunc ingemiscet et stridebit dentibus, quando in æterna requie debuisset finem laborum nancisci, atque extrema supplicia luere cogetur: qui vero pressuras omnes prompte ac libenter tulit, et hic et in futuro sæculo clarissimus erit, veraque et immortalis gloria beatus. Nam si in sæcularibus qui rerum tempora confundit, omnibus sibi propositis commodis excidit, atque innumeris se calamitatibus exponet, longe id magis in rebus spiritualibus patietur, qui temporum ordinem ignorat. Dixit enim Christus: *In mundo pressuram habebitis* (Joan. 16. 33). Beatus vero Paulus, *Et omnes, ait, qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur* (2. Tim. 3. 12); non solas hominum persecutiones dicens, sed et dæmonum insidias. Job quoque, *Tentatio, inquit, est vita hominis super terram* (Job 7. 1). Quid ergo angeris, quod in arum temporibus vexeris? Tunc enim dolendum esset, si quod Christus pressuræ tempus deputavit, id nos deliciarum et quietis faceremus; si quo tempore pugnare ac laborare jussi sumus, eo torperemus; si latam incederemus viam, cum ille per angustam præceperit eundem. Ita enim necessario jam nobis ferendus esset cruciatus ille sempiternus. Quid ergo, inquires, de illis dicis, qui et in isto sæculo gradiuntur in latitudine, et in futuro requiem habituri sunt? Quem tu mihi talem dabis? ego enim solius Christi verbis acquiesco di-

centis: *Angusta et arcta via est, quæ ad vitam ducit* (Matth. 7. 14): quod autem per angustam viam late iri non possit, omnibus profecto liquet. Si enim in exterioribus certaminibus nullus absque sudoribus coronam retulit, cum tamen ejusdem naturæ consortes habeat adversarios: ubi nobis virtutes illæ nequam oblectantur, quo pacto sine summis laboribus pressurisque et angustiis illarum insaniam superare poterimus?

5. *Exemplis sanctorum id ostendit.* — Sed enim nos quamdiu rationibus ista ventilamus, cum liceat confugere ad beatos illos ac fortissimos, qui prioribus fucere temporibus? Examina diligentius eos, qui fuerunt nominatissimi, videbisque omnes in angustiis fiduciam erga Deum habuisse. Atque primo, si placet, primi parentis inspiciamus filium, agnum Christi Abel. Is cum in nullo jus violasset, ea passus est quæ merentur ii, qui gravissime peccaverint. Nos enim peccatorum nostrorum pœnas damus, tentationes scilicet; at vero justus ille nulla alia causa cruciatus est, nisi quia justus erat. Ac quamdiu nullum excellens virtutis suæ documentum dedit, agnoscebat illum frater; ubi vero ex sacrificio clarus meritis eluxit, tum jam naturam quoque ipsam ille ignoravit, invidia scilicet cæcatus. Unde vero nosti an modo quoque eadem causa diabolus adversum te concitaverit vitæque tuæ fulgor illum ad hanc pugnam evocaverit? Quod si rideas ista loquentem, laudo quidem humilitatem tuam, non tamen ab hac sententia desistam. Si enim ille adipem offerens ita Deo carus acceptusque fuit, is qui nihil extrinsecus, sed seipsum totum obtulit Deo, multo profecto magis adversum se provocavit inimicum. Deus autem te illum invadere permisit, sicuti et tunc eadem illam haudquaquam impedivit, sed passus est justum in sanguinarii manus incidere, neque eum eripuit, qui propter se atque ob honorem suum macetabatur. Noluit enim illi coronas suas minui: quocirca ad finem usque illum currere permisit. Et quis, inquires, cruciatus est mors? Utinam quidem hunc et ego subirem cruciatum! Ista nunc dicis, amantissime; at prius res omnium gravissima esse putabatur, omnique pœna miserabilior. Idcirco in lege Moysi ii qui maxima quæque deliquissent ac venia indigna, morte mulctabantur. Sed et apud ipsos quoque externos legumtatores, qui in maximis turpissimisque flagitiis deprehenduntur; non alio supplicio afficiuntur, sed tamen perditissimorum hominum supplicium justus ille perpetitur, imo vero eo gravior, quod et fraterna dextra percussus occubuit. Quid autem de Noe dicimus? Nam et ipse justus ac perfectus fuit (Gen. 6) cunctisque corruptis solus placuit Deo, reliquis omnibus illum offendentibus. Innumeras plane tribulationes pertulit multas et malas. Neque enim ut Abel continuo mortuus est, neque id passus quod leve tibi videtur, sed longissimam vitam toleravit, tot annos iis qui ferunt onera gravissimoque semper pondere premuntur nihilo levius aut quietius affectus. Hoc autem statim apertissime probabo, hinc initium sumens. Annum integrum iste carceri addictus fuit, carcerique peregrino et horrendo. Ut enim ferarum et serpen-

tium multitudinem omitam, quibuscum tanto tempore vixit in tantis relictis angustiis, quid illum animi habuisse putas inter adeo ingentes tot tonitruorum fragores atque nimborum? Quippe inferior abyssus dirumpebatur, superior summa impetus vi demittebatur, cum intrinsecus ille cum liberis sederet solus. Etsi enim de fine consideret, per eorum tamen quæ flebant vehementiam metu fere præmortuus erat. Ubi enim nos cum habeamus domos in terra altius fundatas, urbesque inhabitemus, tamen si videamus pluviam vel paulo vehementius solito demitti, coneidimus metuque constringimur: quid ille passus æstimetur, cum solus intus esset, abyssumque illam horribilicam, ac varia eorum, quæ suffocabantur, genera consideraret? Denique sufficere solet ad feriendos summo pavore animos, urbem unam, vel domum etiam vi aliqua inundationis absorptam undisque operam cernere; at vero quando id orbis universus passus est, dici non potest qui affectus sit vir ille cum in mediis fluctibus circumferretur. Totum ergo annum illum in eo metu egit. Cum vero tandem diluvium cessasset, paulatim quidem jam cedebat motus, sed mœror augebatur, prodeuntemque ex arca tempestas alia excepit priore non minor, cum intueretur horrendam illam solitudinem, necemque illam violentam, atque interfectorum corpora limo ac luto permixta, cunctosque pariter homines, et asinos, et cætera his etiam ignobiliora animantium genera, uno prorsus miserabili sepulcro obruta. Nam etsi admodum peccatores fuerant qui talia perpessi erant, homo tamen erat Noe, contribulesque suos non poterat non miserari. Quippe et Ezechiel cum justus esset, atque Israelitas maxime omnium improbos cognosceret, videns tamen illos jugulari et corruere, hoc ideo passus est, atque illacrymavit, etiamsi antea Deus omnem ipsi illorum impietatem revelasset, atque ipsis oculis intuendam præbuisset, ut cum illos puniri inspiceret, eam calamitatem fortiter perferret. Sed tamen cum tanto præscientiæ solatio præparatus esset, ita quoque angebatur eorum cladibus, corruensque clamabat: *Heu mihi, Domine, deles tu reliquias Israel (Ezech. 9. 8)*? Non semel autem solus perpressus est, sed et secundo cum Jechoniam cernebat occisum. Itaque et Noe, tametsi innumera sciebat illorum esse scelera, non tamen Ezechiele sive Mose fortior erat: quippe et ille sæpe eadem que propheta passus est; peccantes intuens Hebræos, tunc eos maxime miserabatur, quando puniendi erant, magisque ipse quam qui puniebantur angebatur. At tempore Noe calamitas longe erat gravior, quippe illa sola ejusmodi mors illata est. Cum igitur tot premere-tur malis, solitudine, miseria gentis suæ, pereuntium multitudine, mortis genere, terræ totius desolatione, atque undique mœror increskeret, qui se vehementissime concuteret, adjicitur continuo nati contumelia, res quidem intolerabilis, turpitudinis et doloris incredibilis. Quanto enim amicorum probra graviora quam inimicorum sunt, tanto injuriæ a filiis acceptæ illis etiam intolerabiliores sunt. Cum enim quem

generat, quem educaverat, quem erudierat, cujus gratia labores plurimos ac dolores curasque toleraverat, eum præ cæteris contumeliosissime se tractare cernebat, ne ferre quidem animi dolorem poterat. Contumelia quippe libero homini, tum per se est intolerabilis, tum si a filiis manaverit, in stuporem animi convertit, utpote¹ atrocissima. Tu velim non id modo facinus consideres, sed ex eo ipso conjicias quam ille contumeliose priori omni tempore patrem habuerit. Qui enim præsentem adhuc tantæ cladis terrorem habebat, ac nuper ex carcere illo exierat, orbisque totius calamitatem videbat, ac ne sic quidem emendatus fuerat, sed eum quem minime omnium debuerat, contumeliis afficiebat, neque infinitorum mortalium nece, neque solitudine, neque Dei ira, neque alia ulla earum rerum quæ tum contigerant melior affectus fuerat: cujusmodi ille ante diluvium fuit, cum plurimos haberet, qui se hortarentur ad vitia? Tunc enim profecto, tunc molestiosus fluctus justus ille pertulit, quam fuerint qui post in diluvio contigerunt, cum per filium suum, tum per alios omnes. Nam in diluvio quidem sola illum aquarum multitudo angustabat; ante diluvium autem undique nequitiæ abyssos comprimebatur, ac vehementius quam fluctibus insidiis nequissimorum hominum collidebatur. Solus enim relictus in tanta scelestorum hominum flagitiosorumque multitudine, etsi nihil aliud patiebatur, irrisiones tamen plurimas ac dicteria quotidie ferebat: idque si non antea, tum maxime quando illis de arca et de futuris cladibus verba facebat. Istud vero quantum vim habeat ad perturbandos animos, testatur qui ex utero matris sanctificatus est Jeremias, qui propterea prophetiam quoque ipsam relinquere meditabatur. *Dixi enim, inquit, non prophetabo (Jer. 20. 9)*. Præterea id solum, quod nullus illi erat unanimis, nullusque suis moribus conformis, quantum illi tædii, quantum putas mœroris offuderat? Neque ideo tantum angebatur, verum ex illorum miseratione cruciatus innumeros patiebatur. Non enim tunc solum mœrent viri justi, cum pravos morientes aspiciunt, sed etiam cum peccantes vident; imò vero multo amplius hoc quam illo cruciantur: quod ex prophetis facillime animadverti potest. Alius quippe illorum amare ingemiscens: *Væ, inquit, anima, quia periit pius de terra, nec est in hominibus, qui quod rectum est faciat (Mich. 7. 2)*. Alius ad Deum loquebatur: *Quare ostendisti mihi labores et dolores videre (Habac. 1. 3)*. Et de iis qui injuriis opprimebantur, nimium condolens lugebat dicens: *Facies homines ut pisces maris non habentes ducem (Ibid. 14)*. Quod si tunc ista contingebant, cum leges constitutæ essent, et principes, et judicia, et sacerdotes, et prophetæ, et supplicia, considera quanta impudentiæ magnitudine sub Noe cuncta scelera committebantur, cum nullo horum adhuc homines cohiberentur. Et sub prophetis quidem non valde longæva erat vita, sed septuaginta vel octoginta annis terminabatur; tunc

¹ Hæc, utpote atrocissima, desunt in Colb. et in textu Savil., sed habentur in Morel. et in margine Savil.

την ἀπειλημένους στενοχωριάν, τί οἶε πάσχειν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατάγου τῶν βροντῶν, ὑπὸ τοῦ φόφου τῶν ὑετῶν; "Αδυσσος ἡ μὲν κάτωθεν ἀνεβρόγγυτο, ἡ δὲ ἄνωθεν κατεφέρετο. ὁ δὲ ἔνδον ἐκάθητο μόνος μετὰ τῶν υἱῶν. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ τοῦ τέλους εἶχε θαρρῆεῖν, ἀλλὰ τῆ τῶν γινομένων σφοδρότητι προαποτεθνήκει τῷ δέει. Ὅπου γὰρ ἡμεῖς οἰκίας ἔχοντες ἡδρασμαμένας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πόλεις οἰκοῦντες, ὅμως ὅταν ἴδωμεν κατανεχθέντα σφοδρότερον ὄλιγον τοῦ συνήθους ὑετὸν, καταπίπτομεν καὶ συστελλόμεθα, τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἔπαθε μόνος ἔνδον ὢν, καὶ τὴν φρικτωδέστατην ἐκείνην ἀδυσσον ἔνωσιν καὶ τῶν ἀποπνεύοντων τὰ διάφορα γένη; Ἰκάνον μὲν οὖν ἐκπλήξαι ψυχὴν καὶ τὸ πόλιν μίαν ἢ καὶ οἰκίαν μόνην ἐπικλυθεῖσαν καλυφθῆναι τοῖς κύμασι, τὸ δὲ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν τοῦτο παθεῖν, οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν, πῶς ἂν διέθχε τὸν ἐν μέσῳ τῷ κλυδωνίῳ περιφερόμενον. Τὸν μὲν οὖν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον τοσοῦτον συνέιχετο δέει. Ἐπειδὴ δὲ ποτε ὁ κατακλυσμὸς ἐπαύσατο, ὁ μὲν φόβος ἐνεδίδου λοιπὸν, ἐπετρεῖσθαι δὲ τὰ τῆς ἀθυμίας αὐτῷ, καὶ τῆς κιωτῶν προκούψαντα χειμῶν ἔτερος διεδέχετο τοῦ προτέρου οὐχ ἤττιον. τὴν πολλὴν ἐρημίαν ὀρῶντα, καὶ τὸν βίαιον θάνατον ἐκείνον, καὶ τῶν ἀναιρεθέντων τὰ σώματα τῆ ἰλύϊ πεφυρμένα καὶ τῷ πηλῷ, καὶ πάντας ἑμοῦ ἀνθρώπους τε καὶ θύους καὶ τὰ τούτων ἀτιμότερα γένη μίᾳ τῆ ἔλεεινοτάτῃ καταγασθέντα ταρῆ. Εἰ γὰρ καὶ σφόδρα ἀμαρτωλοὶ οἱ ταῦτα πεπονθότες ἦσαν, ἀλλ' ὅμως ἀνθρωπος ἦν ὁ Νῶε, καὶ ἔπασγέ τι πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Καὶ γὰρ ὁ Ἰεζεκὴλ δίκαιος ὢν, καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας μάλιστα πάντων πονηροτάτους εἰδὼς, ὅτε κατασφαττομένους εἶδε καὶ καταπίπτοντας, τοῦτο τὸ κοινὸν ἔπαθε καὶ ἐδάκρυσε· καίτοι διὰ τοῦτο προλαθὼν ὁ Θεὸς ἄπασαν αὐτῷ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐξέκαλυψε, καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὴν ἐποπτεῦσαι παρεσκεύασεν, ἵν' ὕταν αὐτοὺς κολαζομένους ἴδῃ, γενναίως ἐνέγκῃ τὴν συμφοράν. Ἄλλ' ὅμως καὶ τοσαύτης παραμυθίας προπαρασκευασθεῖσθαι αὐτῷ, καὶ οὕτως ἡλέγχετο, καὶ πεσοῦν ἐβόα λέγων· *Οἱμοι, Κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραὴλ*; Οὐχ ἄπαξ δὲ τοῦτο ἔπαθε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάλιν ὅτε τὸν Ἰεχονίαν εἶδεν ἀναιρούμενον. Ὡστε καὶ ὁ Νῶε εἰ καὶ μυρία αὐτοῖς συνῆδει κακὰ, οὐκ ἦν οὐτε τούτου, οὐτε τοῦ Μωσείως ἀνδρειότερος. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος τὰ αὐτὰ [187] τῷ προφήτῃ πολλὰκις ἔπαθε, καὶ ἀμαρτάνοντας ὀρῶν, ὅτε τιμωρεῖσθαι ἔδει, ἤλαει, καὶ μᾶλλον ἢ ὠδυνάον τῶν κολαζομένων αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Νῶε καὶ ἡ συμφορὰ χαλεπωτέρα ἦν· μόνος γὰρ ἐκεῖνος τοιοῦτος ἐγένετο θάνατος. Τοσοῦτοις τοῖσιν συνεχομένῳ κακῶς, τῆ μονώσει, τῆ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συμπαθείᾳ, τῷ πλήθει τῶν ἀπολώλκτων, τῷ τρόπῳ τῆς τελευτῆς, τῆ τῆς γῆς ἐρημίᾳ, καὶ πάντοθεν αὐτῷ τῆς ἀθυμίας αἰρομένης καὶ ἀκμαζούσης σφοδρῶς, ἐπιτίθεται εὐθέως καὶ ἡ τοῦ παιδὸς ὕβρις, πρᾶγμα ἀφόρητον, καὶ πολλῆς μὲν αἰσχύνης, πολλῆς δὲ γέμον ὀδύνης. Ὁσῷ γὰρ τῶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τὰ παρὰ τῶν φίλων ὀνειδῆ βαρύτερα, τοσοῦτῃ τούτων αὐτῶν τὰ παρὰ τῶν παιδῶν ἔτι μᾶλλον ἀφορητότερα. Ὅταν γὰρ ὅν ἐγέννησεν, ὃν ἔθρεψεν, ὃν ἐπαίδευσεν, ὑπὲρ οὐ πολλοὺς μόχθους καὶ πόνους καὶ φροντίδας ἠνέσχετο, τοῦτον ἀπάντων ὑβριστικώτερον

αὐτῷ κεχρημένον ἴδῃ, οὐδὲ ἐνεγκεῖν τὸ πολὺ πένθος· δυνήσεται τῆς ψυχῆς ὁ τοῦτο παθὼν. Ἡ γὰρ ὕβρις τοῖς ἐλευθέροις καὶ καθ' ἑαυτὴν μὲν ἔστιν ἀφόρητος, ὅταν δὲ καὶ παρὰ τῶν παιδῶν γίνηται, κἂν εἰς ἔκστασιν ἀγάγοι τὸν πάσχοντα· οὕτω βαρυνάτη ἔστιν ἃ. Σὺ δὲ μοι μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ τὸλμημα ἐννέει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τούτου μάνθανε, πῶς αὐτῷ καὶ τὸν ἐμπροσθεν χρόνον ἅπαντα ἔχρητο οὗτος ὁ ὑβριστής. Ὁ γὰρ ἐν χερσίν ἔτι τὸν φόβον τῶν γεγενημένων ἔχων, καὶ ἄρτι τῆς εἰρκτῆς ἐκείνης ἀπαλλαγείς, καὶ τῆς οἰκουμένης τὰς συμφορὰς ἔτι θεωρῶν, καὶ μηδὲ οὕτω σωφρονισθείς, ἀλλ' ὑβρίσας εἰς ὃν ἤκιστα πάντων ἐχρῆν, καὶ μηδὲ τῷ θανάτῳ τῶν πολλῶν, μηδὲ τῆ ἐρημίᾳ, μηδὲ τῆ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν τότε συμβεβηκότων βελτίῳ γενόμενος, τίς ἦν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ὅτε καὶ πολλοὺς εἶχε τοὺς παρακαλοῦντας ἐπὶ τὴν κακίαν αὐτόν; Τότε γὰρ, τότε χαλεπωτέρου κλυδωνίου ὑπέμεινε ὁ δίκαιος ἐκεῖνος τοῦ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου καὶ διὰ τοῦτον, καὶ διὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ κατακλυσμοῦ πλήθος ὑδάτων αὐτὸν περιεῖχε μόνον, πρὸ δὲ τούτου κακίας ἀβύσσῳ πάντοθεν συνέιχετο, καὶ τῶν κυμάτων αὐτῷ σφοδρότερον αἰ τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν ἐπιβουλαὶ προσεβρόγγυοντο. Μόνος γὰρ εἰς τοσοῦτον πλήθος ἀπολειφθεὶς ἀνδρῶν παρανόμων καὶ μιερῶν, εἰ καὶ μηδὲν ἔπασχε δεῖν, ἀλλ' ὅμως πολὺν τὸν ἔλωτα καὶ πολλὰ τὰ σκώματα ἔφερεν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλ' ὅτε περὶ τῆς κιωτοῦ καὶ τῶν μελλουσῶν αὐτοῖς διελέγετο συμφορῶν. Τοῦτο δὲ ὅσην ἔχει δύναμιν πρὸς τὸ ταραξάει ψυχὴν, μαρτυρήσειεν ἂν ἡμῖν ὁ ἐκ κοιλίας ἁγιασθεὶς, ὁ διὰ τοῦτο καὶ τῆς προφητείας μέλλων ἀφίστασθαι. *Εἶπον ἔ γάρ, φησὶν, Οὐ μὴ προφητεύσω.* Χωρὶς δὲ τούτων αὐτὸ μόνον τὸ μηδένα δρόψυχον, μηδὲ ὁμότροπον ἔχειν, πόσην ἀηδίαν, πόσην αὐτῷ κατεσκεύαζε τὴν ἀθυμίαν; Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ συναλγεῖν αὐτοῖς μυρία ἔπασχε δεινά. Οὐ γὰρ δῆπου τελευτῶντας μόνον ἐνορῶντες οὕτως ἀλγοῦσιν [188] οἱ δίκαιοι τοὺς πονηροὺς, ἀμαρτάνοντας δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τούτῳ δάκνονται, ἢ ἐκείνῳ· καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν προφητῶν ἂν τις μάθοι καλῶς. Ὁ μὲν γὰρ ἐβόα πικρὸν· *Οἱμοι, ψυχῆ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβῆς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει.* Ἄλλος δὲ ἔλεγε πρὸς τὸν Θεόν· *Ἰνατί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους ἐπιβλέπειν;* Καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων δὲ σφόδρα κοπιόμενος, ἐθρήνη λέγων· *Ποίσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης οὐκ ἔχοντας ἠγούμενον.* Εἰ δὲ τότε ταῦτα ἐγένετο, καὶ νόμων ὄντων, καὶ ἀρχόντων, καὶ δικαστηρίων, καὶ ἱερέων, καὶ προφητῶν, καὶ κολάσεων, ἐννόησον μεθ' ὅσης ὑπερβολῆς ἅπαντα ἐτολμάτο ἐπὶ τοῦ Νῶε, ὅτε τούτων οὐδὲν κατεῖχεν αὐτοῦς. Καὶ ἐπὶ μὲν τῶν προφητῶν οὐδὲ πολλὸς ὁ τῆς ζωῆς χρόνος ἦν, ἀλλ' ἐβδομήκοντα ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα· τότε δὲ καὶ εἰς ἐξακόσια ἔτη καὶ κλείονα ὁ τῶν ἀνθρώπων ἔτεινετο βίος. Ἴν' οὖν πάντα τὰ εἰρημένα

ἃ Sic Savil. et Colb. Morel. vero ἀνεφέρετο.

ἔ Colb. ἤλει καὶ μᾶλλον, Savil. ἔδει, ἤλει, καὶ μᾶλλον ἤλει καὶ ὠδυνάτο.

ἔ Nonnulla in sequentibus e Savilio addidimus. Eois.

ἃ Ημερ, οὕτω βαρυνάτη ἔστιν, desunt in Colb. et in textu Savil., sed habentur in Morel. et in margine Savil.

ἔ Savil. et Colb. εἶπον, Morel. εἶπε.

παρῶν, πόσα πράγματα ἔχειν ἠναγκάζετο, οὕτω μακρὰν ὁδεύων ὁδόν, καὶ μηδὲ μικρὴν ἐν τοσοῦτῳ μήκει παρατραπῆναι σπουδάζων, πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ κωλυμάτων ὄντων; Καὶ τί λέγω πολλῶν, πάσης μὲν οὖν διόλου τοιαύτης οὐσης τῆς ὁδοῦ, ἀπὸ τῶν τερμάτων τῆς γῆς ἐπὶ τὰ τέρματα πάσης σκοπέλων καὶ ἀκανθῶν καὶ θηρίων καὶ αὐχμοῦ καὶ λοιμοῦ^α καὶ κρυμοῦ καὶ κακούργων πεπληρωμένους; Καὶ γὰρ εὐκολώτερον τετριμμένην ἀτραπὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς νυκτὸς ὁδεύειν διαπαντός, ἢ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς· τοσοῦτοι οἱ τὰ διαθήματα αὐτοῦ βιαζόμενοι παρατρέπουν ἦσαν. Ὅταν γὰρ ἅπασιν ἄπερ ἂν ἐθέλωσι πράττειν ἐξῆ, εἰς δὲ μόνος ὁ τὴν ἐναντίαν αὐτοῖς βαδίζων ἦ, πῶς δυνήσεται πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν πάντων ὑφουντων ὁπίσω καὶ ἀνακρουόμενον αὐτόν; Ὅστιν γὰρ ἔχει δυσκολίαν τὸ μετὰ πολλῶν ὄντας κατορθοῦν, δηλοῦσιν οἱ τὰς ἐρημίας κατελιηφόρες νῦν, ὅτε τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι τὴν εὐζωίαν πανταχοῦ διεσπαρμένην ἔστιν ἰδεῖν, ὅτε καὶ ἡμόνοιαν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους οὐ μικράν. Ἀλλὰ τότε τούτων οὐδὲν ἦν, ἀλλὰ καὶ θηρίων ἀγριώτερον πάντες διέκειντο πρὸς αὐτόν.

ζ'. Τί οὖν τούτου γένοιτ' ἂν ὀδυνηρότερον τοῦ βίου; τί ταύτης μοχθηρότερον τῆς ζωῆς; Ἐγὼ μὲν οὖν τῶν ἀχθοφορῶντων διαπαντός καὶ μηδέποτε ἀναπνεόντων ἐπηγγειλάμεν δείξειν αὐτὸν οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον· ὁ δὲ λόγος πολλῶ πλέον ἐποίησεν, οὐ μόνον οὐδὲν ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ πολλῶ φορτικώτερον ἐκείνων ἔχοντα ἀποφῆνας ἡμῖν. Δοκεῖ μὲν οὖν πολλοῖς ὁ Ἀβραάμ ἐν εὐθυμίᾳ τὸν ἅπαντα διατετελεκέναι χρόνον, ὅθεν καὶ τοὺς εὐημεροῦντας καὶ πανταχόθεν κομῶντας αὐτῷ παραβάλλειν εἰώθασιν. Φέρε οὖν ἐξετάσωμεν τὰ συμβεληκότα αὐτῷ. Ἔμολ γὰρ οὗτος πολλῶ καὶ τῷ Νῶε καὶ τοῦ Ἄβελ· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἐρῶ, ἕως ἂν ἡ τῶν πραγμάτων ἐξέτασις θῆται τὴν ψῆφον ἡμῖν. Τὰ μὲν οὖν ἐν Περσίδι, καὶ εἰ τι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν αὐτῷ συνέθη λυπηρὸν^β, οὐδεὶς δύναται ἂν εἰδέναι σαφῶς. Οὐδὲ γὰρ ὁ μακάριος [189] Μωϋσῆς ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν ἱστορίαν ἡμῖν ἔγραψεν, ἀλλὰ πῆσαν τὴν ἡλικίαν ταύτην ἀφείξ, ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα πεποιήται τοῦ διηγήματος τὴν ἀρχήν. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ πάσχειν τῷ Νῶε εἰκὸς ἦν, μεταξὺ τοσοῦτων ἀσεβῶν καὶ βραβάρων μόνον βουλομένον εὐσεβεῖν, τοῦτο οὐκ ἔτι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἀδελφόν ἔστιν, ἀλλὰ καὶ οἱ σφόδρα ἀνόητοι στοχάζονται βράβως αὐτό^γ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρῆσθω νῦν ἀπὸ δὲ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ ποιησώμεθα τοῦ λόγου τὴν ἀρχήν, πρότερον ἐκείνῳ ἐξετάσαντες, πόσον ἡ τῶν Καλδαίων γῆ τῆς Παλαιστίνης ἀφέστρεψεν, ἢ ποῖα τις ἦν ἡ τῶν ὁδῶν κατασκευὴ. πῶς τοῖς ἀνθρώποις τὰ τῆς ἐπιμειξίας τῆς πρὸς ἀλλήλους διέκειτο, τίς ὁ τῆς πολιτείας τρόπος ἦν. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ εὐκόλως ὑπῆκουσεν ὁ δίκαιος ἐκείνος, καὶ τὸ πρᾶγμα εὐκόλον εἶναι δοκεῖται νῦν, μηδ' ὅτι συντόμως καὶ ἐν βραχεί τὸ γεγονός διηγήσατο ὁ Μωϋσῆς, καὶ τὸ ἔργον τῶν ῥημάτων βραχυτέρα μιμείσθαι νόμιμα· εἶπεν μὲν γὰρ ταῦτα καὶ διηγήσασθαι βράδιον, πρᾶξι δὲ οὐκέτι ὁμοίως εὐπορον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα χαλεπόν. Τὸ μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ μήκος καὶ ὅσον τὸ μέσον ἐστὶ τούτων τῶν χωρίων μετὰ ἀκριβείας ἂν εἴποιεν ὅσοι πρὸς ἡμᾶς ἐκείθεν διέβησαν, εἰ δὲ τινὲς εἰ-

σιν· ἡμεῖς δὲ ἐκείνων μὲν οὐδενί, τῶν δὲ εἰς τὴν ἐξωτερὰν χώραν ἀφικόμενων συγγενόμενοι τινι, καὶ τὸν χρόνον αὐτὸν ἐρωτήσαντες ὅσον ὁδοιορεῖν ἠναγκάσθη, ἤκουσαμεν ὅτι τριάκοντα πέντε ἡμερῶν ἀριθμόν· καὶ Βαβυλῶνα μὲν οὐκ εἰδέναι ἔφη, τῶν δὲ ἐκεῖ γενομένων ἀκηκοέναι, ὅτι ἑτέρα τοσαυτὴ πάλιν ἐκείθεν ἔστιν ὁδός. Καὶ τὸ μὲν διάστημα τοσοῦτον καὶ τότε ἦν, καὶ νῦν ἔστιν· ἡ δὲ κατασκευὴ τῶν ὁδῶν οὐκ ἐστ' ὁμοίως ὡς^δ καὶ νῦν καὶ τότε διάκειται. Νῦν μὲν γὰρ καὶ σταθμοὶς διεληπταὶ συνεχέσι καὶ πόλεσι καὶ ἀγροῖς, καὶ ὁδοιπόροις δὲ βαδίζων ἂν τις ἐντύχοι πολλοῖς, ὅπερ καὶ σταθμοῦ καὶ πόλεως καὶ ἀγροῦ οὐχ ἦττον εἰς ἀσφαλείας λόγον ἐστὶ. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀπὸ τῆς χώρας δι τῶν πόλεων ἄρχοντες ἀνδρας καὶ βίωμα σώματος τῶν ἄλλων διαφέροντας καὶ ἀνοκτίῳ καὶ σφενδόνη τοσοῦτον δυναμένου ἀρκεῖν, ὅσον τοῖς βέλεσι μὲν οἱ τοξοῦται, οἱ δὲ ὀπλιταὶ τοῖς δόρασι, τούτους συντάξαντες, καὶ ἄρχοντας αὐτοῖς ἐπιστήσαντες, εἰς οὐδὲν ἕτερον ἀπησχόλησαν, ἀλλὰ μόνον τὴν τῶν ὁδῶν ἐπέτρεψαν φυλακὴν. Μετὰ δὲ τούτων καὶ ἑτέραν πάλιν τούτων ἀκριβεστέραν ἀσφάλειαν ἐπενήσαν. Οἰκήματα γὰρ κατὰ χιλίων βημάτων διάστημα δειμάρμενοι παρὰ τὴν ὁδόν, νυκτερινῶς αὐτοῖς ἐγκατέστησαν φύλακας, τὴν ἐκείνων ἀγρυπνίαν καὶ τὴν σχολὴν μέγιστον κώλυμα τοῖς τῶν κακούργων ἐφόδοις ἐπιτειχίσαντες. Τότε δὲ οὐδὲν τούτων ἦν, οὐκ ἀγροὶ συνεχεῖς, οὐ πόλεις, οὐ σταθμοὶ, οὐ καταγωγίον, οὐ τὸ συνοδοιπόρον ταχέως ἰδεῖν, οὐκ ἄλλο τι τούτων οὐδὲν τὴν γὰρ τῆς ἀτραπεῦ τραχύτητα καὶ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν παρήμι νῦν, καίτοι γε ἱκανά, ἐκείνων μὴ προσόντων^ε, λυπηταὶ τοὺς ὁδοιποροῦντας ἱκανῶς. Καὶ μαρτυρήσασιν ἂν μοι οἱ ζεύγεσι καὶ ὑποζυγίοις χρώμενοι, καὶ μηδὲ οὕτω τῆς συνήθους ἐπιβαίνειν τολμῶντες ἰδοῦ, εἰ μὴ πρότερον αὐτὴν στορέσαιεν λίθοις, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν [190] βράχιων χαράβρας ἀναπληρώσαντες ἰσόπεδον οὕτως ἐργάζασιντο. Τότε δὲ ἐρημότερα μὲν τῶν οἰκητῶν ἦν, ἀπορωτέρα δὲ τῶν ὄρων, σφαλερωτέρα δὲ τῶν βαράθρων καὶ τῶν κρημνῶν. Καὶ τὸ πάντων δὲ χαλεπώτερον οὐκ εἶπον, πῶς τὰ τῆς ἐπιμειξίας διέκειτο, ὃ καὶ τῆς ὁδοῦ πολλῶ πλείονα καὶ μέζονα παρείχε πραγματὰ αὐτοῖς, κατὰ ἔθνη, μᾶλλον δὲ κατὰ πόλιν ἀπάντων διηρημένων. Οὐ γὰρ ὡςπερ νῦν μία ἀρχὴ κατὰ τὸ πλεῖστον τῆς οἰκουμένης τέταται μέρος, καὶ ἐνὶ πάντες δουλεύουσιν ἀνθρώπων, καὶ τοῖς αὐτοῖς διοικούνται νόμοις, οὕτω καὶ τότε ἦν· ἀλλ' ὡςπερ σῶμα ἐν εἰς πολλὰ μέρη κατατηθὲν, οὕτω καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων διεσπαστο γένος, καὶ πολεμικός ἐκ πολεμίων ἀμείβειν ὁ δίκαιος ἠναγκάζετο, πλὴν ἢ τοὺς προτέρους διαφυγεῖν, ἑτέροις ἐμπύπτων ἀελ, πῆ μὲν πολυαρχίας, πῆ δὲ ἀναρχίας οὐσης. Τί οὖν ταύτης χαλεπώτερον τῆς ζωῆς; Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον ἐδοξοίκε καὶ ἔτρεμεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πατρὸς καὶ γυναικὸς καὶ ὑπὲρ ἀδελφίδου. Ἦν δὲ οὐδὲ ἡ τῶν οἰκετῶν φροντίς μικρὰ, εἰ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκειας ἐναγχαζον ὄντες, μὴ ὅτι γε ὅτε ἐπὶ τῆς ἀλλοστρίας, ἠναγκάζοντο εἶναι διαπαντός. Καὶ εἰ μὲν ἦδει σαφῶς ὅπου ἵσθησεται τὰ τῆς πλάνης αὐτῆ, οὐκ ἦν οὕτω τὸ τῶν φροντιδῶν ἀφόρητον· νῦν δὲ ἀπλῶς καὶ ἀδιορίστως ἀκούσας Γῆν, οὐ τήνδε ἢ τήνδε, ἀλλ', *Ἦν ἂν σοι δεῖξαι*,

^α Colb. λοιμοῦ. Savil. et Morel. λιμοῦ.

^β Savil. et Colb. λυπηρῶν.

^γ Savil. et Colb. αὐτοῦ, Mor. αὐτό.

^δ Ως deest in Savil. et Colb.

^ε Morel. καίτοι γε ἱκανά ἐκείνων μὴ προσ. In Colb. et Savil. ἱκανά deest. Mox Savil. ὁδοιποροῦντας τῶν λοιπῶν ἱκανῶν.

^ι Colb. et Savil. ὅποι, Morel. ὅπου.

vero ad sexcentos annos et ultra humana vita pertinebat. Ut igitur alia omittam, quot negotia subire cogebatur qui adeo prolixum iter gradiens currebat, ac viribus totis intendebat in tanta viæ longitudine ne parum quidem divertere, cum plurima essent quæ prohiberent? Et quid dico plurima, cum tota prorsus vita a finibus ad fines terræ esset hujusmodi, tota scopulis, sentibus, belluis, squalore, peste¹, algore, maleficisque plena? Equidem facilius existimaverim angustissimam semitam profundissima nocte æemper incedere, quam illis temporibus virtutis viam: tot homines erant, qui gressus illius conarentur evertere. Cum enim omnibus quæcumque velint agere licitum sit, unus vero solus contrariam omnibus incedat viam, quando is ad finem pervenire poterit, cunctis illum retro impellentibus atque pulsantibus? Cujus enim difficultatis sit cum plurimis degendo recte operari, documento nobis sunt ii, qui modo quoque solitudines occupant, cum tamen recte vivendi formam ubique disseminatam, concordiamque et mutuum amorem non exiguum cernere in promptu sit. Tunc vero nihil horum inveniri poterat; sed contra illum omnes feris omnibus inmaniores erant.

6. *Exemplum Abrahæ profert.* — Quid igitur hac vita luctuosius, quid laboriosius? Equidem ostensurum me promiseram illum nihilo meliore conditione fuisse iis qui semper onera ferunt, et numquam requiescunt; sed oratio multo amplius effecit: non solum enim non meliore, sed et longe graviore illis ac deteriore conditione fuisse nobis patefecit. Videtur plurimis Abraham ætatem omnem prospere ac tranquille vixisse: quocirca feliciores quosque et undique florentes illi comparare solent. Age ergo inquiramus diligentius quæ illi contigerunt. Hic mihi videtur longe graviora quam Noe quamque Abel perpessus; sed ego satius esse ac melius judico nihil interim dicere, quoad rerum diligens discussio sententiam ferat. Quæ igitur illi in Perside et usque ad septuagesimum annum contigerunt tristitia, nullus aperte scire potest. Neque enim beatus Moyses ejus nobis temporis historiam tradidit, sed illa omni ætate ommissa, a septuagesimo anno narrationis suæ cepit initium. Quod tamen et ipse paria iis quæ Noë perpessus sit, cum inter tot impios ac barbaros solus pietatem coleret, hoc sane incertum, ut reliqua obscurumque non est: imo id insipientissimi quoque facile conjectare possint. Verum ista quoque modo omittamus, atque ab ipsius peregrinatione ordiamur, illud primo inquirentes diligentius, quanto itineris spatio Chaldæorum terra a Palæstina distet, aut quantum fuerit viæ illius conditio, quomodo tunc sibi misceri illi potuerint, quis fuerit vivendi modus. Non enim quia facile tunc justus ille obedivit, res ideo facilis existimetur; neque quoniam breviter Moses rei gestæ digessit ordinem, opus ipsum verborum brevitatem putes imitatum: ista enim dicere et narrare facillimum est, agere autem laboris difficultatisque plenissimum. Viæ igitur istius longitudinem regionumque intercapedinem di-

¹ Sic Colb.; sed Savil. et Morel., *fame*.

ligentius nobis enarrare possent qui inde ad nos pervenissent, si quidem ulli tales essent: nam hactenus illorum nemini congressi sumus; unum vero ex iis qui ex citeriore provincia adveniunt nacti, cum ab illo inquireremus quantum itineris agere coactus esset, triginta et quinque dierum numerum audivimus: et Babylonem quidem ille numquam se vidisse ait, audisse tamen ab iis qui ibi fuerant tantumdem itineris restare conficiendum, ut eo perveniretur. Atque hujusmodi distantia locorum et tunc erat et nunc est: porro itineris conditio non ea modo est, quæ tunc fuisse creditur. Nunc enim et mansionibus perpetuis distinctum est, et urbibus ac villis frequentibus ornatum, viatoresque plurimos effundunt, qui illuc proficiscuntur quod non minus ad securitatis rationem valet, quam mansiones, urbes atque villæ. Præterea et ex provincia civitatum principes deligunt viros, corporis magnitudine et robore cunctis præcellentes, jaculoque et funda tantum valentes quantum vel sagittarii sagittis, vel armati pilis; statutisque ducibus quibus illi obtemperant, hoc eis unicum injungunt munus, solamque itineris tuendi curam custodiamque permittunt. Ad hæc aliam longe his omnibus diligentiorum curam excogitarunt. Habitacula enim mille passibus ab invicem distincta itinere toto fabricantes, nocturnos illic statuere custodes, per illorum labores et vigiliis maximum contra latronum impetus munimen viatoribus constituentes. Tunc vero nihil horum erat, non villæ perpetuæ, non urbes, non mansiones, non diversoria, non itineris socii, non aliquid denique hujusmodi. Libet nunc omittere semitæ asperitatem acrisque inæqualitatem, quæ, etsi desint alia, per se viatoribus sunt molestissima. Testes mihi sunt qui vehiculis jumentisque veluntur, et ne sic quidem consueta itinera audent incedere, nisi prius ea strata lapidibus viderint, foveasque relictas a torrentibus impleverint, et cuncta complanaverint. Cæterum tunc inhabitabili regione erat via illa desertior, ipsis montibus asperior, præruptisque omnibus et præcipitiis periculosior. Nondum id quod est omnium gravissimum dixi, quæ conditione commercia tunc essent, quod graviora negotia facessebat quam ipsæ viæ, cum omnes tunc per gentes, imo vero, ut verius loquar, per civitates divisi essent. Neque enim sicuti nunc in maxima orbis parte uni imperio uniusque ditioni mortales omnes serviebant, eisdemque gubernabantur legibus, sed veluti corpus in multa membra concisum, ita hominum genus disgregatum erat, hostesque ex hostibus justus ille mutare in dies cogebatur, etiam antequam priores effugeret, rursus in alios incidens, cum alibi quidem plurimorum dominatus, alibi nullus dominationis ordo servaretur. Quid igitur hoc vitæ genere molestius? Non enim sibi soli metuebat ac pavebat, verum patri et uxori et nepoti. Servorum quoque non exigua erat cura, etiam cum domi essent, nedum tunc quando per aliena ferri cogebantur. Ac si quidem exploratum ille habuisset, quando hic error finem fuisset habiturus, non adeo graves illæ curæ fuisse viderentur: nunc vero cum simpliciter atque indefinite audisset. *In terram*, non istam,

vel illam, sed quam monstravero tibi (Gen. 12. 1), omnia mente circumibat, ingentesque tumultus animo accipiebat, cum nusquam sistere cogitationem posset, sed suspicari plurima, curisque angi cogebatur. Credi enim potest ad orbis terræ fines, Oceanumque ipsum se profecturum expectasse. Itaque etsi non omnem perlustravit terram, curam tamen hujusce sibi perficiendi itineris sustinuit. Neque enim animo ita paratus erat, quasi ad solam usque Palæstinam profecturus, sed quasi ubique jubentem sequuturus, etiamsi orbem totum pervagari juberetur, etiamsi ad eas quæ extra habitatum sunt insulas accedere. Quod si sperare contrarium præcepto indefinito suaderetur, id rursus erat molestissimum. Is enim qui grave aliquid toleraturus est, multo fert levius, si aperte sciat quid sibi sustinendum sit, et ad quid sese præparare debeat, quam si per omnia cogitationibus jactetur ambiguus, et nunc laxa, modo tristia expectet, nec possit cuiquam horum confidere, cum utrumque pariter incertum haberi possit.

importarunt ii, qui iis non recte neque opportune sunt usi. Contingitque idem quod in medicamentis, quæ a medicis traduntur : quippe et illa si non suo ordine et tempore, ac pro quibus morbis parata sunt, sed pro aliis imponantur alia, non solum infirmos languore non liberant, sed infirmitatem potius aggravant : ita prorsus et mœror facit, ac merito sane. Nam cum austerum sit corrodensque medicamentum, atque, ut ita dixerim, vitiorum quæ in nobis sunt purgatio, si admoveatur otioso ac delicato animo, ingentique peccatorum pondere oppresso, maximam illi afferet utilitatem : sin autem animo decertanti, dimicanti, laboribus exercito, curis oppresso, et plurima perpesso albibeatur, præterquam quod nihil prodest, maxime nocet, imbecillioꝛem illum faciens atque expugnatum facilem. Quocirca stantibus et acriter pugnantibus Paulus cum scriberet, dicebat : *Gaudete in Domino semper ; iterum dico, gaudete* (Phil. 4. 4). Porro dissolutis ingentemque habentibus tumorem, *Et vos, inquit, inflati estis ; et non potius flevistis* (1. Cor. 5. 2)? Itaque is quidem qui peccatorum sagina impingatur, extenuetur ac siccetur hoc medicamento : qui vero bonæ habitudinis est, atque in decenti statu seipsum servat, quid est causæ, cur per mœrorem bonam suam valetudinem corrumpat? Adco est enim ille acer atque efficax, ut etiam ope sua indigentibus, si plus temporis quam necesse sit immoretur, maximorum malorum causa sit. Quod et beatus Paulus metuens cito illum, postquam fecerat quod suum erat, auferri jussit, causamque adjecit eam : *Ne forte, inquit, abundantioꝛi tristitia absorbeatur* (2. Cor. 2. 7). Porro si nimius mœror irruens, eos etiam quibus erat necessarius, sapius perdidit, quid illis faciet, qui cum non indigeant, sponte illum sibi consciscunt? Ita sane, inquires, novi hoc et ipse : sed quo pacto illum excludam, atque ab anima mea amoveam, nescio. Et cujus hoc difficultatis, amantissime? Nam si concupiscentia esset aliqua, si corporum insanus amor, si inanis gloriæ tyrannis, vitium profecto superatu difficillimum, aut aliquid perturbationum hujuscemodi, merito esses de hujusmodi liberatione sollicitus. Eos enim qui his capti fuerunt non quidem est impossibile, difficillimum tamen ea retia diffugere. Cur id? Quia voluptas iis cooperatur atque illa adjuvat. Ea vero est, quæ semel captis funes plurimos innectit, istudque primum difficultatis plenissimum est, persuadere animo sic irretito, ut plane ac penitus velit ac cupiat hisce nodis liberari : sitque simillimum, veluti si quis scabiem ac pruriginem depositurus morbo suo delectetur, et in eundem ipsum sese injiciat. Cæterum ad effugandum mœrorem id non parum confert, si interim ingratis illum admittamus. Nam qui re aliqua gravatur, cito illam ab se excutere studebit. Quid ergo, si quis eam ab se ejicere studeat, nec possit? Non remittat studium, et cito poterit. Cogita enim Christianum, si quando tristetur, duas tantum justas habere mœroris causas, vel cum ipse, vel cum proximus offendit Deum : cum vero præsens mœror tuus nullam hujusmodi occasionum radiceque

νώντων τὴν ὀδύνην ἔχουσιν. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, οὐδὲν θαυμαστόν. Θύ γὰρ τῇ αὐτῇ γνώμῃ τὰ τε οἰκεία καὶ τὰ ἀλλότρια κρίνειν εἰκόθαμεν κακὰ, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν λόγῳ καὶ βίῃ μόνον μαθόντες, ταῦτα δὲ τῇ πείρᾳ καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ μετὰ τῆς συμπαθείας τῆς ἐκυτῶν· διόπερ αὐτὰ ἀφορητότερα εἶναι ἐκεῖνων νομίζομεν, [224] κἂν λλάν ἢ κοῦφα καὶ φορητά. Εἰ δέ τις τούτων πάντων ἀπαλλαγείς τὴν τε φύσιν αὐτῶν καταμάθει, τοὺς τε ἐμπροσθέντας αὐτοῖς διασκέψατο, οὗτος ἀδέκαστος ὑπὲρ τούτων οἴσει τὴν ψῆφον ἡμῖν. Ἄλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἔρεῖς, ὅτι πάντα μὲν ἐκεῖνα τὰ πάθη περὶ τὸ σῶμα στρέφεται μόνον, αὕτη δὲ τῆς ψυχῆς ἄπτεται ἡ νόσος, καὶ τούτων πάντων ἐστὶ χαλεπωτέρα. Αὐτῇ μὲν οὖν τούτῳ μάλιστα αὐτὴν εὐρήσομεν ἐκεῖνων κουφοτέρων τυγχάνουσαν. Αὕτη μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ σῶμα διαφθείρει, καθάπερ ἐκεῖναι, καὶ τῇ ψυχῇ πρὸς βραχὺν ἐνοχλεῖ χρόνον· ἄς δὲ ἀπρηθμισάμεθα νῦν, φύονται μὲν ἐν τῇ σαρκί, τὴν δὲ λύμην ἄπασαν οὐ μείχρως ἐκείνης ἰσθίων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν παραπέμποσι, στρεβλοῦσαι αὐτὴν συνεχῶς καὶ διαφθεῖρουσαι διὰ τῆς ὀδύνης καὶ τῆς ἀθυμίας τῆς πολλῆς. Ὅσπερ γὰρ, φησὶν, *δξος ἔλκει ἀσύμφορον, οὕτω προσπεσὼν πάθος ἐν σώματι καρδίαν λυπεῖ*. Μή τοίνυν ὅτι ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦτο τίχεται λέγε μόνον, ἀλλ' εἰ μὴ παραπέμπει τὴν λύμην ἄπασαν καὶ τὴν φθορὰν τῇ ψυχῇ, τοῦτο ἐπίδειξον. Ἐπεὶ καὶ ὁ λοιμὸς οὐκ ἀπὸ τῶν σωμάτων τικτόμενος φθείρει τὰ σώματα, καὶ ὁ τῶν ἔρπετων ἰδὲ πρόβεισι μὲν ἐξ ἐκείνων, λυμάνεται δὲ ἡμᾶς· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων τῶν παθῶν· τίχεται μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος, τὸν δὲ ἴδν τῆς οἰκείας κακίας εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν ἐκχεῖ. Πάσης γὰρ δαιμονικῆς ἐνεργείας βλαβερώτερον ἡ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολὴ· ἐπεὶ καὶ ὁ δαίμων ἐν οἷς ἂν κρατῆ, διὰ ταύτης κρατεῖ· κἂν ταύτην ἀφέλῃς, οὐδὲν παρ' ἐκείνου πείσεται τις θεῖόν. Καὶ πῶς ἐνὶ μὴ ἀθυμεῖν, φησὶν; Ἐγὼ δὲ σε ἐρήσομαι, πῶς οὐκ ἐνὶ μὴ ἀθυμεῖν; Εἰ μὲν γὰρ μοιχεία καὶ φόνος, ἢ ἄλλο τί σοι τοιοῦτον τετόλμηται τῶν ἐκκλειόντων τῆς βασιλείας πῶν οὐρανῶν, ἀθύμει καὶ πένθει, ὁ κωλύσων οὐδεὶς· εἰ δὲ τούτων τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι πάντων πόρρωθεν ἔστηκας, τί μάτην κόπτεις σαυτὸν;

ἰδ'. Τὴν γὰρ ἀθυμίαν ἐνέθηκεν ἡμῶν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, οὐχ ἵνα ἀπλῶς καὶ ἀχαίρως καὶ ἐν τοῖς ἐναντιοῖς αὐτῇ χριόμεθα πράγματι, οὐδ' ἵνα φθείρωμεν ἑαυτούς, ἀλλ' ἵνα τὰ μέγιστα κερδάνωμεν ἐξ αὐτῆς. Πῶς δὲ κερδᾶναι ἔστιν; Ὅταν εἰς καιρὸν αὐτὴν παραλαμβάνωμεν· καιρὸς δ' ἀθυμίας οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς· ἡμεῖς δὲ τὴν τάξιν ἀνεστρέψαμεν, καὶ τοὺς καιροὺς ἀντηλλαξάμεθα, καὶ ποιῶντες μὲν μυρία κακὰ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ συσταλέμεθα· ἦν δὲ μικρόν τι παρ' ὅτουσιν πάθωμεν, καταπίπτομεν, ἰλιγγιῶμεν, ἀπαλλαγῆναι καὶ ἀποστηναί τῷ βίῳ σπεύδομεν.

Τοιγάρτοι διὰ τοῦτο φορητικὸν καὶ βαρὺ τὸ πρᾶγμα εἶναι ἡμῖν δοκεῖ, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα οἱ μὴ χρῆσάμενοι καλῶς μηδὲ εἰς δέον διέβαλον^b· καὶ συμβαίνει ταυτὸ, οἷον ἐπὶ τῶν φαρμάκων τῶν παρὰ τῶν ἱατρῶν διδόμενων· καὶ

^a Morel. ἡμῖν, alii ἡμᾶς.

^b Unus Colb. συνέβαλον. Alii vero minus recte διέβαλον. Imo rectius, atque id resstitutimus.

γὰρ ἐκεῖνα ὅταν μὴ τοῖς καταλλήλοις, καὶ ὑπὲρ ὧν κατασκευάσται, ἀλλ' ἑτέροις ἀνθ' ἑτέρων ἐπιτεθῆ [225] πῶθῃσιν, οὐ μόνον οὐκ ἀπήλλαξε τοῦ λυποῦντος τὸν κάμνοντα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπέτριψε^c τὸ νόσημα· ὅπερ οὖν καὶ ἡ ἀθυμία ποιεῖ, καὶ εἰκότως. Αὐστηρὸν γὰρ οὔσα καὶ διαβρωτικὸν φάρμακον, καὶ ὡς ἂν εἰποι τις καθαρτήριον τῆς πονηρίας τῆς ἐν ἡμῖν, ὅταν μὲν ἀργούσῃ ψυχῇ καὶ τρυφῶσῃ καὶ πολλὴν ἔχούσῃ τῶν ἁμαρτημάτων φορυτὸν παρέχεται, μέγιστα τὸν δεξάμενον ὠνησεν· ὅταν δὲ ἀθλοῦσῃ καὶ ἀγωνιζομένη καὶ πονούσῃ καὶ μεμεριμνημένη καὶ πασχούσῃ κακῶς, πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελῆσαι, καὶ μεγάλα ἔδλαψεν, ἀσθενεστέραν ἐργασαμένη καὶ εὐκαταγώνιστον. Διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἐστηκόσι καὶ ἀγωνιζομένοις γράφων ὁ Παῦλος ἔλεγε, *Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε· πάντῃ ἐρῶ, χαίρετε*· τοῖς δὲ διαχυθεῖσι καὶ πολλὴν ἔχουσι τὴν φλεγμονὴν, *Καὶ ὑμεῖς περυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε*. Ὁ μὲν γὰρ ληπαινόμενος τῷ τῶν ἁμαρτημάτων λιπασμῷ, ἰσχυρόσθω καὶ καταξαινέσθω^d τῷ φαρμάκῳ τοῦτ'· ὁ δὲ εὐεκτῶν καὶ ἐν τῇ προσηκούσῃ καταστάσει διατηρῶν ἑαυτὸν, τίνος ἐνεκεν φθίροισι τὴν εὐεξίαν διὰ τῆς ἀθυμίας; Οὕτω γὰρ ἐστὶν αὕτη δραστήριος, ὡς καὶ τοῖς δεομένοις αὐτῆς πλείονα τοῦ δέοντος ἐπιτεθείσα χρόνον μέγιστα ἐργάσασθαι κακὰ. Ὅπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος δεδοικώς, ταχέως αὐτὴν ἐκέλευσεν ἀφελεῖν μετὰ τὸ πρᾶξι τὸ ἐαυτῆς, καὶ τὴν αἰτίαν προσετίθει ταύτην, ἣν ἐγὼ λέγω νῦν· *Μήπως γὰρ, φησὶ, τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῆ ὁ τοιοῦτος*. Εἰ δὲ τοὺς ἐν χρεῖᾳ καθεστῶτας οἶδεν ἀπολλύνααι προσπεσοῦσα μὲθ' ὑπερβολῆς, τί ποτε ἐργάσεται τοὺς οὐδὲ ὄλωσ' δεομένους αὐτῆς, ὅταν αὐτὴν πολλὴν^e ἐπισπάσωνται; Ναί, φησὶν, οἶδα τοῦτο καὶ αὐτὸς, ἀλλὰ πῶς αὐτὴν ἀποκρούσομαι, καὶ ἀποστήσω τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, οὐκ οἶδα. Καὶ ποίας τοῦτο δυσκολίας, ὦ φιλε; Εἰ μὲν γὰρ ἐπιθυμία τις ἦν, καὶ σωμάτων ἔρωσ' ἀτοπος, ἢ κενοδοξίας τυραννίς, τὸ δυσκαταγώνιστον κακόν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων παθῶν, καλῶς ἂν ἠπόρεις ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς· τοὺς γὰρ τοιοῦτους ἀλόντας ἀδύνατον μὲν οὐδαμῶς, δύσκολον δὲ ὅμως ἀποδρᾶναι τὰ δίκτυα. Τί δήποτε; Ὅτι τὴν ἡδονὴν ἔχουσι συμπράττουσαν καὶ βοηθοῦσαν αὐτοῖς· καὶ αὕτη ἔστιν ἡ τὰ πολλὰ πανταχόθεν περιβάλλουσα τοῖς ἐλωκόσι σχοινία· καὶ τοῦτο πρῶτον ἔχει πρὸς τὸ κατορθωθῆναι χαλεπὸν, πείσαι τὴν ψυχὴν ὄλωσ' θελήσαι καὶ βουληθῆναι τὴν ἀπαλλαγῆν· καὶ γίνεται παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἰ τις ψῶραν ἢ κνησμὸν ἀποθέσθαι ὀφείλων ἐνηδύνοντο τῷ νοσήματι, καὶ εἴσω τοῦ πάθους ἑαυτὸν εἰσθῶσι. Πρὸς δὲ τὴν τῆς λύπης ἀναχώρησιν οὐ μικρὸν ἡμῖν τοῦτο ἦνυσται, τὸ τέως ἀγδῶς ἔχειν πρὸς αὐτὴν. Ὁ γὰρ τινι βαρυνόμενος, καὶ ἀπορρέψαι σπουδάζει ταχέως αὐτό. Τί οὖν, ἂν σπεύδῃ μὲν, μὴ δουλοῦται δέ; Μὴ παυέσθω σπουδάζων, καὶ ταχέως δυνήσεται. Ἐννόησον γὰρ ὅτι τὸν Χριστιανὸν, εἰ ποτε λυποῖτο, δύο μόνον ὑποθέσεις ἀθυμίας ἔχειν δεῖ, ἢ ὅταν αὐτὸς, ἢ ὅταν ὁ πλησίον προσκρούσῃ Θεῷ· τῆς δὲ παρουσίας λύπης οὐδεμίαν τῶν [226] προφάσεων τούτων ῥίζαν ἔχούσης, σικτῆ σαυτὸν

^c Colb. ἐπέτριψε, edit. ἐπέτριψε.

^d C. lb. et Savil. καταξαινέσθω, Morel. καταξηραίνέσθω.

^e Colb. πάντῃ, alii πολλῶν.

δουνας. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, φησιν, ὅτι οὐ προσκρουσμάτων ταύτην τίνομεν δίκην; Μάλιστα μὲν δῆλόν ἐστι, πλὴν τῶς οὐκ ἰσχυρίζομαι τοῦτο. Ἄλλ' ἔστω, εἰ βούλει, μὴδὲ δόηλον, ὡς ἔφη, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δῆλον, ὅτι τῶν ἀμαρτημάτων ἐστὶ τοῦτο ἀναπαύσις διὰ τοῦτο οὖν ἀλγείς, ἐπέ μοι; Καὶ μὴ εὐθυμίας ἄξιον δὲ ἐνταῦθα διαλύσασθαι τὰ ἀμαρτήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακρίνεσθαι. Τὴν γὰρ ἀλγοῦντα οὐχ ὑπὲρ ὧν κολάζεται, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ἀμαρτάνων παρ' αὐτοῦ τὸν Θεόν, ἀλγείν δεῖ· τὰ μὲν γὰρ ἀμαρτήματα ἀφίστησιν ἡμῶν τὸν Θεόν καὶ ἐχθρὸν ποιεῖ, τὰ δὲ τῶν κολάσεων καταλλάττει τε αὐτὸν ἡμῖν καὶ παρασκευάζει ἡλεων εἶναι καὶ ἔγγυς. Ὅτι δὲ οὕτε ἀμαρτημάτων ἐστὶν ἀντίδοσις, ἀλλὰ στεφάνων καὶ βραθειῶν ὑπέθεσις οὗτος ὁ ἰδῶς καὶ ὁ πόνος, δῆλον ἐκείθεν. Εἰ μὲν γὰρ αἰσχυρῶς καὶ ἀσώτως τὸν πρότερον βίον βίους, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν μοναχῶν πολιτείαν μετέθηκας σεαυτὸν, ἦν μὲν οὐδὲ οὕτω ταύτην ὑποπεύσαι τὴν ὑποψίαν. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἐπάγει τὰς τιμωρίας ὁ Θεός, ἵνα τρέψῃ πρὸς μετάνοιαν τοὺς ἀνενόητους ἔχοντας, τῆς μετανόιας ἐπιδειχθείσης, περιττὰ λοιπὸν τὰ τῆς τιμωρίας τούτου γε ἕνεκέν ἐστι. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέγει τοῦ βούλεσθαι κολάζειν ἡμᾶς ὁ Θεός, ὡς καὶ πολλακίς τιμωρίας ἄξια πράττοντας, καὶ πολλῆς δεομένους ἐπιστροφῆς, δι' ἀπειλῆς μόνον καὶ ῥημάτων φοβερῶν σωφρονίζειν ἡμᾶς. Καὶ τοῦτο ἴδους ἂν ἐπὶ τε τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τε τῆς πόλεως τῶν Νινευιτῶν. Οὐ γὰρ μόνον τὴν τιμωρίαν οὐκ ἐπήγαγε, τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξαμένων ἐκεῖνων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπειλὴν εὐθέως ἔλυσε. Πολλῶ γὰρ ἡμῶν αὐτῶν ἀντὶ τὸς βούλεται μᾶλλον μὴδὲν ἡμᾶς πάσχειν κακὸν, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἑαυτοῦ φείσεται ἂν, ὡς πάντων ἡμῶν ὁ Θεός. Εἴτα ὁ τοὺς πολλακίς μὲν ἡμαρτηκότας ῥήματα φοβῶν, οὐ κολάζων, μετανόησαντας δὲ καὶ ταύτης ἀπαλλάττει τῆς ἁγνίας, σὲ τὸν τωσαύτην ἐπιδειξάμενον εὐλάβειάν τε καὶ ἀρετὴν οὐ μόνον τῆς ἀπειλῆς οὐκ ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ τῆ διὰ τῶν ἔργων παρείδου κολάσει; καὶ πῶς ἂν τις τοῦτο πιστεύσειε; Πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν διέφθαρτό σοι καὶ πονηρὸς, ὅπερ ἔφη, ὁ πρὸ τούτου βίος ἦν, κἂν εἰς ἔνοϊαν τοῦτο ἔλθειν τινι δυνατόν ἦν· νῦν δὲ τοῦ μὲν παρόντος ἑλάττων ἐκεῖνος, κόσμιος δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πολλῆς γέμων

σεμνότητος ἦν, ὥστε τοῦτο πάντοθεν ἡμῖν εἶναι φανερόν, ὅτι στεφάνων καὶ μείζονος ὑποθέσεως ἐστὶ ταυτὶ τὰ παλαίσματα. Δεῖ μὲν οὖν, ὅπερ ἔφη, καὶ τούτους καὶ τοὺς τοιοῦτους ἀνακινεῖν λογισμούς, δεῖ δὲ μετὰ τούτων, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τούτων, εὐχαῖς καὶ ἱκετηρίαις τοῦτο διασκεδάσειν τὸ σκότος. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος Δαυὶδ, ὁ θαυμαστός ἐκεῖνος καὶ μέγας ἀνὴρ, τοῦτοις ἐχρήσατο τοῖς φαρμάκοις συνεχῶς, καὶ οὕτω τὰς πολλὰς τῶν θλίψεων ἀπεκρούετο ἑδύνας, νῦν μὲν εὐχόμενος καὶ λέγων· Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπιληθύνθησαν· ἐκ τῶν ἀνυγκῶν μου ἐξάγαγέ με· νῦν δὲ λογισμὸς ἀνακινῶν εὐσεβεῖς· Ἰσραὴל σεβλίλυπος εἶ, ἡ ψυχὴ μου, καὶ Ἰσραὴλ συνταράττει με· Ἐλπίσον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Καὶ πάλιν, ἀπὸ τῶν λογισμῶν τρεπόμενος ἐπὶ τὰς εὐχὰς· Ἄρες μοι, φησιν, ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ [227] με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω· καὶ ἀπὸ τῶν εὐχῶν ἐπὶ τοὺς λογισμούς· Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ παρὰ σοῦ τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; Οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ πρὸς μὲν τὴν γυναῖκα παραινούσαν τὰ σατανικὰ ῥήματα λογισμοῖς ἀπεμάχετο καὶ ἐπετίμα λέγων· Ἰσραὴλ ὡς περ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν, οὕτως ἐλάλησας; Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; Πρὸς δὲ τὸν Θεὸν ἱκετηρίαις ἐκέχρητο. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ἀμφοτέροις τούτοις ἔβοηθει τοῖς ἐν θλίψεσι οὖσι καὶ πειρασμοῖς, νῦν μὲν λέγων· Εἰ δὲ ἐκτός ἐστε παιδεῖας, ἔρα νύθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί· τίς γάρ ἐστιν υἱός, ἔρ οὐ παιδεύει πατήρ; νῦν δὲ εὐχόμενος, Πιστέε γάρ, φησιν, ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἔασει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ εἰνασθε· καὶ πάλιν, Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς ὀλιβομένοις ὑμᾶς ὀλίγην, καὶ ὑμῖν τοῖς ὀλιβομένοις ἄνεσιν. Ἄν οὖν τούτοις καὶ αὐτὸς θέλης χρῆσθαι τοῖς ὀπλοῖς, καὶ περιφρόνη; σεαυτὸν πανταχόθεν καλῶς, τοῖς μὲν λογισμοῖς ἀποτεριζῶν τῆς ἀθυμίας τὴν ἐφοδον, ταῖς δὲ εὐχαῖς καὶ ταῖς σεαυτοῦ καὶ ταῖς ἐτέρων τοῦτο ἰσχυρὸν τὸ τεῖχος ποιοῦν, ταχέως αἰσθήσῃ τῶν καρπῶν τῆς παιδείας. Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον κερδανεῖς τὰ παρόντα γενναίως ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἐγγυμασάμενος αὐτοῖς καλῶς, καὶ πρὸς ἅπαντα λοιπὸν ἀνάλωτος ἔσῃ τὰ τοῦ βίου λυττηξά.

IN DUO SEQUENTIA OPUSCULA.

In editione Morelli hæc duo opuscula inverso ordine jacent; nam quod ad virgines canonicas dirigitur, priore ponitur loco, reclamante licet ipso Chrysostomo, qui numero 4 ait: *Et jam quidem demonstratum est, cum de viris diceremus, quod non solum qui maledicant, sed et qui occasiones temere præbent*, etc. Unde liquet sermonem qui de viris subintroductas virgines habentibus agebat, prævisse ei qui de virginibus subintroductos viros habentibus disserit. Quare Savilli editionem secuti ambos suo ordini restituumus.

Hocce Chrysostomum cum diaconus esset edidisse testatur Socrates lib. vi, cap. 3: « Nec multo post, inquit, diaconi dignitatem a Meletio consecutus libros *De sacerdotio* scripsit, itemque *ad Stagirium*: ad hæc *De incomprehensibili*, et libros *De subintroductis*, καὶ τοὺς *Περὶ τῶν συνυεισάκτων*. » Verum pro more suo non accurate loquitur cum dicit eum, cum diaconus esset, libros *De incomprehensibili* edidisse: certum quippe est ipsum jam presbyterum conciones *De incomprehensibili* apud populum Antiochenum habuisse, ut infra suo loco declarabitur.

habeat, teipsum frustra discrucias. Et unde id constet, inquires, quod non offensionum nostrarum pœnas exsolvamur? Id quidem maxime liquet, sed hoc interrim non asserimus. Verum sit, si vis, id non incertum, sed maxime manifestum, ut tu dicis, hanc esse peccatorum tuorum retributionem: num, quæso, idcirco mœres et doles? Atqui gaudere potius debes, quod hic peccata tua tibi remittantur, ne cum mundo damneris. Qui enim dolet, non quia cruciatur, sed quia offendit Deum, dolere debet. Peccata enim separant a nobis Deum, constituuntque nobis illum inimicum: cruciatus vero nobis illum reconciliat, præparatque ut propitius ac propinquus sit. Quod autem sudor iste tuus non sit peccatorum ultio, sed coronarum potius præmiorumque materia, hinc sane manifestum est. Si enim prius turpiter ac luxuriose vixisses, atque ita te ad monachorum conversationem contulisses, ne sic quidem hæc suspicio locum habuisset. Nam si ob hoc Deus pœnas infert, ut in malis perseverantes ad pœnitentiam provocet, ostensa pœnitentia superflua jam erit pœna. Tantum enim abest ut nos punire velit Deus, ut cum sæpenumero pœnis digna faciamus, summaque conversione opus habeamus, comminatione solum verbisque terribilibus nos castigare malit: idque facile quispiam animadvertet et in Israëlita plebe, et in Ninivitarum civitate. Non solum enim supplicia non intulit, cum pœnitentiam ostenderent, sed et minas ipsas statim removit. Multo enim magis vult ipse nihil nos pati mali, quam nos ipsi, nullusque sibi ita parceret libenter, ut nobis omnibus Deus. Deinde is qui sapius peccantes verbis tantum exterruit, nec punit, pœnitentesque hac formidine liberat, te qui tanta religionis, tanta virtutis et probitatis indicia præ te tulisti, non solum his nimis atque hoc terrore non eripuit, verum et re ipsa supplicii exposuit? et quomodo aliquis hoc credat? Attamen si prior illa tua conversatio corrupta fuisset ac perdita, ut dixi, aliquis id vel suspicari posset: cum vero deterior quidem illa fuerit quam præsens sit, ornata tamen et ipsa summaque honestate pollens, profecto nobis omni ex parte constabit

collocationes has tuas coronarum tibi majorisque gloriæ occasionem esse. Oportet igitur, ut dixi, et has et hujusmodi cogitationes movere. Convenit item et cum his una, imo ante has, ratiocinationibus perpetuisque preceationibus has tenebras dissipare. Nam et beatus David, magnus ille vir atque mirabilis, his medicamentis frequenter usus est, hisque plurimos dolores pressurarum removit ac repulit, nunc quidem orans, ac dicens, *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me (Psal. 24. 17)*: nunc piis ac religiosis ratiocinationibus admotis inquires: *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi (Ps. 42. 5)*. Rursumque ex ratiocinationibus hujusmodi ad orationes conversus: *Remitte, inquit, mihi, ut refrigerer priusquam abeam, et ultra jam non ero (Ps. 38. 14)*; atque ab orationibus ad ratiocinationes: *Quid enim, ait, mihi est in caelo, et a te quid volui super terram (Ps. 72. 25)*? Ita et Job uxori quæ verba diabolica suggererat, ratiocinationibus reluctabatur, illamque increpans dicebat: *Quare tanquam uva stultarum mulierum loquuta es? Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus (Job 2. 10)*? Ad Deum vero precibus utebatur. Ac beatus Paulus utrisque his armis eos, qui in pressuris ac tentationibus erant, juvabat, nunc quidem dicens: *Si autem extra disciplinam estis, ergo adulterini, non filii; quis enim filius, quem non corripit pater (Heb. 12. 8. 7)*? nuncque orans, *Fidelis, inquit, Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis (1. Cor. 10. 13)*: et rursum, *Si quidem justum apud Deum est, retribuere retributionem his qui vos tribulant, et vobis qui tribulamini, requiem (2. Thess. 1. 6. 7)*. Si igitur armis his ipse quoque usus fueris, ac teipsum perfecte undique armaveris, cogitationibus incero-is retundens impetum, orationibus vero tam tuis, quam aliorum te veluti muro fortissimo muniens, celeriter disciplinæ istius percipies fructus. Non enim hoc solum lucraberis, quod præsentia fortiter feras, verum his exercitationibus robustissimus effectus, nullis jam vitæ hujus adversis casibus frangi vel dejici poteris.

MONITUM

Palladius vero, sincerior rerum Chrysostomi præco, in *Dialogo* hasce orationes ad initium episcopatus ejus refert: « Sic ordinatus Joannes, inquit, rerum curam aggreditur, per rationabilem fistulam oves probare exorsus. Raro autem adhibens etiam pedum increpationis, sermonem dirigit adversum ementitum fratrum sororumque convictum, re vera autem turpem improbumque convictum, de subintroductis, συνεισάχτων, ut vocant, agens ostendensque, malorum detur optio, meliores istis tenores esse. Illi nanque procul a medicis habitantes, apud se morbum habent, sed volentibus: hi autem in salutis

officina habitantes, etiam sanos impellunt ad morbum. Inde pars cleri minime religiosa, quæ morbo illo tenebatur, commota est. » Hæc Palladius, cui utpote oculato testi fidem habere par est. Socrates vero omnia miscuit. Licet autem hæc ad initium episcopatus ejus referenda sint, attamen Savillii et Frontonis Ducæi hac in parte ordinem sequi visum est, qui res omnes ad monachos, ascetas, virgines, viduasque spectantes simul posuerunt.

Interpretationem Latinam incerti viri, multis in locis emendatam e regione Græci textus posuimus.

EJUSDEM

ADVERSUS EOS QUI APUD SE HABENT VIRGINES SUBINTRODUCTAS.

1. Majoribus nostris duæ tantum fuerunt causæ, propter quas mulieribus viri cohabitarent. Et una quidem vetus est ac justa rationique consentanea: nempe matrimonium, quod Deo legislatore institutum est: *Propter hoc enim, inquit, relinquet vir patrem suum et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam (Gen. 2. 24)*; altera vero recentior, iniqua et legi adversa, nempe fornicatio, quæ a malignis introducta est dæmonibus. Atque nostra hac ætate tertius quidam novus et insolitus mos prodit, cujus causam haud facile investigaveris. Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducunt, et usque in extremam senectutem inclusas tenent ac foveant, non procreandorum liberorum gratia, negant enim se cum illis rem habere; neque libidinis causa, aiunt enim quod illas incorruptas servent: et si quis ab eis causam rogaverit, dicunt sibi multas esse; sed fingunt: ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honesta vel idonea sit. Verum de his nondum dicemus: afferemus autem in medium quam nos potissimum causam suspicamur. Et quænam est illa? Omnino, si a scopo aberravero, fas vobis est ut me redarguatis. Et quænam causa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris convictus non ex lege nuptiarum modo, sed etiam absque nuptiis ac congressu, voluptatis habere nonnihil. Quod si non recte sentio, non possum dicere: meam vobis sententiam narro: forte autem non meam solum, sed et illorum; nam et illis sic videtur, quod hinc liquet. Tantam enim gloriam et tanta scandala nequam despicerent, nisi ingens quædam et vehemens cohabitandi voluptas esset. Quod si forte succenseant quidam, quod hæc dicamus, precor ut nobis venia detur, absitque indignatio: neque enim libens ac temere hanc inimicitiam susciperem. Non sum tam miser ac ærumnosus, qui temere omnes offendere velim; sed valde doleo ac crucior, et gloriam Dei blasphemari intuens, et multorum salutem propter voluptatem hanc paulatim perire. Quod enim illud suave sit, et nuptiali consortio ardentiorum pariat amorem, nunc forte stupebitis audientes, sed ubi id demonstravero, vos etiam confitebiturini. Etenim cum legitima muliere congrédi cum non sit vetitum, concupiscentiam

sedat, et sæpenumero satietatem affert, immodicum restinguens ardorem. Præterea partus et partuum dolores, nequon et frequentes qui ex his sequuntur morbi corpus affligunt, florem ætatis marcidum reddunt, invalidumque voluptatis calcari faciunt: in virgine autem cohabitatrice nihil horum reperies. Abest enim coitus, qui nature impetum deprimat et obtundat; neque dolores partus, neque puerorum educationes carnem marcescere faciunt: sed juvenilem vigorem diu conservat, utpote intacta manens. Post partus enim et educationes puerorum corpora uxorū infirmiora fiunt; illæ autem usque in quadragesimum annum in sua permanent forma, et cum virginitas jam elocandis certant. Hinc est quod cohabitantes duplici igne accenduntur; nam et ardor eorum non restinguitur coitu eis interdicto, et ardoris fomes manet reddi turque validior. Hanc ego hujus contubernii causam suspicor; sed ne valde succenseamus eis, neque difficiles simus et importuni. Nam qui agrum vult restituere, non hoc agit ira et verberibus, sed offert pharmaca cum magna cura et blanda adhortatione. Etenim si ab illis poenas expetere nobis propositum esset, et si iudicium ordinem teneremus, indignari oporteret; sed si illo dimisso medicorum et curarevolentium munus suscipiamus, hortari, obsecrare, et, si opus sit, genua tangere opus est, ut quod agendum suscepimus perficiamus. Igitur quemadmodum medici, qui ægros a cibo vel potu nocivo arcere cupiunt, licet illa mixtam habeant voluptatem, ante omnia tamen persuadent inesse illis præter nocumenta etiam multum insuavitatis; sic et nos faciamus, commonstrando illis quod cohabitatio illa, quamvis suavis et jucunda videatur, perniciosa sit, et nihilo melior quam mortiferæ potiones. Et videtur quidem multam habere lætitiarum, lætæ tamen multum in ea amaritudinis, quam amaræ, quæ voluptatibus oblectatur, infundit. Nam qui persuasus discedit, secure discedit. Sane qui metu et necessitate a dilecta sejungitur, fortior amator fit, et fortassis iterum ad illam accedet; at si ut rem damnosam et amaram fugit, haudquaquam iterum revertitur ob calculum sententiæ suæ, quæ quavis necessitate violentius illi persuadet. Quomodo ergo persuadebimus illis, quod hoc non solum nocet, sed et amarum sit? Et quomodo aliter, quam ex ipsa rerum natura? Interrogemus ergo eos, si quis mensa sumptuosa apposta, variis dulcissimisque plena eduliis, denuntiet summis mi-

¹ Titulus sic habet in Savil., *Chrysostomi, adversus illos qui habent virgines subintroductas*; Morel., *Ejusdem adversus eos qui habent subintroductas*. Interpres vero, *Ejusdem adversus eos qui apud se foveant sorores adoptivas quas subintroductas vocant*.

[228] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΧΟΝΤΑΣ ΠΑΡΘΕΝΟΥΣ ΣΥΝΕΙΣΑΚΤΟΥΣ ^α.

α'. Ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν πρόφασεις αἱ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσαι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν ἡ τοῦ γάμου, ἀρχαία τε καὶ δικαία καὶ εὐλογος, ἅτε τὸν Θεὸν ἔχουσα νομοθέτην· Ἄντι γὰρ τούτου, φησί, *καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἕσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*· ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας, καὶ νεώτερα ταύτης καὶ ἄδικος καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων. Ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις καὶ παράδοξος καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὐρεῖν. Εἰσὶ γὰρ τινες οἱ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἶκοι διαπαντός, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιῆσιν ^β, οὐ γὰρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι, οὔτε ἐξ ἀκολασίας, λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν· ἀλλ' ἐάν τις ἔρηται τὴν αἰτίαν, ἔχουσι μὲν πολλὰς, καὶ μεμελετήκασιν, εὐλογον δὲ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδεμίαν, οὐδὲ σεμνήν. Ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, μηδὲ τὰς ἐκείνων τῶς λέγωμεν πρόφασεις, ἀλλ' ἦν αὐτοὶ μάλιστα ὑποπεύομεν εἶναι, ταύτην εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; Πάντως δὲ εἰ διαμάρτομι τοῦ σκοποῦ, ἐξεστὶν ἐπιλαθῆσθαι τοῖς βουλομένοις ὕμῶν. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ πρόφασις; Δοκεῖ μοι τινα ἡδονὴν ἔχειν τὸ συνοικεῖν γυναῖξιν, οὐ νόμου γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς. Εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς δοκῶ, λέγειν οὐκ ἔχω· τὴν γὰρ ἑμαυτοῦ τῶς ὑμῖν διηγοῦμαι γνώμην· τάχα δὲ οὐ τὴν ἑμαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι γὰρ καὶ ἐκείνοις εὐτῶ δοκεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. Οὐ γὰρ ἔν τωσαύτης κατεφρόνησαν δόξης καὶ τοσοῦτων σκανδάλων, εἰ μὴ σφοδρὰ τις ἦν καὶ τυραννικὴ τῆς συνοικίσεως ταύτης ἡ ἡδονή. Εἰ δὲ τινες δυσχεραίνουσιν ταῦτα λεγόντων ἡμῶν, παραιτήσομαι συγγινώσκειν ἡμῖν, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν· οὐ γὰρ ἐκῶν, οὐδὲ ἀπλῶς τὴν ἀπέχθειαν ἀναδέξασθαι ταύτην εἰλόμην. Οὐχ οὕτως ἄθλιος ἐγὼ καὶ ταλαίπωρος, ὡς εἰκὴ βούλεσθαι προσκρούειν ἅπασιν· ἀλλ' ὀδυνῶμαι σφόδρα καὶ ἀλγῶ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὑδριζομένην ὀρῶν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν κατὰ μικρὸν ὑποβρέουσαν διὰ τὴν ἡδονὴν ταύτην. Ὅτι γὰρ ἡδὺ τοῦτο καὶ τοῦ νόμου γάμου συνοικεῖν δριμύτερον ἔχει τὸν ἔρωτα, νῦν μὲν ἴσως καὶ θυροβείζοθε ἀκούοντες, μετὰ δὲ τὴν ἀπόδειξιν καὶ αὐτοὶ συνομολογήσετε. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἐννόμου γυναικὸς ἡ μί-

ξις ἀκώλυτος οὔσα, τὸν τε πόθον παρεμυθήσατο, καὶ εἰς κόρον πολλάκις τὸν ἄνδρα ἤγαγε, καὶ τὴν σφοδρὰν κατέλυσε ἐπιθυμίαν. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων καὶ ὠδίνες καὶ τόκοι καὶ παιδοποιῖαι καὶ παιδοτροφίαι, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐπόμενα συνεχῆ νοσήματα, πολιορκούντα [229] τὸ σῶμα καὶ μαραίνοντα τὸ ἄνθος τῆς ὥρας, ἀσθενέστερον τὸ κέντρον ἐργάζεται τῆς ἡδονῆς. Ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου οὐδὲν τούτων ἐνι· οὔτε γὰρ μίξις ἐστὶ τὸν οἶστρον τῆς φύσεως δυναμένη χαλάσαι καὶ κατενεγκεῖν, οὔτε ὠδίνες καὶ παιδοτροφίαι τὴν σάρκα μαραίνουσιν, ἀλλ' ἐπιπολὺ διασώζουσι τὴν ἀκμὴν, ἅτε ἀνέπαφοι μένουσαι τῶν ἐντεῦθεν. Τῶν μὲν γὰρ γαμουμένων μετὰ τοὺς τόκους καὶ τὰς παιδοτροφίας ἀσθενέστερα τὰ αἰμῶματα γίνονται, αἱ δὲ καὶ εἰς τεσσαρακοστὸν ἔτος μένουσιν, ἀμιλλώμεναι τῶν παρθένων ταῖς θαλαμειομέναις· ὅθεν διπλᾶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐγείρεται τοῖς συνοικοῦσιν αὐταῖς, τῇ τε μὴ συγχωρεῖσθαι τῇ μίξει τὸν πόθον παραμυθεῖσθαι, καὶ τῷ μένειν ἐπιπολὺ τοῦ πόθου τὴν ὑπόθεσιν ἰσχυροτέραν. Ταύτην ὑποπτέω πρόφασιν εἶναι ἐγὼ τῆς ὁμοσκηνίης ταύτης. Ἀλλὰ μὴ ἀγανακτῶμεν πρὸς αὐτοὺς, μηδὲ δυσχεραίνωμεν· οὐδεὶς γὰρ τὸν κάμνοντα ἀναστήσαι βουλόμενος μετ' ὀργῆς καὶ ἐπιπλήξεως τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ θεραπείας καὶ παρακλήσεως προσάγει τὰ φάρμακα. Καὶ γὰρ εἰ μὲν κολάσαι προῦκαιτο, καὶ τὴν τῶν δικαζόντων εἴχομεν τάξιν, ἔρχην καὶ ἀγανακτεῖν· εἰ δὲ ἐκείνην ἀφέντες τὴν τῶν ἱατρῶν καὶ θεραπεύσαι βουλομένων μεταλαμβάνομεν, παρακαλεῖν χρὴ καὶ δέεσθαι, καὶ αὐτῶν, εἰ δέοι, τῶν γονάτων ἄπτεσθαι, ὥστε γενέσθαι τὸ σπουδαζόμενον. Καθάπερ οὖν οἱ ἱατροὶ τῶν βλαπτόντων μὲν, ἡδονὴν δὲ ἐχόντων ἀπάγοντες, εἴτε στίλων, εἴτε ποτιῶν, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων πεῖθουσι τοὺς ἀβρίωστους, ὅτι τὸ τοιοῦτον μετὰ τῆς βλάβης πολλὴν ἔχει καὶ τὴν ἀγδίαν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, δεικνύντες αὐτοῖς, ὅτι ἡ ἡδίστη αὕτη συνοικίσις πολλὴν ἔχει τὸν ἔλεθρον, καὶ τῶν δηλητηριῶν οὐδὲν ἄμεινον φαρμάκων κατεσκεύασται. Καὶ δοκεῖ μὲν εὐφροσύνην τινα ἔχειν, πολλὴν δὲ ἐναποκεκρυμμένην δριμύτητα καὶ πικρίαν καταχέει τῆς ἡδομένης ψυχῆς· ἐπεὶ καὶ αὕτη ἡ μετὰ πειθοῦς ἀναχώρησις ἀσφαλῆς. Ὁ μὲν γὰρ φόβῳ τῆς φιλομένης διαζεγνύμενος καὶ ἀνάγκῃ, σφοδρότερός τε ἔραστῆς γίνεται, καὶ ἴσως καὶ ἐπανήξει πάλιν· ὁ δὲ τοῦ πράγματος καταγνοῦς, καὶ οὕτω φυγῶν ὡς ἐπιπλαθεὶς καὶ πικρὸν, οὐδ' ἂν ἐπιστρέψειεν αὐθις, τὴν ἐκ τῆς οικείας γνώμης ψῆφον πάσης ἀνάγκης ἔχων ἰσχυροτέραν. Πῶς οὖν αὐτοὺς πείσομεν, ὅτι οὐ βλαβερὸν τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πικρὸν; Πῶς δὲ ἄλλως; ἢ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως; Ἐρώμεθα οὖν αὐτοὺς, εἰ τις πολυτελεῖ τράπεζαν παραθεῖς, πολλῶν καὶ ἡδίστων γέμουσαν

^α Titulus sic habet in Savil. : Χρυσοστόμου, πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους, Morel. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας.

^β Sic Savil. οὐλίμη. Ediderat Montf. καιδοποιίας. Entr.

ἔδεδματων, ἀπηγόρευσε α μετὰ σφοδρᾶς τῆς ἀπειλῆς, μὴ ἀπτεσθαί τινος τῶν προκειμένων, ἄρα ἂν τις εἴλετο τοιαύτη παρακαθῆσθαι τραπέζῃ, καὶ κολάζειν ἑαυτὸν; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· οὔτε γὰρ τοσαύτην ἀπὸ τῆς ὕψους ἔκαρπουτο τὴν ἡδονὴν, ὅσην ἀπὸ τῆς κωλύσεως ὑπέμενε τὴν ἀθυμίαν. Τί δὲ, εἰ διψῶντι καὶ καιρομένῳ πηγῇν τις ἐπιδείξας καθαρὴν καὶ διαυγῆ, μὴ μόνον αὐτῆς μὴ ἀπογεύεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἄκροις θιγεῖν τοῖς δακτύλοις ἐπέτρεπεν, ἄρα ἂν ταύτης ἐγένετο τὸ πικρότερον τῆς κολάσεως;

β'. Οὐδὲ ἐνταῦθα οἶμαι τινα ἀντρεῖν. Τοσοῦτον γὰρ ἔστι τοῦτο τὸ κακὸν, ὅτι καὶ τῶν ἐξῴθεν οἱ ταῦτα διασκέπτεσθαι μάλιστα ἦντες δεινοί, ἡδονῆς φύσιν [230] λέγω καὶ λύπης, θελψαντες ποιῆται κολαζομένους τινὰς σφοδρῶς, οὐκ ἄλλως ἐποίησαν, ἢ τοῦτω τῷ τρόπῳ· πλάσαντες γὰρ τινα μῦθον, ἄγουσιν ἐν τῷ μῦθῳ τινὰ, ἃν ἔδει δοῦναι δίκην ἐσχάτην. καὶ ἕτερον μὲν οὐδὲν, πανδαισίαν δὲ παραθέντες αὐτῷ, καὶ παραβῆρον δείξαντες ὕδωρ, οὐδενὸς ἀπολαύσαι τοῦτων συνεχίρου, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἐξέτεινε τὴν χεῖρα ἐκείνος καὶ τὰ ὀρώμενα ἅπαντα ἀφίπτατο, καὶ τοῦτο γίνετο διαπαντός. Καὶ οὕτως τῆς κολάσεως ὁ τρόπος ἦν κατὰ τὸν μῦθον τὸν ἐξῴθεν. Καὶ φιλοσόφῳ δὲ τις ἰδὼν τινα τῶν αὐτῷ συνόντων καταφιλήσαντα νέον εὐμορφον, ἐθαύμασεν εἰπὼν, ὅτι καὶ εἰς πῦρ οὗτος ῥαδίως ἂν κυβιστήσειεν ὁ ταύτην τολμήσας διὰ τοῦ φιλήματος ἀνάψαι ἐν ἑαυτῷ κάμινον. Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἰποίμι, ὅτι τὰς συνοικουσας φιλοῦσιν ἢ ἐπαρῶνται· εἰ δὲ τινες ταῦτα κατηγοροῦεν, δείξει πειράσομαι ὅτι, κἂν μέχρι τούτου προῶσι, πικροτέραν πάλιν καθ' ἑαυτῶν τῆς προτέρας ἐπισπῶνται τὴν βίασαν. Εἰ γὰρ ὅψις μόνη τοσαύτην ἐνέθησιν ὀδύνην, ὅταν καὶ ἀφῆ προσῆ, τῆς ὀψεως πολλὴ παχυτέρα ἀπλάσσει, μέζονα αἶρει τὴν φλόγα, καὶ δριμυτέραν ἐργάζεται τὴν ἀλγηδῶνα, καὶ χαλεπότερον ποιεῖ τὸ θηρόν. "Ὅσον γὰρ ἂν αὐξῶμεν τὰ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ἰσχυροτέραν αὐτῇ παρέχωμεν τὴν τροφήν, τοσοῦτον καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ἡμῖν ἐπιτείνεται. Καὶ καθάπερ ὁ τῆ τραπέζῃ καὶ τῆ πηγῇ παρακαθήμενος οὐχ οὕτως ὁρῶν ὀδυνᾶται, ὡς ὅταν καὶ τῆ χειρὶ θιγεῖν ἐπιτραπέϊς ἀπογεύσασθαι κωλυθῆ πάλιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ τῶν πικροβενικῶν σωματῶν ψάσαι ἐπιτρεπόμενοι ^b, χαλεπότερον τῆς θέας ἀπὸ τῆς ἀφῆς κολάζονται, πικροτέραν ἐφελκόμενοι τὴν ἐκ τῆς ἀποτυχίας ^c ὀδύνην. Καὶ τί δεῖ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐξῴθεν πραγμάτων φιλοσοφεῖν; ἢ γὰρ τοῦ Θεοῦ ψῆφος ἡ τούτων ἀπάντων ἰσχυροτέρα, αὕτη δείκνυσσι τοῦτο τοιοῦτον ὄν. Τὴν γὰρ Ἀδὰμ κολάσαι βουλόμενος, οὐ πόρρω τοῦ παραδείσου κατήκισεν, ἀλλ' αὐτοῦ πλησίον ἐκείνου, ἐν ἔξη διηνεκῇ κόλασιν, τὴν θέαν τοῦ ποιομένου χωρίου, θεωρῶν μὲν αὐτὸ διαπαντός, ἀπολαύσαι δὲ οὐκ ἐπιτρεπόμενος. Ἄλλ' ἴσως εἶποι τις ἄν· Καὶ πῶς, εἰ πικρὸν τοῦτο οὕτως ἐστὶ τῆ ψύσει, μετὰ τοσαύτης αὐτὸ οἱ πολλοὶ διώκουσι τῆς σπουδῆς; Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο ἐκείνου ἂν εἶποίμι, ὅτι αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον τακμήριον τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀβρωστίας ἐστὶ. Τοῦτο γὰρ τῶν νοσοῦντων τὸ ἔθος, ψυχρὰν τινα καὶ δλιγοχρόνιον ἡδονὴν καρποῦσθαι, καὶ μακρὰν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν κατασκευάζειν κόλασιν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν πυρεττόντων ἴδιοι τις ἂν, οἱ μὴ βουλόμενοι καρτερῆσαι μικρὸν, δι' ὀλιγοχρόνιον τινα ψυχαγωγίαν

καὶ ποτῶν καὶ σιτίων κεκωλυμένων ἀπτόμενοι, μακρὰν τινα καὶ χαλεπωτάτην ἑαυτοῖς ἐργάζονται νόσον. Δεῖ δὲ τοὺς ὑγιαίνοντας οὐκ ἀπὸ τῶν νοσοῦντων λαμβάνειν τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους· ἐπεὶ, εἰ τοῦτοις ἐψόμεθα, καὶ ὑπὸ τῆς ἱατρικῆς καὶ ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας ^d καταγνώσμεθα. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἐπὶ πυρετῶν, οὐδὲ ἐπὶ γυναικῶν τοῦτο πάσχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρημάτων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων οἱ τὰ τοιαῦτα νοσοῦντες. Καὶ γὰρ οἱ περὶ τὰ χρήματα μειωρότεροι, [231] εἰδότες, ὅτι οἱ τὰ μικρὰ ταῦτα ἐνταῦθα προέμενοι τοῖς δεομένοις μύρια ἐκαὶ λήψονται ἀγαθὰ, κατέχουσιν ὁμῶς αὐτὰ καὶ κατορύττουσι, καὶ πάντων ἐκπασεῖν αἰρῶνται τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον διὰ τὴν ψυχρὰν ταύτην καὶ βραχέϊαν ἡδονὴν, ἢ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὴν ἀθάνατον καρπώσασθαι ζωὴν, διὰ τῆς προσκαιροῦ τούτων ὑπεροφίας. Τοῦτο δὲ καὶ οὕτοι πάσχουσι, τῆς μικρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, τῆς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, οὐκ ἀνεχώμενοι μικρὸν ἑαυτοῦς ἀποστήσαι, ἀφόρητον ἑαυτοῖς συνάγουσι τῦρ· καὶ ὅσπερ ἂν νομίζωσιν ἡδεσθαι, τοσοῦτω μᾶλλον ἐμπλέκονται τῷ κακῷ, τοῦ διαβόλου τοῦτο τεχνασαμένου πρὸς τὴν παραμονὴν τῆς φλογὸς καὶ ἐπίδοσιν, ὅθεν καὶ οὐκ ἐπιθυμῶν καὶ ἡδοναὶ καὶ ἀλγούσιν, ἀποτόν τινα κρᾶσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταφυτεύοντες ψυχαῖς.

γ'. Εἰ δὲ τις ἡμῶν ἀκρασίαν καταγινώσκει ἀπὸ τούτων τῶν ῥημάτων (τοὺς γὰρ γενναίους ἀνδρας καὶ γυναιξὶ συνοικούντας μηδὲν πάσειν δεινὸν), μακαρίζω μὲν τοὺς τοιοῦτους, καὶ βουλομην ἔν καὶ αὐτοὺς τοσαύτην λαβεῖν ἰσχύν· καὶ ἴσως μὲν καὶ αὐτοὺς πείθομαι ὅτι δυνατόν εἶναι τοιοῦτους τινὰς, ἐβουλόμην δὲ καὶ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν δυναθῆναι πείσαι τοῦτο, ὅτι νέος σφριγῶν τῷ σώματι, κόρη συνοικῶν παρθένης καὶ συκαθήμενος καὶ συνδειπνῶν καὶ συνδιαλεγόμενος δι' ἡμέρας (τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν προστίθημι, τοὺς ἀκαίρους γέλωτας καὶ τὰς διαχύσεις καὶ τὰ μαλακὰ ῥήματα, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ μηδὲ λέγειν ἴσως καλόν)· ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχον οἰκίαν, καὶ τραπέζης καὶ λόγων κοινονῶν, καὶ μετὰ παρῆσις πολλῆς καὶ μεταλαμβάνων πολλῶν καὶ μεταδιδοῦς, οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀλλοκεταί, ἀλλὰ καθαροῦς ἐπιθυμίας τε μένει πονηρὰς καὶ ἡδονῆς· ἐβουλόμην ταῦτα δύνασθαι πείθειν τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι πείθεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ταῦτα ἀπολογουμένων καταθῶσιν ὡς ἀναισχύντων, καὶ τὰ αὐτὰ νοσοῦντων αὐτοῖς, καὶ τὴν οἰκίαν περιστελλόντων κακίαν. Καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς; φησὶν· οὐδὲ γὰρ τῆς ἐτέρων ἀνοίας ἡμεῖς ὑπεύθυνοι, οὐδὲ εἰ τις ἀλόγως σκανδαλίζοιτο, δοῦναι δίκην ἄξιός ἐγὼ διὰ τὴν ἀνοίαν τὴν ἐκείνου. Ἀλλὰ Παῦλος οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ κἂν ἀδίκως σκανδαλίζηται τις, κἂν δι' ἀσθένειαν, βοηθεῖν ἐκέλευσε.

Τότε γὰρ μόνον ἀππλάττωμεθα τῆς ἐπὶ τοῖς σκανδαλιζομένοις τιμωρίας κειμένης, ὅταν ἐκ τοῦ σκανδαλοῦ κέρδος ἕτερον τίχτηται τῆς ἀπὸ τοῦ σκανδαλοῦ βλάβης μείζον· ὡς ἂν τοῦτο μὴ ἦ, ἀλλ' ἐν μόνον συμβαίη τὸ σκανδαλιζέσθαι ἐτέρους, ἂν τε εὐλόγως ἂν τε ἀλόγως σκανδαλίζωνται. ἂν τε ὡς ἀσθενεῖς, τὸ ἄμα αὐτῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἡμετέρων ὁ θεὸς τὰς τοιαύτας ἐκζητήσῃ ψυχάς. Διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ πανταχοῦ μήτε φροντίζωμεν, μήτε καταφρονῶμεν τῶν σκανδαλιζομένων, ὄρους τινὰς ἡμῖν καὶ κανόνας ἔθηκε τοῦτο ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦτο κάκεινο ποιήσας μετὰ τοῦ καιροῦ

^a Savil. ἀπηγόρευσε, Morel. ἀπηγόρευσε.

^b Sic postulante senu correctum est; legebat enim Moutl. perperam ἀποτρεπόμενοι. Edit.

^c Mor. ἀτυχίας.

^d Savil. καὶ ἱατρικῆς καὶ φιλ.

nis, ne quid propositorum contingatur: num vellet aliquis ad talem mensam considerare, et seipsum cruciare? Ego utique non opinor; neque enim tanta ex aspectu voluptate frueretur quantam tristitiam ex interdico conciperet. Quid autem, si quis sitienti et adusto præ siti fontem limpida et purum demonstratum non solum non degustare, sed ne extremis quidem digitis contingere permetteret, an quid eo cruciatu acerbius?

2. *Tantalus*. — Neque hic, opinor, mihi contradixerit ullus. Tantum enim hoc malum est, ut etiam profani, qui plurimum valent in naturæ voluptate et tristitia expendenda, volentes effingere quosdam qui valde cruciantur, talem quamdam fabulam in medium proferant. Introducitur in fabula quidam extremo supplicio afficiendus, cui ostenditur omnium ciborum copia et præterfluens aqua, nec conceditur ut aliquo istorum fruatur: et cum extendit ille manum, omnia quæ videntur a tactu fugiunt, sitque hoc semper. Et hæc est profanorum de illo supplicii genere fabula. Philosophorum vero quidam (Xenophon, *Ἄπομνημον.* 1. 3. 9), cum vidisset sodalium quemdam osculum formoso puero dare, admirandus dixit: Hic opinor præcipitem facile se in ignem injiceret, qui tantum in se fornacem osculo est ausus accendere. Ego autem non idem dixerim, quod nempe contubernaless suas osculentur et contrectent. At si qui sunt qui hæc calumniantur, demonstrare tentabo quod, si illo usque perveniat, durius sibi quam prius supplicium accersant. Nam si aspectus solus tantum infert dolorem, quando contactus accedit, ut est voluptas multo crasior quam aspectus, ita majorem struit flammam, acerbior em efficit dolorem, et vehementius feram illam exasperat. Quanto enim magis concupiscentias augemus, et plurima eis fomenta suppeditamus, tanto et dolores nostri magis intenduntur. Et quemadmodum qui mensæ et fonti assidet, non sic videndo dolet, ut cui permissum est manu attingere, et tamen ne degustet prohibetur: sic utique qui ad contrectanda virginum corpora admittuntur, gravio rem hauriunt cruciatum ex tactu quam ex aspectu, dum acerbius rei tactæ privatione torquentur. Et quid opus est philosophari ex rebus externis? Dei enim sententia, his omnibus potentior, ipsa nobis ostendit rem ista sese habere. Nam cum vellet punire Adam (*Gen.* 3), non procul a paradiso ipsum habitare fecit, sed prope paradisa, ut continuam pœnam haberet e spectaculo loci quem desiderabat, et eo, quamvis semper illum ante se videret, frui non permetteretur. Jam forte aliquis dixerit, Et quomodo, si hoc natura tam amarum, plerique tanto studio sectantur? Ad hoc ego dixerim, istud ipsum extremæ illorum ægritudinis maximum esse argumentum. Nam hic mos est ægroantium, ut quærant frigidam quamdam, brevisque temporis voluptatem, unde prolixior em sibi conciliant pœnam. Hoc et in febricitantibus videre quis potest, qui cum paulisper abstinere nolunt a refocillatione momentanea vitæ vel esculentorum vel poculentorum, longum quemdam et difficillimum invchunt sibi

morbum. Oportet autem ut ii qui bene valent, non eorum qui male habent sententiam sequantur. Nam si illos sequimur, et a medica arte et a philosophia condemnabimur. Neque enim ægrotañtibus hoc solum in febrî contingit, vel in mulierum amore, sed et in divitiis et in omnibus aliis. Etenim qui in pecuniâ insaniunt, licet sciant quod ii qui parva hæc indigis impartiuntur, infinita illic bona capiant, detinent tamen ea et defodiunt, et bonis omnibus excidere malunt, ob frigidam brevemque hanc voluptatulam, quam æterna pœna liberari, et immortal em vitam adipisci illas ad breve tempus despiciendo. Hoc utique et illis contingit, dum a parva oculorum concupiscentia seipsos aliquantis per continere nolentes intolerabilem sibi ignem colligunt: et quanto scilicet se magis oblectari putant, tanto magis malo implicantur, diabolo suis artibus hoc curante ad incrementum et perseverantiam incendiî, ut ardent es et delectentur et doleant, absurdum quoddam temperamentum in animabus suis efficiens.

3. Jam vero si quis nos interperantiæ ob hæc verba condemnet (strenuos enim viros et cum mulieribus habitantes, nihil grave pati), beatos quidem dico qui tales sint, et vellem etiam ipse hoc robore donari: et ipse quidem forte adducor ut credam posse hujusmodi viros reperiri: vellem tamen eos qui nos reprehendunt, posse hoc nobis persuadere, quod adolescens fervens corpore, puellæque virgini cohabitans et ad latera ejus assidens, et simul cœnans, et per diem totum confabulans, ut nihil aliud apponam, intempestivos risus et effusus cachinnos et mollia verba, atque alia quæ dictu inhonesta; sed in eadem, inquam, habitans domo eidemque communicans mensæ, uli multa est libertas verborum, et ultro citroque accipiuntur multa danturque, nulla humanarum affectionum capiatur, sed purus a mala voluptate et concupiscentia permaneat: vellem hæc ab his qui nos arguunt me doceri posse, sed neque ipsi volunt doceri, et nobis hæc ad defensionem afferentibus reclamant quasi impudentibus, eodem quo ipsi morbo correptis, propriamque te genibus malitiam. Et quid hæc ad nos, inquit? Neque nos sumus obnoxii insipientiæ alienæ, neque, si quis stulte scandalizetur, dignus ego sum qui pœnas dem ob illius insipientiam. Sed hoc non dixit Paulus, sed jussit ut, si injuste scandalizetur aliquis, ejus infirmitati consulatur.

Quantum quisque cavere debeat ne aliis offendiculo sit. — Tunc enim solum liberamur a pœna, quæ posita est in eos qui scandalum dant aliis, si ex scandalo aliud quoddam lucrum nascatur majus damno quod ex scandalo fit. Adeoque si hoc non fuerit, et hoc solum obvenerit, ut scandalizentur alii, sive ob rationem aliquam, sive ob nullam, sive ut infirmi offendantur, sanguis illorum super caput nostrum, et ex manibus nostris Deus animas tales requireret. Et propter hoc, ne per omnia negligere vel abjiceremus eos quibus offendiculo sumus, terminos quosdam et regulas nobis Christus præscripsit: nam et hoc et illud fecit, prout tempus postulabat. Enimvero cum de

natura ciborum dissereret, et ostenderet eam esse puram, et a Judaica observatione liberaret, Petro ingresso et dicente, *Scandalizati sunt*, dixit: *Sine ipsos* (*Matth.* 15. 12. 14). Et non solum despexit, quin et accusavit: *Omnia enim plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur* (*Ib.* v. 13). Ita legem de cibis irritam fecit. Ubi autem qui petebant didrachma, ad Petrum accedentes dixerunt, *Magister tuus non solvit didrachma* (*Matth.* 17. 23), tunc non idem egit sicut antea, sed rationem habuit scandali, et ait: *Ut autem non scandalizemus ipsos, mitte hanum in mare, et piscem qui primum egressus fuerit tolle, inveniesque in ore ejus staterem: hunc acceptum da pro me et te* (*Ib.* v. 27). Vides modo curantem, modo nihil curantem? Nam hoc loco nihil valde referebat gloriam Unigeniti revelari: quomodo enim, cum et alibi studuerit eam obumbrare, præcepitque multitudini, ne dicerent quod ipse esset Christus? Et propterea nihil damni ex eo quod dependit didrachma: si autem non solvisset, magna inde nata fuisset mala: nam ut tyrannum et obloquentem et civitatis universæ inimicum, et in extrema pericula injicientem, utique aversati fuissent. Propterea ipsos qui volebant ipsum rapere, et facere regem, longius fugit, eamque opinionem a multis qui circa ipsum erant repulit. Priori autem loco necessarium erat id quod agebatur: ideo utiliter ac tempestive et ut in meliori opere contempsit scandalum. Et enim valde tempori congruebat ad supremam philosophiam ascensuros non prohibere ut Judæis mos gereretur; sed abire vocante tempore ad animi puritatem, neque retardari corporali observatione, sed a vili illa cura eximi. Sic et Paulus modo contempsit eos qui scandalizabantur, modo non contempsit, Magistrum sequens, et dixit: *Per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* (*1. Cor.* 10. 33). Si autem Paulus suam contemnit utilitatem, ut inveniat quod multis prosit, quanta nos digni erimus pœna, si neque proprium fugimus damnum, ut inveniamus quod utile sit aliis, sed nos quoque cum aliis suaviter perdimus, cum possemus et nos ipsos et alios servare? Propterea cum videt majus lucrum quam damnum, contemnit eos qui scandalum patiuntur: ubi autem lucrum videt nullum, solum autem scandalum inde evenire, omnia et facere et pati paratus est ne eveniat, Et non disputat talia more nostro: non enim dicit, *Quare sunt infirmi? quare sine causa sic affecti sunt? sed ea de causa ipsis potissimum parcat, quia ob rationis penuriam ita se habent, et ita infirmi sunt.*

4. Dic enim mihi qualem ille rationabilem prætextum dicere potest, qui scandalizatur in comedente carnem et bibente vinum? hanc quippe legem Deus olim posuit. Verumtamen in his si scandalizetur aliquis, Paulus abstinet. *Non enim carnem comedam, inquit, neque vinum bibam, ut ne scandalizem fratrem* (*1. Cor.* 8. 13). Nec dixit ea quæ nos dicimus: *Subjiciendusne ego alienæ insipientiæ? num quia alicui simplici videtur esse scandalum, ego dignus qui supplicium luam? Quamvis etiam si dixisset, multo*

tamen justius dixisset quam nos. Nam qui in illis scandalizatur, insensatus est et valde insipiens; verum in his ipse multas justas et dignas causas quas dicat habet. Verumtamen justiora etiam quam nos habuisset Paulus, siquidem voluisset: at non dixit, sed ad unum solum spectavit, nempe salutem proximi. Et vide quam eminenter: non enim dixit semel, aut bis, aut tanto tempore, sed, *In æternum*, ait, *non comedam*, si scandalizetur alius. Et ut ne putes in his eum subsistere, et aliud quiddam adjicit hoc majus. Ut enim dixit, *Bonum est non comedere carnem, et non bibere vinum* (*Rom.* 14. 21), conjunxit et illud: *Neque illud, per quod frater tuus impingit, vel scandalizatur, vel infirmatur*. Et animadvertite rursus sapientiam præceptoris. Relicto enim infirmo fortem corrigit ante illum: nam fortis auctor est, quod ille infirmus sit, eo quod possit infirmitatem corrigere, et non faciat. Ecquid dico de infirmis fratribus? Etenim Judæis et gentibus jubet eandem curam impendi: *Sine offendiculo*, ait, *estote et Judæis et gentibus et Ecclesie Dei*¹ (*1. Cor.* 10. 32). Itaque quanto te fortiorem esse dicis, nihilque a cohabitatione nocenti accipere, tanto magis te ipsum debitorem constituis, ut vinculum hoc rumpas. Nam quanto fortior eras, tanto æquius fuit, ut infirmo gestares. Igitur si infirmus es, propter te ipsum desiste; sin robustior, propter alterius infirmitatem. Non enim sibi ipsi dumtaxat, sed et aliis fortem esse oportet eum qui fortis est. Quod si te fortem esse dicis, et infirmitatem illius contemnis, duplam dabis pœnam, tum quod non pepercisti, tum quod multa tibi vis erat ut illi parcere posses. Nam unusquisque nostrum debitor est salutis proximi. Propterea jussi sumus, non quæ nostra sunt, sed quæ proximi spectare (*1. Cor.* 10. 24). Pretio enim empti sumus (*1. Cor.* 6. 20), et qui nos redemit, hoc præcepit in communem animarum nostrarum utilitatem. Non enim hoc solum nostrum est lucrum, quando propria servamus membra, sed et quando alios in majori securitate constituimus. Quamvis enim multos philosophis, redargueris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim te video ita salvi non posse, et millia eorum despiciere, quæ damnum inferunt, nec converti te tam multis reprehendentibus, sed et gloriam tuam conculcare, Ecclesieque magnam invidiam conflare, atque infidelium ora aperire, omnesque mala opinione imbueri, et tanta quidem ex cohabitatione nasci mala, nullum autem provenire bonum; ex separatione vero horum omnium malorum sublationem, multorum autem aliorum bonorum possessionem adipisci licere, deinde cum resiliere nolis, quomodo persuadere potero aliis quod affectionis sis expertus, et a concupiscentia mala purus? Imo vero super his nihil contendo; sed esto quod sis etiam cohabitando purus, quamvis ne Job quidem ille beatus ausus fuit tantam virtutem et sapientiam sibi adscribere; sed qui omnem transcenderat virtutem, ex

¹ In Saviil., *Christi*.

τοῦ προσήκοντος. Ὅτε μὲν γὰρ περὶ τῆς τῶν ἐδουμάτων διελέγετο φύσεως, καὶ ἐδείκνυε καθαρὰν αὐτὴν οὐσαν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπῆλλαττε παρατηρήσεως, εἰσελθόντος τοῦ Πέτρου καὶ εἰπόντος, ὅτι Ἐσκανδαλισθησάν, Ἄφες αὐτούς, φησί· καὶ οὐ μόνον κατεφρόνησεν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ [272] κατηγορήσεν εἰπὼν, Πᾶσα γὰρ φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται· οὕτω τὸν νόμον ἠκύρωσε τὸν περὶ βρωμάτων. Ἐπειδὴ δὲ οἱ τὰ διδραχμα ἀπαιτοῦντες, τῷ Πέτρῳ προσελθόντες ἔλεγον, Ὁ διδάσκαλός σου οὐ τελεῖ τὰ διδραχμα, οὐκέτι τὸ αὐτὸ πεποιήκειν, ὅπερ ἐπ' ἐκείνων, ἀλλὰ φροντίζει τοῦ σκανδαλοῦ καὶ φησιν· Ἴνα δὲ μὴ σκανδαλισωμέν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἀγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθῆν ἄρον, καὶ εὐρήσεις ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ στατήρα· τούτον λαβὼν δός ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Ὅρθς καὶ φροντίζοντα καὶ μὴ φροντίζοντα; Ἐνταῦθα μὲν γὰρ οὐκ ἦν κατεπειγόν ἐκκαλυφθῆναι τοῦ Μονοθεοῦς τὴν δόξαν· πῶς γὰρ, ὅπου καὶ ἐπετήδευεν αὐτὴν συσκιάζειν, καὶ ἐκέλευε πολλοῖς μὴ λέγειν, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός; Καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ μὲν τοῦ καταθεῖναι τὰ διδραχμα β' οὐδὲν ἦν βλάβος, ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ καταθεῖναι μεγάλα ἐτίκτετο κακά· ὡς γὰρ τύραννον, καὶ ἀνταίρωντα, καὶ τῆς πόλεως ἀπάσης ἐχθρὸν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους ἐμβάλλοντα κινδύνους, οὕτως ἂν ἀπεστράφησαν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ βουλομένους αὐτοὺς ἀρπάσαι τε αὐτὴν καὶ βασιλέα ποιῆσαι ἀπέφυγε πόρρωθεν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ταύτην ἀποκρουόμενος τὴν ὑπόληψιν. Ἐκεῖ δὲ ἀναγκαῖον τὸ κατορθούμενον ἦν· διὸ χρησίμως τε καὶ εὐκαιρῶς καὶ ἐπὶ κατορθώματι μερίζοντα κτεφρόνησε τοῦ σκανδαλοῦ. Καὶ γὰρ εὐκαιρῶν ἦν λοιπὸν τοὺς μέλλοντας ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην ἀναβαίνειν φιλοσοφίαν, μὴ κωλύειν διὰ τὴν εἰς τοὺς Ἰουδαίους φειδῶ, ἀλλ' ἀφιέναι λοιπὸν τοῦ καιροῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα, καὶ μὴ κατέχειν ἐν τῇ σωματικῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ συγχωρεῖν τῆς ταπεινότητος ἃ ἀπαλλάττεσθαι ἐκείνης. Οὕτω καὶ Παῦλος καὶ καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων, καὶ οὐ καταφρονεῖ, ἀκολουθῶν τῷ διδασκάλῳ, καὶ φησι· Πάντα πᾶσιν ἀρβσσω, μὴ ζητῶν τὸ ἑμᾶυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, Ἴνα σωθῶσιν. Εἰ δὲ Παῦλος τὸ οἰκεῖον παροῦθ' συμφέρον, ἵνα τὸ τῶν ἄλλων εὐρη, πόσης οὐκ ἂν εἴημεν ἔξιοι κολάσεως, μηδὲ οἰκείας ἀποστῆναι βλάβης ἀνεχόμενοι ὑπὲρ τοῦ τὸ ἐτέρων συμφέρον εὐρεῖν, ἀλλ' ἠδῆως μεθ' ἑαυτῶν καὶ ἐτέρους προσαπολλύντες, παρὸν καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἐτέρους διασώσαι; Διὰ δὴ τοῦτο, ὅταν μὲν ἴδῃ πολὺ τὸ κέρδος, καὶ τῆς τοῦ σκανδαλοῦ βλάβης μερίζον, καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων ὅταν δὲ κέρδος ἦ μηδὲν, τοῦτο δὲ μόνον τὸ σκανδαλιζεσθαι ἐκθῆναι, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν αἰρεῖται, ὥστε μὴ τοῦτο γενέσθαι. Καὶ οὐ φιλοσοφεῖ τοιαῦτα, οἷα ἡμεῖς^d, οὐδὲ λέγει, Διὰ τί γὰρ εἰσιν ἀσθενεῖς; διὰ τί γὰρ ἀλόγως ταῦτα πάσχουσιν; ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτῶν φεῖδεται, ἐπειδὴ ἀλόγως τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὴ ἀσθενεῖς εἰσιν.

δ. Εἰπέ γάρ μοι, ποίαν ἔχει πρόφασιν εὐλογον εἰπεῖν ὁ σκανδαλιζόμενος ἐπὶ τῷ ἐσθίοντι κρέας καὶ οἶνον πίνοντι; τούτων γὰρ ὁ Θεὸς τὸν νόμον ἀνωθεν ἐξέθετο. Ἄλλ' ὅμως κἂν ἐπὶ τούτοις σκανδαλιζήται εἶναι, καὶ τούτων ὁ Παῦλος ἀπέχεται. Οὐ γὰρ μὴ ζῶγω κρέας, φησὶ, οὐδὲ πλω οἶνον, Ἴνα μὴ τὸν

ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Καὶ οὐκ εἶπε ταῦτα ἅπερ ἡμεῖς, ὅτι, Ἐγὼ μέλλω τῆς ἐτέρων ἀλογίας ὑπεύθυνος [233] εἶναι; καὶ, Ἐάν τιτι δόξῃ σκανδαλισθῆναι ἀπλῶς, ἐγὼ ἔσομαι ἔξιοις δίκην δοῦναι; Καίτοι καὶ εἰ εἶπε, πολλῶν δικαιότερον ἂν ἡμῶν εἶπε. Ὁ μὲν γὰρ ἐπ' ἐκείνους σκανδαλιζόμενος ἀλόγιτος σφόδρα καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις, πολλὰς ἂν σχολῆς δικαίας καὶ εὐλόγους αἰτίας εἶπειν· ἀλλ' ὅμως καὶ δικαιότερα ἂν ἡμῶν εἶπὼν ὁ Παῦλος, οὐκ εἶπεν, ἀλλ' εἰς ἔν μόνον εἶδος, τοῦ πλησίον τὴν σωτηρίαν. Καὶ θέα τὴν ὑπερβολὴν· οὐ γὰρ εἶπεν ἅπασι ἡ δὲ, ἡ τόσον καὶ τόσον χρόνον· ἀλλ', Εἰς τὸν αἰῶνα, φησὶν, οὐ μὴ φάγω, εἰ σκανδαλιζοῦτο ἕτερος. Καὶ ἵνα μὴ νομίσης μέχρι τούτων αὐτὸν ἐστάναι, καὶ ἕτερον τι προσέθηκε τοῦτο πλέον· εἰπὼν γάρ, Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέας, μηδὲ πιεῖν οἶνον, συνῆψε κἀκεῖνο, Μηδὲ ἐν ψὶ ὁ ἀδελφός σου προσκίπτει, ἡ σκανδαλιζεται, ἡ ἀσθενεῖ. Καὶ πάλιν σκόπει μοι τὴν σφίαν τοῦ διδασκάλου· τὸν μὲν ἀσθενοῦντα ἀφείξ, τὸν ἰσχυρὸν διορθοῦ πρὸ ἐκείνου· οὕτως γὰρ αἰτίας τὸν ἀσθενεῖν ἐκείνου, ὁ κύριος ὢν διορθῶσα· τὴν ἀρβωσίαν, καὶ μὴ τοῦτο ποιῶν. Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀσθενῶν ἀδελφῶν; Καὶ γὰρ καὶ Ἰουδαίους καὶ Ἕλλησι κελεύει ταύτην παρέχειν τὴν πρόνοιαν. Ἀπρόσκοποι γὰρ, φησὶ, γίνεσθε καὶ Ἰουδαίους καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ^e. Ὅστε ὅσω ἂν ἰσχυρότερον εἶναι λέγῃς σαυτὸν, καὶ μὴδὲν ἀπὸ τῆς ὁμοσχηρίας βλάπτεσθαι ταύτης, τοσούτω μᾶλλον ὑπεύθυνον σαυτὸν καθιστᾷς τοῦ διασπᾶσαι τὸν δεσμόν. Ὅσω γὰρ ἂν ἦς ἰσχυρότερος, τοσούτω δικαιότερος ἂν εἴης τὸν ἀσθενέστερον διαβατᾶσαι· ἂν μὲν οὖν ἀσθενῆς ἦς, διὰ σαυτὸν ἀπόστηθι· ἂν δὲ ἰσχυρότερος, διὰ τὸν ἀσθενοῦντα. Οὐ γὰρ ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἰσχυρὸν εἶναι γρη τὸν ἰσχύοντα. Εἰ δὲ λέγων ἰσχύειν, τὴν ἀσθενείαν τὴν ἐκείνου περιορᾷ, διπλῆν δώσεις δίκην, ὅτι τε οὐκ ἐφείσω, καὶ ὅτι πολλὴν ἔχων τοῦ φείσασθαι δύναμιν. Ἰπεύθυνος γὰρ ἕκαστος ἡμῶν τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ἐστὶ. Διὰ τοῦτο οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὰ τοῦ πλησίον ἐκκευόσθημεν. Τιμῆς γὰρ ἠγοράσθημεν· ὁ δὲ ἀγοράσας ἡμᾶς τοῦτο προσέταξεν ἐπὶ τῇ κοινῇ πάντων ἡμῶν λυσιτελείᾳ. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον συμβαίνει τὸ κέρδος, ὅτι τὰ οἰκεία σώζομεν μέλη, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐτέρους ἢ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστώμεν μερίζον. Κἂν γὰρ μυριακὴς φιλοσοφῆς, δι' αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων, οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικίσεως ταύτης. Ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσωπασπᾶστος ἔχοντα, καὶ μυρῶν βλαπτομένον καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα, καὶ τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλήν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρὰ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἀπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἐτέρων κτήσιν ἀγαθῶν, εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πείσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπῆλλαξαι προσπαθείας^f, καὶ ἐπιθυμίας εἰ πονηρὰς καθαρός; Μᾶλλον δὲ οὐδὲν ὑπὲρ τούτων φιλονεκῶ^g [234] ἀλλ' ἔστιν σε εἶναι· καὶ συνοικεῖντα καθαρὸν· καίτοι γε ὁ μακάριος Ἰησοῦς οὐκ ἐτόλμησε τοσαύτην ἑαυτῷ μαρτυρήσασθαι δύναμιν καὶ φιλοσοφίαν, ἀλλ' ὁ πᾶσαν ἐπελθὼν ἀρετὴν, καὶ

^a Savil. αὐτοὺς, βάλε ἀγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν, καί.

^b Savil. τὴν δραχμὴν.

^c Sav. καθαρότητος.

^d Savil. ὑμῖς.

^e Savil. τοῦ Χριστοῦ.

^f Savil. ἑαυτοῦς.

^g Savil. συμπάθειας.

πάντων ὑπερνευθεῖς τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ πρῶτος· καὶ μόνος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος καρτερίαν, καὶ πάντα σίδηρον καὶ ἀδάμαντα τῇ τῆς ψυχῆς παρελθὼν ἐγκρατεῖα, καὶ κατακόψας τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχύν, οὕτως ἐδεδοίκει τὴν τοιαύτην πάλην, καὶ ἐνόμιζεν ἀδύνατον εἶναι συνοικούντα παρθένῳ μένειν αἰνιτῆ καὶ καθαρόν, ὡς μὴ μόνον τῆς συνοικήσεως ταύτης πόρῳ, καὶ μακρὰν ἐαυτὸν καταστήσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἕψεως· τῆς ἀπλῶς καὶ ἀπὸ συντυχίας γινομένης, καὶ νόμον ἔθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ, μηδὲ ἀπλῶς εἰς παρθένον ἰδεῖν. Ἡδεῖ σαφῶς γὰρ, ἤδει, ὅτι οὐ μόνον τὸν συνοικούντα, ἀλλὰ καὶ τὸν βλέποντα περιέργως εἰς ἕψιν παρθενατὴν δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον, τὴν ἐκεῖθεν διαφυγεῖν βλάβην· διὸ ἔλεγε· *Καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένῳ.*

ε'. Εἰ δὲ μικρὸς σοὶ πρὸς ἄμιλλαν ὁ Ἰώθ, καίτοι γὰρ οὐδὲ τῆς κοπρίας ἐσμὲν ἄξιοι τῆς ἐκείνου, πλὴν ἀλλ' εἰ ἑλαττόν σου νομίσας τῆς μεγαλοψυχίας εἶναι τὸ ὑπόδειγμα, ἐνόησον τὸν μεγαλοφρονῆσαν κήρυκα τῆς ἀληθείας Παῦλον, ὃς ἅπασαν περιελθὼν τὴν οἰκουμένην, καὶ δυνηθεὶς εἰπεῖν ἐκεῖνα τὰ πολλῆς γέμοντα σοφίας ῥήματα, ὅτι οὐκέτι αὐτὸς εἴη ζῶν, ἀλλ' ἢ Χριστὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ὅτι ἐσταύρωται τῷ κόσμῳ, καὶ ὁ κόσμος αὐτῷ, καὶ ὅτι καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκει μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ πνεύματος χάριν καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἄλλων ἐπίδειξιν, μετὰ τοὺς ἀφάτους κινδύνους, μετὰ τὴν ἠκριβωμένην φιλοσοφίαν, δεικνὺς ἡμῖν καὶ παραδηλῶν, ὅτι ἕως ἀν ἐμπνέωμεν καὶ τὴν σάρκα ὡμεν περικείμενοι ταύτην, καλαισιμάτων ἡμῖν χρεῖα καὶ πόνων, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπαρχμῶνας κατορθῶσαι σωφροσύνην ποτὲ, ἀλλὰ πολλῶν ἰδρώτων ἡμῖν δεῖ καὶ κριμάτων πρὸς τοῦτ' τὸ τρόπαιον, οὕτως ἔλεγεν· *Ἰταπιᾶζώ μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γέρωμαι.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δηλῶν τὴν ἐπανάστασιν τῆς σαρκὸς καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύτταν, καὶ τὸν διηνεχὶ πόλεμον, καὶ τὸν ἐναγώνιον αὐτοῦ βίον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πράγματος αὐτοῦ δηλῶν τὴν δυσκολιαν οὐδὲ ἐμβλέπειν ἀπλῶς ἠρῖει εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ἕψεις, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν μοιχῶν κολάσει· τοὺς οὕτως ὀρώντας κολάζειν ἠπειλήσας. Εἰπόντι δὲ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι *οὐ συμφέρει γαμησαί, οὐκ ἐνομοθέτησε μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ παραδηλῶν τοῦ πράγματος τὸν ὄγκον ἔλεγεν· Ὁ δυναίμενος χωρεῖν, χωρεῖτω.* Ἀκούομεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ὅτι πολλοὶ καὶ σιδηρῶ ἅπαν τὸ σῶμα καταδήσαντες, καὶ σάκκῳ περιβαλόντες, καὶ πρὸς τὰς ὀρῶν ἀναδραμόντες κορυφὰς, καὶ νηστεία συζῶντες διηνεκεῖ καὶ παννυχιστὴ καὶ ἀγρυπνίας, καὶ πάντα ἐπιδεικνύμενοι οὐλορηγίαν, καὶ γυναιξὶν ἀπάσαις ἀπαγορευσάντες ἐπιβαίνειν τοῦ ὄματιοῦ καὶ τῆς καλύθης τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ παιδαγωγούντες ἑαυτοὺς, μόλις περιγίνονται τῆς κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν μανίας. Σὺ δὲ λέγεις, ὅτι κἂν συνοικούντα ἰδῆς παρθένῳ, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προτέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ [233] πάντα καὶ παθεῖν καὶ ποιῆσαι αἰρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθυμένης, μὴ πιστεύσης τι πονηρὸν, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίσης τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαθεῖας.

Ἄλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ὧ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τῶν λίθοις συνοικούντων οὕτω διακείσθαι χρή. Καὶ σὺ μὲν ἴσως ἀπιστεῖς διὰ τὴν πολλὴν σωφροσύνην· ἐγὼ δὲ ἤκουσα διηγουμένον

τινῶν, ὅτι πολλοὶ καὶ πρὸς ἀγάλματα καὶ λίθους ἔπαθόν τι. Εἰ δὲ ἔνθα σκληρότης καὶ ἀντιτυπία καὶ ἡ διάπλασις μόνη τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅταν μετὰ τῆς διαπλάσεως καὶ σῶμα ἀπαλὸν ὑποκειμενὸν ἦ, τίνα οὐκ ἐργάζεται μανίαν; πῶς δὲ οὐ δόξουσιν εἰκότως λέγειν μᾶλλον οἱ κατηγοροῦντες, ἢ ἡμεῖς οἱ ἀπολογούμενοι; Τί γὰρ εἶδος, εἰπέ μοι, ἐπιθυμείν ἄνδρα γυναικὸς, ἢ μὴ ἐπιθυμείν; Πάντως ἂν εἰποιμεν ἐπιθυμείν. Πάλιν τῶν μυρίων ὠθουσῶν ἔξω προφάσεων εὐλόγων οὐκ ἀνεχόμενον ἐξελεῖν, ἀλλ' εἰσθούντα ἑαυτὸν ἐπ' οὐδενὶ μὲν κατορθώματι, μυριάς δὲ ὀνειδεσι καὶ βλάβαις οὕτων τε καὶ ἄλλοτρῶν, τί εἰκόσ; ἔξ ἀγαθῆς τοῦτο προαίρεσεως πάσχειν, ἢ ἐκ πονηρᾶς; Τάχα ἂν ἐκ πονηρᾶς εἴποι τις μᾶλλον. Πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ὑπὲρ τούτων ἀκριβολογώμεθα, ἀλλὰ κείσθω μήτε κατὰ λόγον σκανδαλίζεσθαι τοὺς σκανδαλιζομένους, μήτε δικαίως, ἀλλ' εἰκῆ καὶ μάτην· τίνας ἔνεκεν συνοικεῖς, εἰπέ μοι, τῇ παρθένῳ; Δι' οὐδὲν γὰρ ἢ συνοικῆσαι αὐτὴν νουμοθέτηται, ἢ δι' ἔρωτα καὶ πόθον· ἐπεὶ περιελε τοῦτον, καὶ ἀνήρηται ἢ τοῦ πράγματος χρεῖα. Τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο ἀνὴρ ὦν ταύτης χωρὶς τῆς ἀνάγκης γυναικείας ἀνεχέσθαι τρυφῆς καὶ ὑβρεως καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ γένους ἐλαττωμάτων ἐκείνου; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὴν γυναικα ταύτη καθώπλισε τῇ ἰσχύϊ, εἰδὼς ὅτι σφόδρα εὐκαταφρόνητος ἔσται, μὴ ταύτην ἐπαγομένη τὴν ἀρχὴν, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἂν ἔλοιτο αὐτῇ συνοικῆσαι καθαρεύων ἐπιθυμίας. Εἰ γὰρ καὶ τοσαύτης ἐπιχειμένης ἀνάγκης νῦν καὶ πολλῆς ἐτέρας χρεῖας (καὶ γὰρ καὶ παιδοποιεῖσαι, καὶ οἰκουροῦσαι, καὶ ἕτερα ἄλλα διακονοῦνται πολλὰ πλεονα τούτων)· εἰ δὲ τοιαῦτα νῦν καὶ τοσαῦτα λειτουργοῦσαι τοῖς ἀνδράσιν εὐκαταφρόνηται πολλάκις ἐγένοντο, καὶ τῆς οικίας ἐξεβλήθησαν, πῶς ἂν ἐπιθυμίας χωρὶς ἦσαν ἡμῖν ποθειναί, καὶ ταῦτα τοσοῦτος ἡμᾶς ὀνειδεσι περιβάλλουσαι; Ἡ λέγεται τολῶν τὴν αἰτίαν τῆς συνοικήσεως, ἢ οὐδεμίαν ὑποπετεύειν ἐτέραν ἀνάγκη, ἀλλ' ἢ πονηρὴν ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν ἐπονειδιστον.

ς'. Τί οὖν, ἂν δυνηθῶμεν, φησὶν, αἰτίαν εὐλογον καὶ δικαίαν εἰπεῖν, ὅση μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν εἰρηκώς; Μάλιστα μὲν, οὐδεμίαν ἔρειπε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐβουλόμην μαθεῖν, εἰ τίνα σκιάν γούν ἔχετε εὐλόγου προφάσεως εἰπεῖν. Ἀπροστάτετος, φησὶν, ἔστιν ἡ παρθένος, οὐκ ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεστήν, πολλάκις δὲ οὐδὲ πατέρα, οὐκ ἀδελφόν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ἐρημίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ προβεβλημένου καὶ καταστήσαντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ καὶ λιμένι. Ποῖς ἀσφαλεῖς, καὶ ποῖψ λιμένι; Τὸν γὰρ πρόβολον οὐκ ἔργοντα ὄρω τὰ κύματα, ἀλλ' ἐπεγείροντα, καὶ τὸν λιμένα οὐκ ἀναστέλλοντα τὸν χειμῶνα, ἀλλὰ καὶ τὰς [236] οὐκ οὐσας τίκτοντα τρικυμίας. Εἶτα οὐκ αἰσχύνεσθε, οὐκ ἐγκαλύπτεσθε τοιαῦτα ἀπολογούμενοι; Εἰ γὰρ μηδεμία ἐκ ταύτης τῆς διακονίας ἐτίκτετο κατηγορία, μηδὲ βλάβη, μηδὲ σκάνδαλον, ἀλλὰ μετ' εὐφημίας ἐξῆν τοῦτο αὐτὸ ποιεῖν, τίνας οὐκ ἂν ἦτε ἐλευνότεροι τὸν πλοῦτον αὐτῆς αὔξοντες, καὶ πρὸς φιλοχρηματίαν γυμνάζοντες, καὶ εἰς πράγματα ἐμβάλλοντες, καὶ πρὸς κοσμικὰς παιδοτριβοῦντες φροντίδας, οἰκονόμων τάξιν καὶ ἐπιτρόπων καὶ ἀγοραίων τινῶν ἀναλλαττόμενοι; Σφόδρα γὰρ οὐ γὰρ δυνησεσθε περὶ ἀκτημοσύνης διαλεχθῆναι, καὶ πείσαι τῶν ὄντων καταφρονεῖν, οἱ πάντα ποιούντες ὅπως μένοι καὶ αὔξοιτο τὰ ὄντα, καὶ πόροι πόροις ἐπιγίγνοιτο, κάπηλοι τινες καὶ παλιγκάπηλοι δι' ἐκείνας γενόμενοι, ἄχρηστοί γε. Οὐ γὰρ γενναῖα ὡμῶν αἰ ἐλ-

^a Savil. λαθῆν.

omnibus diaboli retibus extractus : qui primus et solus tantam fortitudinem demonstravit, et omne ferum et adamantem sua continentia prætergressus subnervavit diaboli potestatem, sic veritus erat talem pugnā, et ita putavit impossibile esse cohabitare virgini sine damno et puro, ut non solum a cohabitatione tali procul et longe seipsum, sed et ab aspectu prorsus et consortio subduxerit, legemque posuerit oculis suis omnino in virginem ne respicere quidem. Sciebat enim et probe noverat quod non solum cohabitantem, sed et aspicientem curiose in faciem virginis difficile, forte autem et impossibile sit effugere damnum, quod inde oritur. Propter quod et dicebat, *Ne cogitem quidem de virgine (Job 31. 1)*.

5. At si parvus videtur tibi ad certamen Job, quamvis revera neque stercore illius sinus digni; verumtamen licet minus tua magnanimitate esse putes exemplum, cogita vocalissimum præconem veritatis Paulum qui totum orbem circuit, et dicere potuit verba illa multa sapientia referta, quod non jam ipse sit vivens, sed Christus in ipso (*Galat. 2. 20*), et quod crucifixus sit mundo et mundus sibi (*Ib. 6. 14*), et quod quotidie moriatur (*1. Cor. 15. 31*): post tantam spiritus gratiam et tanta certaminum specimina, post inenarrabilia pericula, post tam eximie diligentie et sapientie studium, declarat nobis et commonstrat, quod, donec spiraverimus et hac carne fuerimus circumdati, certaminibus nobis opus est et laboribus neque otio temperantia paratur, sed multis sudoribus et laboribus opus est ad hoc tropæum parandum, sic dicens: *Castigo corpus meum, et in servitutum redigo, ne dum aliis prædicavero ipse reprobus fiam (1. Cor. 9, 27)*. Hæc autem dicebat declarans seditionem carnis, et concupiscentiæ rabiem, præliumque continuum, ac vitam semper in agone constitutam. Et idcirco etiam Christus difficultatem rei declarans, neque vel licite aspiceri permittit mulierum facies, sed et adulterorum poena puniendos sic respicientes interminatus est. Et cum dixisset Petrus, *Non expedit uxorem ducere (Matth. 19. 10)*, non statuit legem ne ducantur uxores, sed gravitatem rei declarans dicebat: *Qui potest capere capiat (Ib. v. 12)*. Audimus autem et hoc nostro sæculo, quod nonnulli ferro totum corpus ligantes, et sacco vestientes, et ad vertices montium currentes, et in continuis jejuniis ac pervigiliis viventes, omnemque disciplinæ severitatem ostendentes, omnibus mulieribus ingressum in domunculam et tugurium suum interdicerere, atque hac ratione seipsos castigantes, ægre tamen concupiscentiæ furorem comprimere. At tu dicis quod, licet videas cohabitatem virgini, et alligatum, et deliciantem, et animam potius amittentem quam cohabitatricem, paratumque omnia et facere et pati potius quam separari a dilecta, ne suspiceris aliquid mali, ne putes concupiscentiæ negotium, sed pietatis potius.

Ex consortio virginum nascitur necessario concupiscentia. — Admirande vir, is affectus est iis qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Et tu quidem forte non credis ob magnam tuam continentiam; ego autem audivi quosdam dicentes quod etiam multi erga lapi-

des et statuas nonnihil affecti sint. Quod si tantum valuit artificium solum, ubi aspera et dura effigies, quantum operabitur insaniam in effigie pulchra tenerum corpus? Quomodo non crederent magis verisimilia dicere qui vos accusant, quam vos qui defenditis? Quid enim verisimile, dic mihi? an quod vir mulierem concupiscat, an quod non concupiscat? Omnino dixerimus quod concupiscat. Rursum cum innumerae causæ impellant ut egrediatur, nec egredi velit, sed seipsum injiciat, nullo operæ pretio, multis vero probris ac nocuentis sequentibus, tum suis, tum alienis, quid hinc conjicias? Ex bonone hoc agatur proposito, an ex malo? Opinor quis facile dixerit quod ex malo. Verumtamen non de iis ipsis diligenter scrutabimur, sed ponatur quod ii qui scandalizantur non scandalizantur juste, sed temere et sine causa: dic mihi cujus gratia virgini cohabitas? Nulla enim alia de causa statuta est cohabitatio hæc, quam propter dilectionem et amorem: nam aufer hoc, et auferretur rei utilitas. Quis enim vir est, qui vellet sine hac necessitate ferre delicias et injurias muliebres et alia hujus sexus vitia? Propterea et ab initio Deus mulierem hoc robore armavit, probe sciens quod valde despicibilis esset, nisi hoc genus imperii induceret, et quod nullus ei cohabitaturus esset, qui a cupiditatibus esset immunis. Nam si nunc, cum tam necessariæ et utiles sunt, quippe quæ et pueros procreant, et domum custodiunt, et alia multa his plura administrant: si etiamnum cum ita viris ministrant, sæpe tamen contemptæ sunt, ut e domo ejiciantur, quomodo absque concupiscentia nobis esse possunt dilectæ, præsertim quæ nos tot opprobriis onerant? Vel ergo causam cohabitationis dicite, vel nullam aliam suspicari neesse, quam malam concupiscentiam et ignominiosam voluptatem.

6. Quid igitur, si poterimus, ait, causam justam et rationabilem dicere, num frustra hæc dixeris? Maxime quidem nullam talem dicetis, verumtamen hæc etiam ratione vellem discere, an vel umbram aliquam justi prætextus dicere possitis. Defensore caret, ait, virgo, neque virum habet, neque tutorem, sæpe item neque patrem, nec fratrem; indiget aliquo, qui ei manum præbeat, et solitariæ mœrorem consoletur, et ubique se pro ea opponat adversariis, et ipsam in securitate et portu constituat. Quam tu mihi securitatem, quæso, quem portum narras? Portus enim propugnaculum video non arcens fluctus, sed excilians, et portum non comprimentem tempestates, sed graves quæ non aderant moventem procellas. Non confundimini, non vultus vestros obtegitis, dum hanc defensionem affertis? Nam si ex hoc ministerio neque accusatio, neque damnum, neque scandalum nasceretur, sed fama adhuc salva liceret istud ipsum facere, an non admodum miseri essetis, qui, dum divitias ejus augetis et ad pecuniarum amorem illam exercetis, in negotia conjicitis et ad mundanas curas instituitis œconomorum, curatorum et forensium officia adiretis? Non poteritis multa de paupertate disserere, ac persuadere ut facultates contemnuntur, qui omnia facultis, ut facultates maneant et auquantur, ut opibus

opes accrescant, institores quidam et iterum institores propter illas facti, tametsi inutiles. Non enim ingenua spes vestra. Nam cum jussi fueritis portare crucem et sequi Christum, abjecta cruce, quasi effeminați milites scuto projecto, ad colum et calathum considetis, per aliam turpiorem methodum aperta in præsentem vitam janua. Non enim tam turpe est eos qui in matrimonio sunt hæc administrare, quam vos qui simulatis vos resiliisse a præsentium rerum curis sub alterius persona iterum easdem subire. Propterea helluonum et adulatorum et parasitorum et mulieribus servientium ubique famam suscipimus, quandoquidem abjectam omnem generositatem nobis superne datam cum servilitate et vilitate terrena commutamus. Et viduarum quidem dispensare opes noluerunt generosi olim illi viri, cum tanta inde oriretur blasphemia quod nullus esset qui administraret, sed existimantes hoc inferius esse sua philosophia, aliis demandarunt. Nos autem non erubescimus divitias alienas angere cum damno possidentium, nihilo meliores eunuchis in hoc occupatis, quibus mandatum est ut quotidie sanguinem et animam in manibus feramus in vicem armorum. Quid igitur? oportebitne omnia quæ virgini rapiuntur contemnere, dum tolluntur et circumferuntur a cognatis, a familiaribus, et alienis et domesticis? profecto pulchram reddemus virgini retributionem, quod neque nupserit, neque præsentem mundum dilexerit, sed pro omnibus Christum elegerit, sinentes illam expositam iis, qui eam facultatibus suis privant. Et quanto satius ipsi erat nubere, et uti contubernali, cui incumberet harum rerum administratio, quam si innupta manens fœdera cum Deo inita conculcet, et injuriam faciat rei tam honestæ ac reverendæ, et alios quoque ad naufragia suorum malorum trahat? Quo pacto autem hanc omnibus Christum prætulisse dices, cum Christus clamet ac dicat: *Non potestis servire Deo et mammonæ (Matth. 6. 24)*? Quo pacto item mundum et præsentia odio habere poteris, qui concupiscentias hujus mundi non aspernandas suades? Quomodo autem eam quæ virum habet hortari potes, ut contemnat opes, cum tu virgini divitias conquiras? Et hanc ipsam quomodo permittes assidue et constanter hærerere Domino, cum omnem vitam et omne studium in ejus negotiis expendas? Quomodo poterit virgo philosophari, cum te virum videat indigne ferre si ejus pecuniæ diripiuntur? quomodo poterit damnum contemptui habere, cum te videat omnia facientem et patientem ut illius opes accumules? Non sic nos Deus a negotiis liberari vult, sed contemnere facultates, et omnibus quæ ad hanc vitam pertinent renuntiare. At non sinitis vos, neque conceditis legem Dei valere. Quid ergo, si aliorum opus habeat patrocinio, inquit, et multa ferat indigna? an non indigna sunt hæc virgine? Imo nihil tam indignum virgine, ut ditari et negotiorum turba obrui. Quid autem, si et alia cum his jubeat, qualia sunt fœnerari aurum, deinde nobis vocatis ad commercia id non persuaserit, et cum non persuaserit, alios adeat, nosne in causa erimus? Quid autem, si negotiationes

aliquas alias illiberales et serviles instruat, deinde si, cum nos cooperari noluerimus, aliis quibusdam opus habeat, dignine erimus qui redarguamur? Nullo modo, quin potius digni qui laudemur: nam contra vituperio digni essemus, si mutuas illis operas daremus. Vis non auferri neque diripi opes illius? admone eam ut deponat, ubi neque viro opus habeat ad custodiam, et perpetuo integræ maneant; si autem voluerit negotia habere, quare ludit in non ludicris? Nam si virgo hæc agat, ludit ludum non jucundum, sed mortiferum. Quando enim obnoxiam his certaminibus se constituit, et omnia indigna sua pollicitatione facit, major pœna, gravior est parata vindicta. Num audisti qualem ipsi legem posuit Paulus, imo Christus qui per illum loquutus est, quod divisa est mulier et virgo? *Et quæ innupta est cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu (1. Cor. 7. 34)*? Sed vos non sinitis, et omnia earum desideria auscultantes magis quam emptitia mancipia morigeri estis. Ita est, inquit. Quid igitur, si extrema inopia labore? Nam de abundantibus hæc bene a te dicta sunt: quæ autem in mendicitate et inopia multa neglectæ jacent, quid criminis est si erigantur? Utinam non dejecissetis et depulissetis eas in perditionis barathra, et id optabile esset. Enimvero si hoc facis obsequens ejus mandato, qui jussit pauperibus subsidio esse, habes multos fratres; ibi bonum hoc opus exhibe, ubi nihil subibit offensivum futurum; at hic eleemosyna omni inhumanitate et crudelitate deterior est. Quæ circa utilitas, dum tu quidem corpus alis, animam autem deprimis? quando vestem das, suspicionem autem nuditate turpiorem facis? quando prodes in iis quæ sunt corporis, omnia autem spiritualia disperdis? quando ei prosperam rem facis in terra, ejicis autem e cælis? Qualis autem hæc eleemosyna, quando gloria Domini contemptui est, quando palam sunt opprobria et confusio et convicia et scommata, et ejus cujus miseris, et aliorum multorum qui scandalizantur? Non a misericordia, sed ab inhumana et crudeli anima hæc proficiscuntur. Nam si ex misericordia et humanitate essent, hæc circa viros quoque exhibere oportebat.

7. At mulieres, inquis, majore opus habent patrocinio, viri autem a natura multa habent adjumenta. Quin et in viris multi sunt mulieribus infirmiores et ob grandem senectam, et ob valetudinem, et ob mutilationem corporis, et ob morbos graves, aliasque id genus causas: verumtamen quia maxime vobis curæ est mulierum genus, utpote infirmius, et ad eas valde misericordes et compatientes estis, neque hac in parte occasione destituenmur, sed ostendemus vobis argumenta in quibus nihil vituperii et mercedis est plurimum. Sunt enim et mulieres quædam senio confectæ, vel resectis manibus, vel captæ oculis, variisque aliis morbis invalidæ, et difficiliore morbis paupertate. Siquidem inopia, cum prorsus nihil habetur, corporis morbos affert: ipsa autem paupertas a morbis quoque gravior fit et intolerabilior. Has perquirere et colligere, imo in colligendis nullo opus erit labore: ita ante omnes jacent, paratæ omnibus qui

πίδες, οἱ τὸν σταυρὸν κελυσθέντες βασιάζειν καὶ ἐπεσθαι τῷ Χριστῷ, βίβαντες τὸν σταυρὸν, καθάπερ στρατιῶται· μαλακὴ τὴν ἀσπίδα, ἡλακᾶτη παρακάθησθε καὶ καλαθίσκω, δι' ἑτέρας αἰσχροτέρας μεθόδου τὴν εἰς τὸν παρόντα βίον ἀνοίξαντες θύραν. Οὐ γὰρ οὕτως αἰσχρὸν, τοὺς γεγαμηκότας ταῦτα οἰκονομεῖν, ὡς τοὺς προσποιουμένους ὑμᾶς ἀποπεπτηδικῆναι μὲν τῶν παρόντων, δι' ἑτέρου δὲ προσώπου πάλιν αὐτὰ ὑποδυομένους. Διὰ τοῦτο λαιμάργων καὶ παρασίτων καὶ κολάκων καὶ γυναικοδούλων πανταχοῦ δόξαν λαμβάνομεν, ὅτι χαμαὶ τὴν εὐγένειαν ἄπασαν βίβαντες τὴν ἀνοσθεν δοθεῖσαν ἡμῖν, ἀντικαταλλαττόμεθα τὴν ἀπὸ τῆς γῆς δουλοπρέπειαν τε καὶ εὐτέλειαν. Καὶ χήραις μὲν διανεμῶναι χρήματα οὐχ εἰλοντο οἱ γενναῖοι τότε ἄνδρες ἐκείνοι, καὶ ταῦτα τοσαύτης βλασφημίας γενομένης διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν οἰκονομοῦντα, ἀλλὰ ἔλαττον τῆς αὐτῶν φιλοσοφίας εἶναι τοῦτο νομίσαντες, ἑτέροις ἐπέτρειψαν· ἡμεῖς δὲ οὐκ αἰδοῦμεθα πλοῦτον ἀλλότριον ἀβήκοντες ἐπὶ λύμῃ τῶν κεκτημένων, τῶν εὐνούχων τὸν περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσχαλακῶτων οὐδὲν ἄμεινον διακαίμενοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ αἷμα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τῶν χειρῶν προσταττόμενοι φέρειν ἀντὶ μεγάλων ὄπλων. Τί οὖν; ἀρπαζόμενα πάντα τὰ τῆς παρθένου χρή περιδεῖν ἀγόμενά τε καὶ περιφερόμενα ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ οικειῶν, καὶ ἀλλοτρίων, ἦ καὶ οικειῶν; Καλὴν γέ οὐκ ἂ ἀποδοῦσιν τῆς παρθένου τὴν ἀμοιβὴν ἀνθ' ἧς οὐκ ἔγνημεν, οὐδὲ τὸν παρόντα κόσμον ἠγάπησεν, ἀλλ' ἀντὶ πάντων εἴλετο τὸν Χριστὸν, ἀφέντες αὐτὴν προκείσθαι τοῖς βουλομένοις τῶν θντων ἀποστρεφῆναι. Καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν ὁμιλῆσαι γάμω, καὶ τῷ συνοικῶντι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων τούτων οἰκονομίαν κερχτήσθαι, ἢ μένουσαν ἄγαμον πατήσαι μὲν τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ὑβρίσαι δὲ εἰς πρᾶγμα οὕτω σεμνὸν καὶ φρικῶδες, καθελκῦσαι δὲ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ναυάγια τῶν οικειῶν κακῶν; Πῶς δὲ αὐτὴν ἀντὶ πάντων ἐλέσθαι λέγεις τὸν Χριστὸν, τοῦ Χριστοῦ βούοντος καὶ λέγοντος, *Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μιμωρῶν*; πῶς δὲ τὸν κόσμον μισήσαι καὶ τὰ παρόντα, πρὸς τὰς τοῦ κόσμου πλείων ἐπτοῆσαι ἐπιθυμίας; Τίνι δὲ ποτε τῶν ἀνδρα ἔχουσῶν δυνήση παραινέται χρημάτων περιδεῖν, τῆ παρθένου συγκατασκευάζων τὸν πλοῦτον; Αὐτὴν δὲ ταύτην [237] πότε ἀφήσεις εὐπρόσδερον εἶναι τῷ Κυρίῳ καὶ ἀπερίσπαστον, πάντα τὸν βίον καὶ τὴν σπουδὴν εἰς τὰ ἐκείνης ἀναλίσκων πράγματα; Πότε δὲ δυνήσεται ἡ παρθένος φιλοσοφῆσαι, σὲ τὸν ἀνδρα ὀρώσα δεινὸν ἠγούμενον εἶναι, εἰ τὰ ἐκείνης διασπασθεῖα χρήματα; πῶς δὲ ἀνέξεται ζημίας ὑπερορῶν, πάντα σε καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα βλέπουσα, ὥστε ἐπιτείνειν αὐτῇ τὸν παρόντα πλοῦτον; Οὐχ οὕτως ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι βούλεται πραγμάτων ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν τῷ τῶν θντων καταφρονεῖν, τὸ πάντα ἀπαρνησασθαι τὰ βιωτικά ^β. Ἄλλ' οὐκ ἔατε θμίεις, οὐδὲ συγχωρεῖτε τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον ἰσχύειν. Τί οὖν, ἂν τῆς ἑτέρου δέηται προστασίας, φησὶ, καὶ πολλὰ ἀνάξια ὑπομῆνῃ; νῦν γὰρ οὐκ ἀνάξια ταῦτα τῆς παρθένου; Οὐδὲν οὕτως ἀνάξιον τῆς παρθένου, ὡς τὸ πλουτεῖν καὶ περιβεβῆσθαι πραγμάτων πληθος. Τί δὲ, εἰ καὶ ἔτερα πρὸς τούτους κελεύει, ὅσον θανείων χρυσὸν εἶτα καλέσασα ἡμᾶς εἰς τὰ συναλλάγματα μὴ πείθει, καὶ μὴ πείσασα ἑτέρους λάθοι, ἡμεῖς ἐσόμεθα αἵτιοι; Τί δὲ, εἰ καπηλείας ἄλλας τινὰς ἀνελευθέρους καὶ ἀπρσιεῖς κατασκευάζοι, εἶτα, μὴ βουλομένον ἡμῶν συμπράττειν, ἄλλων δεηθεῖ

τινῶν, ἐγκαλεῖσθαι ἂν εἴημεν ἄξιοι; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσθαι· τούναντιον γὰρ ἐνῆν· φόγου καὶ κατηγορίας τὸ πρὸς τὰ τοιαῦτα συμβάλλεσθαι, καὶ συμπράττειν αὐταῖς. Βούλει μὴ φέρεσθαι μηδὲ ἀγεσθαι τὰ χρήματα ἐκείνης; παραίνεσον αὐτῇ καταθεῖναι αὐτὰ, ἔνθα μηδὲ ἀνδρὸς δεησεται πρὸς φυλακὴν, καὶ ἀνάλωτα μένει διαπαντός· εἰ δὲ βούλοιο πράγματα ἔχειν, τίνος ἔνεκεν παίζει ἐν οὐ παίκτοῖς; Τὸ γὰρ παρθένον οὖσαν τοιαῦτα πράττειν, παίζειν ἐστὶ παιδιᾶν οὐχὶ τέρψιν, ἀλλὰ θάνατον ἔχουσαν. Ὅταν γὰρ ὑπεύθυνον ἑαυτὴν καταστήσασα τῶν τοιούτων παλαισμάτων, ἀνάξια πάντα πράττει τῆς τοιαύτης ὑποσχέσεως, μελίζων ἡ κόλασις, χαλεπωτέρα ἡ τιμωρία. Οὐκ ἤκωστας ὅλον αὐτῇ νόμον ἔθηκεν ὁ Παῦλος, μᾶλλον δὲ ὁ Χριστὸς εἶπὸν δι' ἐκείνου, ὅτι μεμῆρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· καὶ, *Ἡ ἄγαμος μεριμᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ἢ ἅγια καὶ σώματι καὶ πνεύματι*; Ἄλλ' ὑμεῖς οὐκ ἔατε, πρὸς τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πάσας ἀνδραπόδων ἀργυρωρήτων εὐκολώτερον ὑπακούοντες. Ναί, φησὶ. Τί οὖν, εἰ ἐσχάτη πενία παλαίη; Περὶ μὲν γὰρ τῶν εὐπόρων ταῦτα καλῶς εἴρηται σοι· τὰς δὲ ἐν πτωχείᾳ καὶ ἀμελείᾳ πολλῇ κειμένας ποῖον ἔγληγμα ἀνορθοῦν; Εἶθε μὲν οὖν μὴ κατεβάλλετε μηδὲ ὠθεῖτε πρὸς τὰ τῆς ἀπωλείας βάραθρα, καὶ ἀγαπητὸν ἦν· καὶ γὰρ εἰ τῷ κελυεύσαντι πενήτων προστασθαι πειθόμενος ταῦτα ποιῆς, ἔχεις ἀδελφοὺς μυρίους· ἐκεῖ τὴν καλὴν ταύτην ἐργασίαν ἐπίδειξον ^δ, ἔνθα μηδὲν ὑφορμεῖ τῶν σκανδαλίσαι δυναμένων, ὡς ἐντοῦθά γε πάσης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας χεῖρων ἢ ἐλεημοσύνη. Τί γὰρ ὄφελος, ὅταν τὸ μὲν σῶμα διατρέψῃς, τὸ δὲ ψυχὴν καταδύσῃς; ὅταν ἰμάτιον ὄψῃ, ὅταν ὑπόδηξιν τῶν γυμνῶν αἰσχροτέραν καταστήσῃς; ὅταν χρήσιμος ἐν τοῖς σωματικῶς γινόμενος, πάντα λυμήνῃ τὰ πνευματικά; ὅταν ἐξευμαρίας αὐτῇ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκβάλλῃς τὸν οὐρανῶν; Ποῖα δὲ ἐλεημοσύνη, ὅταν ἡ τοῦ Θεοῦ ὑβρίζηται δόξα; ὅταν δνειθοῦς ἢ καὶ αἰσχύνῃ καὶ σώματα καὶ [238] λοιδορίαι καὶ τῆς ἐλεουμένης αὐτῆς, καὶ ἑτέρων πολλῶν τῶν δι' ἐκείνης σκανδαλιζομένων; Οὐκ ἀπὸ ἐλέου, ἀλλ' ἀπανθρώπου ταῦτα γίνεσθαι ψυχῆς καὶ ἀπηνούσ. Εἰ γὰρ ἐξ ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ἔγνητο, περὶ τοὺς ἀνδρας τοῦτα ἐπιδεικνυσθαί ἐχρήν.

ζ'. Ἄλλ' αἱ γυναῖκες πλείονος δέονται προστασίας, φησὶν, οἱ δὲ ἄνδρες πολλὰς ἔχουσιν ἀπὸ τῆς φύσεως ἀφορμάς. Καίτοι καὶ ἐν ἀνδράσιν εἰσὶ πολλοὶ γυναικῶν ἀσθενέστερον διακαίμενοι καὶ διὰ γῆρας μακρῶν, καὶ δι' ἀρρώστιαν, καὶ διὰ πῆρωσιν σώματος, καὶ διὰ νόσου χαλεπὰς, καὶ δι' ἑτέρας τινὰς τοιαύτας προφάσεις· πλην ἀλλ' ἐπειδὴ μάλιστα τοῦ τῶν γυναικῶν κήδεσθε γένους, ἄτε ἀσθενέστερο ἦντος, καὶ σφόδρα ἐλεήμονες καὶ συμπαιθεῖς ἔστε πρὸς ἐκείνας, οὐδὲ ἐνταῦθα ταύτη; ἀπορήσομεν τῆς προφάσεως, ἀλλὰ δεῖξομεν ὑποθέσεις ὑμῖν, αἱ καὶ κατηγορίας εἰσὶν ἀπληλαγμέναί πάσης, καὶ πλείονα παρέξουσιν ὑμῖν τὸν μισθόν. Εἰσὶ γὰρ γυναῖκες, αἱ μὲν ὑπὸ γῆρας παραλελυμέναί, αἱ δὲ τὰς χεῖρας ἐκκεκομμέναί, αἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπρωμέναί, αἱ δὲ ἄλλα πάθη ποικίλα καὶ παντοδαπὰ ἔχουσαι καὶ τὴν τῶν παθῶν χαλεπωτέρα πενίαν. Ἡ τε γὰρ πενία καὶ τὸ μηδὲν ὄλωσ ἔχειν ἐπιτρίβει τοῦ σώματος αὐταῖς τὰ νοσήματα· αὐτὴ τε πάλιν ἡ πενία ὑπὸ τούτων χαλεπωτέρα γίνεσθαι καὶ ἀφορητοτέρα. Ἐπὶ τὴν τούτων ἐξελθε θήραν, καὶ ταύτας συνάγαγε· μᾶλλον δὲ οὐδὲ

^α Sic correctum pro eo quod legebatur, καλὴν γε οὐκ. Ep.
^β Savil. τῷ πάντων ἀπηρησθαι τῶν βιωτικῶν.

^γ Ἐνῆν. Coniicit Savil. ἂν ἦν. Edit.

^δ Morel. ἐπίδειξαι, Savil. ἐπίδειξον.

πόνου σοι δεῖ πρὸς τὴν συλλογὴν· οὕτω πρόκειται πᾶσιν ἔτοιμοι τοῖς βουλομένοις ὀρέξαι χεῖρα. Κἂν χροῖματα ἔχῃς, εἰς ταύτας δαπάνησον· κἂν ἰσχυρὸς ᾖς, ἐνταῦθα τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ὑπηρεσίαν εἰσένεγκε· πολλά καὶ ἐνταῦθα πράγματα ὄψει, καὶ σωματικῆς δεόμενα ὑπηρεσίας καὶ χρημάτων δαπάνης καὶ περιδρομῆς. Καὶ γὰρ οἰκήματα πορίσαι ταύταις ἔργον, καὶ φάρμακα κατασκευάσαι, καὶ κλίνην καὶ ἱμάτια πρίασθαι, καὶ τροφὰς ἐπιτηδείους, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐπιμελεῖσθαι, κἂν δέκα ὡς μόνον αἱ τὰ τοιαῦτα νοσοῦσαι· νυνὶ δὲ ἡ πόλις ἡμῶν τούτων ἐμπέπλησται, καὶ χιλίας καὶ δις τοσαύτας εὐρήσεις. Αὗται αἱ δεόμεναι προστασίας, αὗται αἱ ἔρημοι, αὗται αἱ χαμαὶ κείμεναι· τοῦτο ἐλεημοσύνη, τοῦτο φιλανθρωπία, τοῦτο εἰς δόξαν διαβαίνει Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν ὀρώντων, καὶ τὴν τῶν πασχόντων, καὶ τὴν τῶν ποιούντων ὠφέλειαν κατασκευάζει. Καὶ γὰρ τῶν ἰσχυρῶν αἱ ἀσθενέστεραι δικαιοτέρον ἂν βοηθοῖντο, καὶ τῶν νέων αἱ γεγηρακυῖαι, καὶ τῶν ὅλως μέτρια κεραιμένον αἱ μὴδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦσαι τροφῆς, καὶ τῶν παρὰ πολλοῖς ἐπεράστων αἱ βδελυκταὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς διὰ τὸ τῶν παθῶν δυσανάσχετον, καὶ τῶν ὕβριν προστριβομένων αἱ καὶ τὴν γενομένην ἀποτρέψαι δυνάμεναι καὶ εὐφημίαν προσθεῖναι. Δείξον τοίνυν, οὗτι διὰ τὴν Θεὸν ταῦτα ποιεῖς, καὶ τούτων ἐπιμελοῦ. Ἄν δὲ ταύτας μὴδὲ ἔναρ ἰδεῖν ἐθέλῃς, εὐπροσώπους δὲ καὶ νέας περιέης ἀγρεύων, καὶ τῆς ἀνελευθέρου ταύτης ἀγρᾶς αἰτίαν μὲν ἑτέραν ἔχων οὐκ ἀνεκτὴν, προβαλλόμενος δὲ ἑτέραν δοκοῦσαν εἶναι εὐπρόσωπον, τὴν τῆς προστασίας, κἂν ἀνθρώπους παραλογίσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀδέκαστον οὐκ ἀπατήσεις δικαστήριον, δι' ἑτέραν μὲν ταῦτα ποιοῦν πρόφασιν, ἄλλην δὲ προβαλλόμενος. [259] Λέγετε μὲν γὰρ διὰ τὸν Θεὸν ἅπαντα πράττειν, πράττετε δὲ ἅ τῶν ἐχθρῶν ἔστι τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ ποιεῖν τὸ νομα αὐτοῦ βλασφημεῖσθαι καὶ διαβάλλεσθαι τῶν ἐχθρῶν ἔστι τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ δὲ καὶ ἑτέραν ὑποβολὴν ἔποιῶμαι. Ὦμεν γὰρ ἀληθεύειν τὴν ταῦτα λέγοντα, καὶ ἐπιθυμίας καθαρεύειν ἀπάτης, καὶ ἐξ ἑτέρου μὲν οὐδενός, ἀπὸ δὲ ὠλαθείας μόνης ταύτην ἀναδέχουσαν τὴν προστασίαν· οὐδὲ γὰρ οὕτω κολάσεις αὐτὸν ἀππλαγμένον εὐρήσομεν. Εἰ μὲν γὰρ ἠπόρει προφάσεων ἑτέρων, ἐν αἷς καὶ τὴν εὐλαδίαν ἐπιδείξασθαι ἔδει, καὶ χωρὶς τῶν σκανδαλίζομένων ψυχῶν τοῦτο ποιῆσαι· μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτω ταῦτα πραγματεύεσθαι ἔδει, ἐνθα μείζων ἡ ζημία τοῦ κέρδους. Ποῦ γὰρ ἴσον, εἰπέ μοι, παρθένου μῆτρῃ ἢ θυεῖν προϊστάμενον σωματικῶν ἔνεκεν πραγμάτων ἄπειρα πλήθη σκανδαλίσαι κατὰ ψυχῆν; Πλὴν ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ κατηγορία χαλεπὴ· ὅταν δὲ μυρίας εὐρῆς ὁδοὺς καὶ κατηγορίας ἀππλαγμένας, καὶ σκανδάλων ἐλευθέρας, καὶ μείζονα ἔχουσας τὴν ἐμπορίαν^β, τίνοος ἔνεκεν σαυτῷ πράγματι πλέκεις εἰσὶ καὶ μάτην, καὶ τὸ κέρδος ὑπορῶνται, καὶ ἐπισφαλῶς οἰκοδομεῖς καὶ ἐπονειδίστω, παρὸν μετὰ ἀσφαλείας καὶ δόξης πολλῆς; Οὐκ οἶσθα, οὗτι λαμπρὸν ἀποστλιθεὶν χρὴ πανταχοῦ τοῦ Χριστιανοῦ τὸν βίον, καὶ οὗτι τὴν δόξαν τις τὴν ἐαυτοῦ κατασιχύνας πανταχοῦ λοιπὸν ἀχρηστοῦ ἔσται, καὶ οὐδὲν μέγα κερδαίνει δύνησεται, κἂν μεγάλη τύχη κατορθῶν; Ἄν γὰρ καὶ τὸ ἅλας μωρατῆθῇ, φησὶν, ἐν τίνι ἀλισθῆσεται λοιπὸν; Ἄλας γὰρ ἡμᾶς εἶναι βούλεται καὶ φῶς καὶ ζῶην ὁ Θεός, ὡς καὶ ἑτέρους δύνασθαι τῆς ἐξ ἡμῶν μεταλαμβάνειν ὠφελείας. Εἰ γὰρ ἀληπτικῶς ζῶντες ἀνθρωποι μολίς τοὺς ἡμελημένους ἐπιστρέψαι δύναται ἂν, εἰ καὶ λαθὴν δοίμεν

αὐτοῖς, πῶς οὐ πάντοθεν ὑπεύθυνοι τῆς ἀπωλείας ἐσόμεθα τῆς ἐκείνων; Ὡς γὰρ οὐκ ἐνὶ βίῳ ἔχοντα διεσφαρμίνον σωθῆναι ποτε, οὕτως οὐτε δόξαν ἑαυτῶ περιθέντα πονηρὰν δυνατὸν διαφυγεῖν τὴν κόλασιν.

Ἄλλ' εἰ δεῖ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν τι, κἂν μεγάλα τις ἁμάρτη, λαθῶν δὲ ἐργάσται τοῦτο καὶ μὴδένα σκανδαλίτη, ἐλάττονα δίδωσι δίκην τοῦ καταδέεστερα μὲν ἡμαρτηκός, μετὰ παρῆρσίας δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς σκανδαλίσαντος.

ἦ. Καὶ ἵνα μὴ θαυμάσῃς τὸ λεχθὲν, μὴδὲ ὑπερβολὴν καταγνῶς τοῦ λόγου, τὴν ψήφον σοι ταύτην ἰσομεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν νόμον τούτων ἐκείθεν ἀναγνωσόμεθα. Τὸν γὰρ μακάριον Μωϋσέα, καὶ πάντων ἀνθρώπων πρῶτατον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῷ Θεῷ φίλον, καὶ προφητῶν μείζονα (τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις δι' αἰνιγμάτων διελέχθη, τούτῳ δὲ ὡς ἂν εἰ φίλος πρὸς φίλον)· τούτων τοίνυν καὶ τὸν τοιοῦτον, τὸν μυρίας κατὰ τὴν ἔρημον ταλαιπωρηθέντα ἐν ἔτεσι τοσοῦτοις, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσαντα πολλάκις, παρὰ τε Αἰγυπτίους ὑπὲρ Ἰουδαίων, παρὰ τε Ἰουδαίους ὑπὲρ αὐτῶν πάλιν τῶν ἀγνωμόνων ἐκείνων, οὐδὲν ἕτερον ἐκώλυσε μετὰ τὰς πολλὰς ταλαιπωρίας ἐκείνας καὶ τὰ μυρία κατορθώματα τῆς ἐπαγγελίας τυχεῖν, ἢ τὸ σκανδαλίσαι τοὺς συνόντας αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Καὶ τοῦτο αἰνιττόμενος ὁ Θεὸς ἔλεγεν, Ὅτι οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι ἀγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα αὐτοῖς. Καίτοι καὶ πρὸ τούτου καὶ τὸν παρήκουσε (καὶ γὰρ ἀνεῖπε τῷ Θεῷ καὶ ἅπαξ καὶ δις πεμπόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ἐρήμου διηπίστησε λέγων· [240] Ἐξακόσαιο χιλιάδες εἰσὶ πεζῶν, καὶ σὺ εἰπας, Κρέα δώσω αὐτοῖς, καὶ φάρονται μῆνα ἡμερῶν. Μὴ πρόβατα καὶ βόες σφαρησονται, ἢ πᾶν τὸ δύον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται, καὶ ἀρκέσει αὐτοῖς; καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πάλιν ἀπεδυσπέτησε, καὶ τοῦ δήμου τὴν προστασίαν παρητήσατο)· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἴσχυον αὐτὸν ἀποστέρησαι τῶν ἀθλῶν τῶν προκειμένων, ἀλλ' ἢ τὸ ἐπὶ τοῦ ὕδατος συμβῆν μόνον· τῆ μὲν γὰρ φύσει ἐκείνων ἔλαττον ἦν, τῷ δὲ μετὰ τῆς ἑτέρων γενέσεως βλάβης, πολλῶ μείζον ἐγένετο. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἰδίᾳ καὶ λαθάνοντως συνέβη, τοῦτο δὲ φανερώς καὶ ἐπὶ τοῦ δήμου παντὸς [φανερῶς] ἡμαρτάνετο. Διὰ τοῦτο καὶ ἐγκαλῶν ὁ Θεὸς τοῦτο ἠνέστατο εἰπών, Ὅτι οὐχ ἡγιάσατέ με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ· τῆς ἁμαρτίας τὴν φύσιν ἐκκαλύπτων αὐτῶν, καὶ ὅθεν γέγονεν ἀσυγνωστός, παραδηλῶν. Εἰ δὲ τηλικούτον ἀνδρα τοῦτο προσκρούσαι ἐποίησεν, ἡμᾶς τοὺς σκώληκας καὶ μηδαμινούς πῶς οὐ καταβύσει τοῦτο καὶ ἀπολεῖ; Οὐδὲν γὰρ οὕτω παροξύνει τὸν Θεόν, ὡς ὅταν τὸ νομα αὐτοῦ βλασφημηθῆται. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις δὲ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω διετέλεσεν ἐγκαλῶν, Ὅτι τὸ νομαῖ μου βεθλοῦται· καὶ πάλιν, Ἵμεις βεθλοῦτε αὐτό· καὶ, Δι' ὑμῶν τὸ νομαῖ μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ τοσαύτη αὐτῷ τοῦ μὴ συμβαίνειν τοῦτο γέγονε πρόνοια, ὡς καὶ ἀναξίως σώσει πολλάνικς, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται. Ἐποίησα γὰρ, φησὶν, Ἰνα μὴ τὸ νομαῖ μου βεθλωθῇ· καὶ, Οὐ δι' ὑμῶν ἐγὼ ποιῶ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' Ἰνα μὴ τὸ νομαῖ μου βεθλωθῇ· καὶ ὁ Παῦλος δὲ ἀνάθεμα εἶναι ἠξίατο ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης· καὶ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἐξαλειφθῆναι τῆς βίβλου παρεκάλει ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ· ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐδὲν αἰρεῖσθε παθεῖν, ὥστε ταῦτα ἀποκρούσασθαι τὴν βλασφημίαν, ἀλλὰ πάντα πράττετε, δι' ὧν αὐξῆτε αὐτὴν

^α Savil. ὑπερβολὴν, Morel. ὑποβολὴν.

^β Savil. ἐμπορίαν, Morel. ἐμπορίαν.

^γ Savil. βλασφημηθῇ.

porrigant manum. Si opes habes, in has expende; si validus es, has corporis ministerio adjuva: multa et hic negotia videbis quæ indigent corporali ministerio et sumptu opum et circumcursatione. Nam opus habent ut illis assignentur domicilia, præparentur medicamenta, et lectus et vestes emantur, et eurentur cibi boni aliaque multa, etiamsi solum decem essent, quæ ita ægrotant; nunc autem civitas nostra his tota impleta est, inveniesque mille, et duo millia. Istæ sunt, quæ auxilio indigent, istæ desolatae sunt, istæ humi jacent: hæc est eleemosyna, hæc est humanitas, hoc in gloriam transit Dei, et in utilitatem eorum qui vident, et qui accipiunt, et qui faciunt. Etenim justius adjuvantur infirmiores quam fortiores; et vetulæ quam juniores; et hæ quibus neque necessaria sunt, quam illæ quæ mediocria possident; et illæ quæ apud multos abominabiles, quam quas multi adamant; et illæ quæ contumeliis onerantur, quam eæ quæ illatas avertere, et bonam sibi famam conciliare possunt. Ostende igitur quod propter Deum hoc facias, et illis opitulare. Quod si has neque per somnum videre vis, sed formosas et adolescentes obambulando venaris, et illiberalis hujus venationis causam quidem aliam habes non ferendam, prætexis autem aliam quæ in speciem honesta et accepta est, nempe tutelam, licet homines decipias, sed non item tribunal Dei, quod muneribus corrumpi nequit: nam ob aliam quidem causam hæc facis, et aliam prætexis. Dicitis quidem, quod propter Deum faciatis omnia, facitis autem opera quæ sunt inimicorum Dei: siquidem efficere ut Dei nomen blasphemetur et accusetur, id demum est inimicorum Dei. Ego vero et aliud suppono quippiam: ponamus enim hoc vere dici, eumque omni concupiscentia purum esse, neque ex ulla alia re quam ex sola pietate hanc curam suscipere; attamen neque sic ipsum a pœnis fore liberum inveniemus. Nam si decessent occasiones aliarum, in quibus etiam pietatem exhibere, idque facere nullis animabus in eo impingentibus posset, ne sic tamen hoc agere oporteret, ubi majus lucro damnum. Num enim par est ut ob corporalia negotia unius aut duorum virginum infinita multitudo animarum jacturam faciat? Verumtamen neque sic gravis est accusatio: cum autem innumeras invenias vias et alienas ab accusatione, et liberas a scandalis, et quæ majorem habent quæstum, cujus rei gratia tibi ipsi necis negotia frustra et incassum, et lucrum suffodis, et periculose extruisti atque ignominiose, cum liceat sine damno et cum magna gloria? An nescis Christiani vitam usquequaque lucrare debere, et eum qui suam gloriam sædet, ubique postea inutilem fore, et nihil magnum lucrari posse, etiam si præclara facinora ediderit? nam *Si sal infatuatum fuerit, inquit, in quo salietur ultra (Matth. 5. 13)?* Sal enim nos esse vult et lumen et fermentum Deus, ut et alii a nobis utilitatem accipiant. Quod si homines irreprehensibiliter viventes vix convertere valent negligentes, quomodo, si illis ansam dederimus, non undequaque perditionis illorum rei erimus? Nam sicut qui perversam agit vitam,

numquam salvatur, ita neque qui seipsum ignominia aspergit, pœnam effugere poterit.

Qui sine aliorum offendiculo peccat, minori pœnæ obnoxius est. — Quod si etiam admirabile quiddam dicendum, etiam si graviter quis peccet, si clam hoc faciat et neminem scandalizet, minorem dabit pœnam quam qui levius peccavit, sed impudenter et cum multorum scandalo.

8. Et ne dictum admireris, neque plus justo dictum putes, tibi hanc e caelo sententiam afferemus, et hanc legem inde prolatam probabimus. Nam beatum Moysen omnium qui super terram hominum mitissimum, Dei amicum, prophetarum maximum, quandoquidem Deus aliis per ænigmata loquutus est, huic autem sicut amicus amico: hunc igitur et talem qui multas miserias in deserto tulit tot annis, qui in extremis sæpe periculis fuit, et apud Ægyptios propter Judæos, et apud Judæos pro ipsis ingratissimus: tamen hunc talem et tantum nihil aliud prohibuit post tot ærumnas multaque præclare gesta promissione potiri, quam quod scandalo fuisset iis qui cum ipso erant apud aquam. Et hoc est quod insinuat Deus dicendo: *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel; propter hoc non inducetis congregationem hanc in terram, quam dedi eis (Num. 20. 12).* Quamvis autem antea in nonnullis minus obedisset (contradixit enim Deo semel ac iterum cum mitteretur in Ægyptum, et postea in deserto incredulus dicebat: *Sexcenta millia sunt peditum; et tu dixisti: Carnes dabo ipsis, et comedent mensem dierum. Num oves et boves mactabuntur, vel omnia edulia maris congregabuntur et sufficient ipsis [Num. 11. 21. 22]? et postea iterum difficilem se reddidit, et populi præfecturam detrectabat): attamen nihil aliud potuit ipsum propositis præmiis privare, quam illud solum quod apud aquam contigit, quod natura quidem minus aliis erat, sed quia cum damno aliorum fiebat, multo majus judicatum est. Illa enim privatio et occulte accidebant, hoc autem manifeste et coram omni populo palam peccatum est. Propterea et reprehendens Deus, hoc insinuat dicens: *Quia non sanctificastis me coram filiis Israel, peccati eorum naturam detegens, et unde factum, quod veniam non mereatur, declarans. Si autem talem virum hoc fecit impingere, nos vermiculos et nullius pensi quomodo non destruct et perdet? Nihil enim ita exacerbat Deum, ut quando nomen ejus blasphematur. Unde sursum ac deorsum apud Judæos hoc jactat, eos reprehendens, Quia nomen meum profanatur (Isai. 48. 11): et iterum, Vos profanatis ipsum (Mal. 1. 12): et, Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus (Isai. 52. 5). Et tanta ipsi fuit cura ne hoc eveniret, ut et indignos sæpe salvarit, ne hoc fieret. Feci enim, ait, ne nomen meum profanetur: et, Non propter vos ego facio, domus Israel, sed ut nomen meum non profanetur (Ezech. 20. 9. et 36. 22).* Paulus vero anathema esse optabat pro gloria Dei: et ipse Moyses quoque e libro vitæ deleri orabat pro gloria nominis Dei: vos autem non solum nihil pati vultis, ut hanc arceatis blasphemiam,*

sed etiam omnia facitis, per quæ illam augeatis, et quotidie intendatis. Quis igitur vos excusabit? quis vobis ignoscet? Nullus est. Tantam autem curam et Deus et sancti gerunt, ut non blasphemetur nomen ejus, non quod Deus opus habeat ut a nobis glorificetur (nullius enim indiget et perfectus est), sed quod ex ea re multum damni hominibus accidat. Quando enim apud ipsos male audit nomen Dei et gloria ejus, nihil ipsis ultra prodest: quod si Deus cum accusatur, nihil prodest, multo magis nos.

9. Omnia igitur faciamus ut nulla sit occasio scandali; etiam si injuste reprehendant, persuasionibus diluamus crimina, et imitemur sanctos, quibus tantum fuit studium gloriæ Dei, ut suum contemnerent propter Deum. Ne abjectis omnibus et conculcatis sufficere arbitremur ad defensionem, si dixerimus: Vestem enim virgini et calceos, et alia quæ ad corporale virginis commodum attinent bene disposuimus. Quis, ait, administraret ea quæ domi nostræ? quis possessionibus prospiceret? quis præset domui nobis absentibus, et cum intus non sit mulier? Nam et hæc dicunt prioribus contraria et turpiora. Et nihil curant ista, neque erubescunt, sicuti ebrui omne quod in buccam venit loquentes: quapropter neque nos defatigabimur, etiamsi talia sint quæ ab iis dicuntur, ut nullum responsum mereantur. Non gravabimur, inquam, et respondere, et mansuete cum eis agere, donec ab hac ebrietate illos liberemus, quantum scilicet in nobis erit. Me pudet enim et erubescere, cum hæc evertere tento, quæ contradicentes illi opponere non erubescunt: ferenda tamen omnino erubescencia ad utilitatem eorum qui erubescere nesciunt. Etenim absurdum fuerit, dum redarguimus eos qui pro nihilo habent, quod fratribus offendiculo sint, pudoris causa illorum curam abjicere. Dic enim mihi quænam illa dicunt domi ad curam virginis tam necessaria esse? barbararumne puellarum tibi examina sunt et nuperempta, quæ oportet erudire et ad lanificium et ad alia ministeria? At penuaria adsunt opum et vestium, et oportet custodem intus semper sedere, et a famulorum malitia virginis oculos ea tutare; cœnam quoque et convivia continue apparare, et oportet domum ornari, et coquos et mensæ ministros cura regi virginis? suntne item multi varii sumptus et frequentes, et oportet aliquem semper esse præfectum, ut custodiantur cum diligentia, ut ne illa a domo sine utilitate elabantur? Nihil horum ait; sed ut ipsi arcam et vestem et aliam curet facultatulam, bene parat mensam, bene sternat lectum, et accendat ignem, et abluat pedes, et aliud solatium omne præbeat. Deinde pro parva et frigida commoditate hac tantam feremus accusationem, tanta sustinebimus opprobria? Et quanto melius frater et facilius administraret? natura enim fortior est muliere vir, usu autem nobis accommodatior, et non tam sumptuosus. Mulier quippe utpote tenerior, et molliore indiget lectulo, et tenuiore vestitu, et fortassis puella altera quæ ei ministret; et non tantum nobis ministerium præbebit, quanto ipsi opus erit a nobis: frater autem his omnibus non

eget. Quod si aliquo eget, eodem et nos indigemus, quod non parvæ commoditatis est, si contubernales non variis, sed iisdem utantur: id quod certe in virgine non est. Primum sane sive levare velit, sive corpore agra sit, neque frater ipsi ad hæc ministrabit, tametsi valde impudens sit, neque ipsa sibi sufficiens erit: si autem fratres sunt qui cohabitant, vicissim ministrare poterunt. Item quando dormire opus fuerit, virgine quidem intus sedente, et lectos duos esse oportet, et strata duo, et lodices duos: si autem sapiant, et domicilia duo. At si fratres sint, iterum re familiari tanta non est opus. Etenim domus una, cervical unum, et lectus unus, et eadem tegmina utrisque sufficiunt; et in summa, si quis omne percurrat ministerium, hic multam inveniet facilitatem, ibi autem difficultatem. Taeco domus turpitudinem. Quale enim est, si in domum viri solitarii itur, videre calceos muliebres suspensos, et cingula et mitras, calathiscos et colum et radium textorium et pectines et fusa, et alia quæ particulatim omnia numerare non licet? Si autem quæ divitis sunt scruteris, major est risus materia. Primum quidem in puellarum tanta turba solus versatur, quasi choraules in orchestra qui in choro mulierum saltantium concinit: quo quid turpius et inhonestius? Deinde dirumpitur tota die famulis succensens ob res quæ ad mulierem spectant. Nam ei necessarium est aut omnino silere, et omnia negligentem ab illa increpari, vel dicentem et increpantem turpiter agere: et vide quid contingat. Nam qui jussus est ne prope quidem ad temporalia negotia accedere, non solum temporalia, sed muliebria ipsissima traetat. Etenim vasa muliebria afferre non detrectabit argentariis, subinde rogans num speculum dominæ præparatum sit, num cadum absolverint, num lecythum reddiderint; nam in eam corruptionem venerunt omnia, ut pluribus vasis quam sæculares multæ utantur virgines. Hinc iterum ad unguentarium currit colloquuturus de aromatibus dominæ: sæpe etiam præ nimio studio nec detrectabit si et pauper injuria sit afficiendus. Utuntur autem virgines unguentis et variis et pretiosis. Deinde ab unguentario ad vendentem lintea, et ab illo iterum ad aulæorum textorem. Non enim verentur imperare hæc parva, quia vident eos valde obedientes, et gratiam habentes imperantibus majorem, quam aliis ministrantibus. Hinc iterum, si quando aliquid apparandum quod ad gestatorium tabernaculum hoc pertineat, usque ad vesperam impransi perseverant officinis affixi. Et illud non est mirandum, sed quod et miseris famulis sint molesti, et frequenti injuria et inclamatione hos urgeant. Cogita quantæ hinc querimonæ: minister enim injuria affectus, maxime pro talibus rebus, quia eum qui se injuria affectus non alio modo ulcisci potest, lingua hoc facit, et occulta obtreccatione; nec parcat alicui eorum, quibus furori suo satisfaciat, sed tam immodice ulciscitur, quantum verisimile est servum ita exprobratum, et cui sola hæc est consolatio e malis suis adversus eum qui se contristavit. At qui pauperi, inquit, cohabitavit, cum

καὶ ἐπιτείνετε καὶ ἑκάστην ἡμέραν. Τίς οὖν ὑμᾶς παραιτήσεται, τίς δὲ συγγνώσεται; Οὐκ ἔστιν οὐδείς. Τοσαύτην δὲ πρόνοιαν καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖται καὶ οἱ ἄγιοι τοῦ μὴ βλασφημεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ ἡθελομένου τῆς δόξης τῆς παρ' ἡμῶν (ἐνενοηθῆς γὰρ ἔστι καὶ τέλειος), ἀλλ' ὡς πολλῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῖς ἀνθρώποις γενομένης τῆς βλάβης. Ὄταν γὰρ πρὸς αὐτοὺς διαβληθῇ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα καὶ ἡ δόξα, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ λοιπόν· εἰ δὲ ὁ Θεὸς διαβάλλομενος οὐδὲν ὠφελεῖ, πολλῶν μᾶλλον ἡμεῖς.

